PROMPTVARIVM
CVIVSCVNQVE CRVDITATIS
Rectè dignoſcendæ, rectèque curandæ.

I N Q V O

DE CRVDITATIBVS RECTE DIGNOSCENDIS, rectèque curandis libri ſeptem conſcribuntur.

I N Q V I B V S

CRVDITATVM GENERA SPECIES, AC differentiæ, nec non regiones accuratè explanantur.


Inſuper cruditatum ſimplicium natura, cauſæ, inſtrumenta, compoſitiones, cognitio, indicationes, & curatio adamuſſim examinantur.

Quocirca nullus curationis cruditatum caſus, qui medico euenire poteſt, inſpicitur, quin hic Hippocratis, & Galeni decretis, autoritatibus, rationibus, experimentis, ac exemplis fusè dilucidatus ſit.

Cum Indice locupletiſſimo, & vtiliſſimo.

AVTORE VALERIO MARTINIO VENETO, Philoſopho, & Medico.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



V E N E T I I S, M DC XXVIII.

Apud Io. Baptiſtam Combum.



INDEX
LOCVPLETISSIMVS ET VTILISSIMVS

In Promptuarium cuiuſcunq; cruditatis rectè dignoſcendæ, rectéq; curandæ, in quo omnia dicta notabilia cernuntur, quæ in hoc tomo continentur.



Bilis

C

Con-

Medi-

Galeni

D

Dige-

G

H

I

Mul-

Q

R

T

V

Ven-

Vrina

F I N I S.



Errata tertij tomi ita corrigenda sunt.

iauenio	lege	inuenio 2.d
quosque		quousque 3.b
faldam		falsam 9.c
crudetis		crudietatis 11.a
ema ra		amara 16.b
acquiret		acquirat ibid.c
acrefit		sert fit 18.c
defaticatione		defatigatione 21.a
licet		possunt ibid.d
adficitia		adscititia ibid.d
regiens		regiones
habenat		habeat 32.b
eternum		externum 34.d
poponuntur		proponuntur 37.b
cutaneorum		cutaneorum 39.d
procatticas		procatarcticas 42.a
pareat		pariat 42.c
Galenus		Galeno 43.b
bedulis		edulijs 45.c
aequiset		acquirat 47.a
euis		tenuis 49.c
reuellemus		reuellatur 61.d
roboceamu-		roboremus 62.b
is		ijs 65.c

repetimunt	repetitorum 68.d
deter sorium	detersoriorum 70.b
excitemus	excitemus ibid c.& 71.a
euacare	euacuare 71.c
infing erent	insigerent 73.d
gignet	gignat 74.a
Galenus	Galeno 75.a
diretica	diuretica ibid.d
ciuis ille pauca	ille paucus 78.d
aut	autem 79.b
nos	nobis ibid.
fluent	fluant 81.b
renonuntus	renouantur ibid.
Gratilorum	Graciliorum 91.a
diurectiorum	diureticorum 95.b
ostendatur	ostendimus 97.a
in ventri inharescit	ventri inhaerescit 99.a
fortitior	fortius 105.a
progignes	progignens 106
fulus	solus ibid.
viro	verò 110.a
confus	costus
aceti mineraler	aceto minerallis 118.c
cappato	cappatorum 121.a





DE CRVDITATIBVS
RECTE DIGNOSCENDIS
RECTEQVE CVRANDIS.
LIBER PRIMVS.

In quo

Cruditatum nomina, essentia, facultates, causæ, & organa omnino declarantur.

Præterea de earum generibus, differentijs, & speciebus exactè disquiritur.

Denique cruditatum quatuor regiones, & partium earum regionum sympathya, qua omnes nostri corporis partes ex ijs fluentibus afficiuntur cruditatibus, vndique patefiunt.



CAPVT PRIMVM.

Huiusce operis vtilitas promulgatur.

A 

De beloratili natio in principio.

Voniam ferè trigesimus huc vsque labitur annus, quo summa vigilantia, longisque studijs, ac obseruationibus, semper diligentius quo potui, ad Arti Medicæ rectam dandam operam, in meorum ægrotantium salutis gratiam, id, quod vtilissimum, ac rectissimum agendum esse cõsequi conatus sum; tum quadam mei naturali ductus instigatione; quia vt ait Salustius *omnes homines, qui se se student præstare cæteris animantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant, veluti pecora, quæ natura prona, atque ventri obedientia finxit*, tum etiam religiosa impulsus anxietate, simulque præmunitione, ne vnquam alicuius ægrotantis obitus culpabilis Medicus sim. Eamque sanè ob causam, nullo meo prætermisso labore, cuncta, quæ in hac Arte periculo referta sunt, & quæ ægrotum interitus culpabilem reddere Medicum valent, explorare, dilucidareque volui: Cum autem Artis Medicæ tria inueniantur generalissima, quæ vt difficilia Medicum decipiendo, eum culpabilem efficere possunt, nimirum morbi magnitudo sanguinea, & cacochyma, quæ miseros interficiunt ægros, vel saltem eos infeliciter, seu contumaciter affligunt, atque cruditates, quæ eam cacochymam procreant magnitudinem. At vero quia de his duobus primis fusè iam in duobus operibus exaratis doctrina penitus statuta est, vbi promptuarium expeditum habetur æquè tum cuiuslibet missionis sanguinis rectè agendæ, tum singulæ purgationis cacochymię rectè moliendæ: Ideo iure merito in hoc

Tria in arte Medica generalissima sunt, disquirenda, quæ Medicos decipere possunt. De duob. verba facta sunt, in his duob. prioribus voluminib. Nunc vero de tertio dilucidando agendum proponitur.

opere tertium constituere promptuarium enitar cuiuscunq; cruditatis rectè dignoscendæ, rectèque curandæ. Et hoc sanè Hippocratis, & Galeni decretis, autoritatibus, rationibus, experimentis, ac exemplis inire tentabo. Si nanq; homines eas cauerent cruditates, nunquam vllo magno corriperentur morbo, ex succis orto; Quæ cruditates in nostro existentetes corpore, adeo cognitionis difficilis sunt, vt sæpè, ægrorum, iactutis delitescant: Ideoque harum cruditatum exactæ studebo cognitioni. Cæterum eo, quòd frequenter licet à nobis hæ dignoscantur cruditates, attamen difficillimè, diutissimèque earum integram ingredi valemus curationem, tum ob earum cruditatum naturam rebellem medicamentis haudquaquam cedentem, tum propter locos, seu vias densas, & angustissimas, quibus hæ insunt cruditates, ac per quas foras extrahi nequeunt; tum etiam cum causæ has gignentes cruditates tolli non possint, nisi difficilè, ac diuturno temporis spatio; quippe quòd sicuti cruditates ipsæ iam ortæ, adimuntur, ita etiam facilè à partibus obnoxijs, ceu à causis antecedentibus, seu præincipientibus vocatis, denuo regignuntur, ac exinde in partem inanitam, & læsam confluunt; ac inibi manendo putrescunt, & febrem pariunt contumacem. Verum curatu maximè difficiles introspiciuntur, vbi plures loci his cruditatibus copiosis offensi sunt, & vbi cruditates compositæ ex contrarijs facultatibus emergunt; nec non à membris inæqualiter, & contraria qualitate intemperatis, & instrumentis profluunt læsis. A

Cruditates causæ sunt cuiuscunque morbi cacochymi.
Cruditates sæpe difficilis cognitionis sunt; & etiam difficilis curationis; etsi facilis cognitionis sint.
Hinc necessario de cruditatibus rectè dignoscendis, rectèque curandis, agendum proponitur.

Tametsi ad huc difficilioris curationis hæ possint esse cruditates, quoties vltra allatas difficultates, corpora, quibus hæ cruditates quoque subsunt, ad crudorum humorum concoctionem à natura celebrandam, & ad præparationem, simulque purgationem à perito moliendam Medico vtique inepta prorsus sint, vt interdum vsu venit; vt Illustrissimo Domino, Domino Paulo Bragadeno hero meo, atque multis alijs meis ægrotantibus contigit, qui ipsis de causis temporis quatuordecim mensium decursu circiter febricitarunt: tametsi omni ingenio, omnique industria, studio, ac diligentia ad eos patientes rectissimè curandos vsus sim. At mirum fuit, eos ab initio vehementi, ac magno morbo vexatos, artis medicæ instrumentis rectè adhibitis saluatos fuisse; ac denique sospites euasisse: sicuti è contra alios talium vidi Medicis peritis non ducentibus ita affectos, mortem obijsse; Quoniam igitur hæ cruditates morbos acutos, vehementerque magnos, nec non cronicos magnos, & paruos ceu causæ syllogisticæ pariunt: proinde ad rectè morbos magnos, & paruos humorales, curandos necessaria hetele harum cruditatum æquè tam cognitio, quàm curatio conspicitur: vt Hippocrates, & Galenus asseuerarunt; Imo Galenus ait à Medicis præstantissimis solas rerum causas cognosci adimendas; Ne itaque inter malos Medicos connumerandus sim, quorum Hippo. meminit ita. *Quare medicorum plerique malorum nauium gubernatorum mihi simillimi videntur, qui si tranquillo mari nauem regunt, nemo eos peccare deprehendat. Quod si eos vehemens ventus, aut tempestas oppresserit; iam omnibus manifestè constat eorum imperitia, & culpa nauem perditam fuisse. Ad hunc sanè modum improbi plerique Medici, dum leuiter affectos curant, in quibus grauissimi errores commissi nihil periculi admittunt (cum multi huiusmodi morbi, ac longè frequentiùs, quàm grauiores hominibus contingant) in ijs quidem si delinquant, plebeios latent: vbi verò in magnum, ac vehementem, ac periculosum morbum inciderint, tum ipsorum ars, & errores omnibus sunt conspicui. Horum enim cuiusque vindices pœnæ præsto sunt: neque in longum differuntur.* Quorum etiam meminit hoc modo. *Nam cum ob scientiam sermonum vniuersalium sibi ipsis persuadeant, sese ipsum etiam artis opus singulare nouisse, non aliter, ac aurum adulterinum ab igne examinatur, ita eorum ignorantia hac professione arguitur.* B

Totis suis operibus. 6. Epid. com. 5. cont. 27.
De prisca med. p. 16. in Foes. C

Ne inter malos Medicos connumeretur Medicus optimus, hoc opus perlegere debet.
Qui nam mali Medici sint, ex Hippocrate.

Lib. de elegantia p. 104. & 105 in Heurnio & in Foes. 14.

Vt itaque Medicus inculpabilis, ac inculpatus, artisque Medicæ collega adæquatus, pro meo posse, euadere valeam, in quacunque momentanea occasione rectissimè agendi paratus, circa cruditates allatas rectè curandas; de his agere teneor, cum Hippocrates medicinæ prodiderit. *Quare & vniuersa ea, quæ sunt* morbosa, seu insalubria, & salubria *explorata, & comperta esse debent, & circa eadem singillatim, non tenuiter exerceri; si quis facilem, & inculpatum habitum, quem Medicinam vocamus sibi iungere volet: insignem enim vtilitatem, tum ægris, tum bonum artificibus adfert.* Maximeque in morbis acutis id necessarium est, cum Hippocrates exararit. *Maximè in morbo acuto: Morbi enim celeritas eum occasionem excludat à regressu, impellit eum, qui medicinam eleganter facit.* Et eodem libro in Heurnio pag 129. ait Hippocrates, *in afflictionis vehementia, & assiduitate incrementa, ducente affectu ob consilij inopiam plurima ad rem præsentem commoda effugiunt, in tali itaque momento temporis actioni opportuno animo sibi constet.* Præterea etiam in longis morbis rectè curandis vtilissimus tractatus erit, duabus rationibus, ad ægrotum vtilitatem, nempe ad eos diligentissimè medendos, atque simul ad eos ab erroribus aliorum non rectè medentium erroribus, ac detrimentis tuendos: In cronicis nanque, diuturnisque morbis plures medici super vocari solent: si ægri, seu ægrotantium consanguinei, aut affines, vel amici non à causis, iam narratis morbi diuturnitatem prouenire putantes; immo Medici (qui curationem suscepit) culpa: etsi rectissimè is Medicus etiam in ea curatione ægregiè se gereret, cum nobis præceptum Hippocrates reliquerit, numquam *calamitosè afflictos emungere,* immo *à morbo conualescentibus exprobare* nos teneri: Quatuor enim Medicorum differentias Hippocratem constituisse inuenio, quidum supra Medicum probum, fidum, & inculpabilem rectis-

Medicus optimus Artis Medicæ collega inculpabilis hanc cruditatum scientiam, & peritiã callere debet.

Lib. præcept. in Foes. 30. in Heur. 129.

D

Quæ scientia, & peritia iam in morbis acutis potissimum possideri debet.

Eadem lib. in Foes. 38. & 39. in Heurn. 129.

Quam in morbis cronicis.

Lib. precept. in Heurn. 124. in Foes. 38.

Medicorũ differentiæ quatuor.

A rectiſſimè agentem vocari, & duci poſſunt: Vel enim Medicus peritus eſt, dogmaticus, non tamen fidus ad ægrorum tantùm emolumentum incumbens, immo ad gloriam ſuam inuidia impulſus, & garrulus, cuius meminit diuinus ſenex, hoc modo. *Fallax enim, & ad errorem procliuis aſſeueratio, quæ eſt cum garrulitate coniuncta*, talis nanque Medicus Arti deceptoriæ ſolùm ſtudet gloriæ, & lucro, non autem ægrotantium vtilitati incumbit. De quibus etiam ait Hippocrates in Foeſ. interp. pag. 40. *Medicum ratione vtentem, alterum inuidiosè nunquam calumniaturum eſſe* debet, attamen iſti inuidioſiſſimè ſe gerunt. Præterea vel Medicus rationalis ſe habet, non tamen omnino peritus, cum nõdum experimentis Artis Medicæ peritia ſit decoratus. De quo ait Hippocrates. *Quid enim mali contingat, ſi mercedem auferant, qui Medica opera publicè malè exercent? At nunc ægrotis ipſis, cum ſint extra culpam non ſatis eſſe vis morbi viſa eſt, niſi etiam Medici imperitia accederet. Ac de his quidem hæc ſatis dicta ſunt, niſi quòd nullum ex his, quæ ſola ratione concluduntur fructum percipere licet, verùm ex his, quæ operis demonſtrationem habent.* Tertia verò differentia Medici improbi vtique eorum medentium eſt, qui empirici dicuntur, cum ſolo experimento vtantur, de quibus mentionem fecit Hipp. *Trahitur autem in omnigenam calamitatem, ſeu in omne genus infortunij cum vehementi pernicie, cum medicus, qui morbo præeſt peſtilentia iuuenilis temeritatis correptus eſt, decori negligens, &c. Horum quamuis collega iungeret, non tamen de medendi* B *ratione cum illis conſilium iungerem, ſed confidenter peterem vt remedia ſua proferrent: Inquiſitionis enim elegantis ſcientia apud eos diſpera reperitur. Et quamuis hi neceſſariò indocti ſint, affirmo tamen exercitationem horum vtilem eſſe, poſtea quam præceptorum multifidam veritatẽ ſe verè indagare poſſe ſperet citra exercitationis conſtantiam? Quare hos non eo dicentibus quidem iſtis auſcultandum eſſe, ab operantibus reſiſtendum eſſe.* Verùm alia differentia Empiricorum inuenitur, quorum omnes *quidem ad medellam accedunt morbum fama celebrem captantes, cauentes aliorum medicorũ introductionem, celebrantes ſuam curationem &c.* Sicuti enim primi medici ratione gloriæ & auaritiæ artis medicæ finem fruſtrando noſtris ægris magnam inferre poſſunt iacturam ita quidem aliæ tres differentiæ Medicorum ſua imperitia errores committendo, noſtros interficere ægros queunt. Eamque ſanè ob cauſam, ſi circa has cruditates (in morbis diuturnis, in quibus ait Hipp. etiam empiricos admittendos eſſe, in gratiam ægrotantium) rectè curandas, omnes Hip. & Gal. autoritates, ſimulq; rationes, omniaq; tum experimenta vnà, & exempla meo more, vt etiam in alijs duobus operibus iam feri compilauero, memoriæq; mandauero; procul omni dubio, ne dũ id, quod rectiſſimum agendum fore, ſemper attingam: At verò etiam meos ægros à malorũ medicorũ vaſritie, dolis, ac erroribus tuebor. Tuncq; omnis Medicus hunc perlegens tomum poterit eorum Medicorum eſſe, qui probi, fidi, inculpabiles, artiſq; collegæ, ac ſotij ſunt; quibus etiã has conditiones Hip. conſignauit, hoc modo. *Ad ſuſtentandam occaſionem tolerantes, oratione efficaces, qui quicquid doctrina acceperunt in medium proferunt, ac pro gloria, quæ inde* ab vtilitate ægrotantium *prouenit decertare parati doctrinam ſuam ad veritatis lucem repurgantes &c. Si quis igitur eorum aliquid, quæ ratione proponuntur, ad veritatem expenderit, nequaquam* ab alijs Medicis infidis, & garrulantibus ijs fidis Medicis *ſuppeditabuntur* fallaci doctrina, ab infidis ſubminiſtrata.

Lib. citato in Foeſ. p. 28. — Ibidem. — Lib. præceptio. ni Heum. 225. in Foeſ. 41. — Lib. præcept. in Heur. 223. & 228. in Foeſ. 39. & 46. — C Lib. de decent. hab. ad principium in Foeſ. p. 23.

Vel enim Medicus probus non tamen fidus, imo infidus verè tantùm non incumbens Arti deceptoriæ tantùm ſtudens. — De qua redità lib. 5. ſecundi tomi de Medicinæ certitudine. — Vel imperitus ratione tantùm vtens. — Vel imperitus ſolo experimẽto progrediẽs, & iſte duobus modis ſe gerere poteſt. — Empirici etiam audiendi. — Vel Medicus peritus, & fidus eſt, & inculpabilis Artis collega ſolam ſanitatem, & veritatẽ habens; non aurem lucrũ, nec gloriam.

C A P V T II.

Cruditatis nomen, & eſſentia generica, ſimulque vis definitione explanatur.

CVm Hippocrates monumentis medicinalibus conſignarit *nomina nanque lege quadam rerum naturæ ſunt ſancita*. Proinde vnà cum nomine, etiam cruditatis quidditatem genericam eodem tempore diluam. Quare cruditatis nomen nedum, at verò eſſentia, & vis concoctionis quidem nomini, eſſentiæ, & facultati opponitur: Vnde cruditas ſucci, incõcoctio etiam, & prauitas ſucci appellatur. D Quo circa ſicuti ſucci prauitatis inconcoctionis, ſeu cruditatis nomen, non niſi quatenus concoctio mala, defecta, praua, ac vitioſa denominatur; & prout cruditas ipſa coctioni contrariè opponitur: ſic etiam cruditatis pariter, ſeu inconcoctionis eſſentia, nõ niſi ſucci mala, ſeu praua, aut vitiata, vel defecta concoctio conſpicitur, ceu vitium concoctionis facultatis coctricis partis coquentis ob intemperiem, aut læſionem inſtrumentalem, aut externum errorem obortum Galeni ſententia: Eamq; ſanè ob cauſam crudum eſt, quod à particula, & à coctrice facultate alterationem iuxta naturam non aſſumit, vt idem Gal. aſſeuerauit. Pro quorum dilucidatione perpende cruditatem quidem *palam eſſe fruſtrationem in alteratione concoctionis ſymptoma:* ceu vitium fruſtratæ coctionis in alteratione orta, cum autem cruditas vel *omnino nulla alteratio ſit, ſymptoma id* vtique *apepſia ſiue cruditas* omnimoda *nominatur*. Aut *alteratur, non tamen ſicuti oportet: cruditas quidem ſiue apepſia id quoque appellatur: ſignificatur tamen non vtique ſicuti priùs priuatio, ſed deprauatio. Cum autem ſit deprauatio* concoctionis cruditas hæc *duplex, vel quod tardè & nondum conuenientem mutationem cibus ſuſcipiat. Vel quod corrũpatur omnino ita, ut naturalẽ gra-*

Lib. de arte p. 4. — Lib. de ſympt. dif. cap. 2. & de ſympt. cauſis c. 4. — 8. De com. med. ſec. loc. c. 7. — 3. De ſympt. cauſis c. 3. — Ibidem. — Ibidem.

Nomen cruditatis eius eſſentiã declarat. — Nomen cruditatis, & nomen coctionis oppoſitum. — Vide de cruditatib. pulcherrima Gal. 3. de ſymp. cauſis c. 1. — Cruditatis nomen. — Cruditatis forma. — Cruditas fruſtratio, & vitiũ cõcoctionis eſt, vt primũ genus — Cruditas hæc vel priuatio coctionis eſt, vel deprauatio coctionis de qua hic agitur. — Deprauatio coctionis vel per modũ cruditatis ſeu aduſtionis aut per modũ corruptionis.

tiam prorsus recipere nequeat. Et hæc cruditas peior quidem conspicitur, quam si cibus nihil mutetur, nihilue coquatur, quia in peregrinam, & alienam mutatur qualitatem: Quo ad nomen verò ait. *Priorem quidem bradipepsiam idest tardam concoctionem nominant. Secunda verò, quæ per modum corruptionis fit nomen proprium non inuenit.* Subinde autem Gal. cruditatis causam assignando, inquit *causa verò earum* cruditatum, quæ tam per cruditatis modum, quàm per adustionis modum, nec non per modum putrefactionis oboriuntur *communis quidem est alteratricis*, seu coctricis *facultatis frustratio. Ac prima quidem duo genera frustrationis sunt* in alteratione concoctionis frustratę *Alterum ex facultate ipsa læsa. Alterum ab externo quopiam errore proueniens.* Subinde vero primum constituit, ac subdiuidit genus, secundum eius causam, à qua pendet; depromens *Virtutis quidem* alteratricis, & coctricis *læsio bifariam contingit, aut enim substantiæ incidit culpa*, quæ substantia virtutis triplex est ex eodem Galeno, vt lib. 1. de medic. certitu. & lib. 2. de magn. morb. sanguinea dictum à me fuit, nimirum vel corpora solida, vel spiritus, vt substantia calidi innati, & species carnosa suo originali, ac naturali temperamento conseruanda: isthæc omnia semper consideranda sunt. Ideoq; Galenus hanc virtutem sua substantia læsam esse cum intemperie ait. *Verùm quæ in facultatis substantia noxæ* partis concoquentis *incidunt, intęperies quædam sunt actiuarum qualitatum.* Secundã verò istius primi generis speciem deinde constituendo, inquit. *Aut morbi alicuius instrumentalis causa* coctrix facultas læditur: Vnde coctio frustratur, ac vitiosa redditur. Quocirca vitium coctricis facultatis partis coquentis propter illius partis coquentis intemperiem, aut læsionem instrumentalem consurgit: Præterea aut propter errores externos, quod fuit secundum genus causæ frustrationis concoctionis sine facultatis coctricis læsione frustratæ: Quod genus in tres species Galenus diuidit, inquiens *Externus error*, ex quo lædi potest coctrix virtus *triplex est. Alius* enim *in excrementis, quæ in ventre habentur*, & sicuti de excrementis, in ventriculi fundo retentis respectu chylificationis, ita etiã ratione sanguificationis fru[...]atæ de excrementis in hepate existentibus intelligas. *Alius in cibis, nam ventre ipso minimè affecto non consequit animal, vel propter cibi, aut potionis immodicam copiam, vel propter qualitatem alienam, vel propter intempestiuitatem, vel incongruum ordinem. Dico autem parum conuenientem ordinem, si mala verbi gratia, & punica primo loco sumatur*, quæ adstrictoriam, vim continent. *Olera verò ex oleo, & garro vltimo loco*, quæ laxatiua sunt: eo quia totum in oppositum probus ordo cibum capiendi haberi debet. *Intempestiuitatem verò, si manè antequam prior cibus descenderit, vel paulo ante exercitationem prandeatur.* Quando quidem, vt ait Hipp. *Deambulationibus quoque matutinis multis vtatur*, vt priusquã prandeat homo, excrementa deambulationibus dissipet, *à cœna verò exigat, vt ne cibi quidem à deambulationibus post cœnam reficcentur; corpus autem à matutinis euacuetur.* Tertiam verò speciem illius secundi generis causæ frustrationis coctionis posuit, inquiens. *Alius in tempore somni*, & postea *vel somnũ exiguum* quoniã, vt ait Gal. in 12. meth. cap. 3. *somnus concoquit, Vigiliæ verò digerunt*: in somno etenim duplex calor adest circa ventriculum, & hepar, quia in somno calor vniuersalis concentratur, vt vberrimè iam demonstratum est in vigilijs verò calor is per totum corpus extrinsecè expansus est: & Gal. ait *non solùm quies, & somnus sed etiam longum tempus &c.* idest somnus longus requiritur. Cęterùm inuenio quartam causam extrinsecam errorum externorum frustrationis concoctionis nihil læsa coctrice facultate partis coquentis, neque intemperie, neque læsione instrumentali, hoc est, immodicus veneris vsus, cum in emissione seminis plurimum calidi innati educatur: Vnde asserere possumus, tunc facultatem alteratricem, seu coctricem offensam esse in substantia spirituum, non autem ratione substantiæ solidæ, neque speciei carnosæ. Cæterùm, vt reuertar vnde digressus sum; Concoctio perfecta vtique tantùm significatio ab Hippo. & Galeno intelligitur. Eamque sanè ob causam quo magis cruditas à concoctione recesserit, eo à sanguinis perfecti natura etiam distauerit, ac eo cruditas ea maior semper prosluxerit. Vt autem quoque succi, & coctio, & cruditas, seu inconcoctio contrariè opponuntur: Cuius rei, cum Hippoc. in methodo præseruatiua sanitatis meminerit, ait. *Omnia pro hominis natura, & composuere rati cibos valentiores ingestos, quod à natura superari non possent*, nempè in probum sanguinem, quod à natura conuerti nequit, sane *dolores, morbos, & mortem afferre, eos verò, quia à natura superentur*, ac in optimum sanguinem à natura vertitur, hinc hercle *alimentum, incrementum, & sanitatem præstare valet* coctio succi ipsa: Idem quoque in methodo curatiua morborum esse Hippocrates decreuit, inquiens *concoctiones celeritatem iuditij, securitatemque salubrem portendunt, cruda verò, & inconcocta, atque in multas abscessus conuersa, aut Acrisias scilicet aut nullum, aut prauum iuditium futurum, aut dolores, aut diuturnitatem, aut recidiuas, vel mortem denunciant.*

Margin notes (left):

Cruditatis causa est coctricis virtutis frustratio.

Primum causarum cruditatis genus est virtutis coctricis læsa alicuius partis coquentis substantiæ læsæ. Vel in frigida aut calida intemperie. Vel in læsione instrumentali.

Secundũ genus causarum cruditatis tres species continet. Prima species è excrementorum retentio.

Secunda in cibi & potus incongrua acceptione. Cibus verò, vel copia, vel qualitate, vel intempestiuitate, seu ordine peccans causa cruditatis esse potest.

Tertia verò est vigiliæ, vel somnus exiguus.

Quarta causa externa quoque inuenitur.

Cruditas dicitur & est, prout à perfecta sanguificatione recedit. Cruditas, & coctio nõ modo nomine, & forma contraria sunt, sed & vitũ in methodo præseruatiua tum etiam curatiua.

Margin notes (right): A; 8. De com. med. 5. l. 6 f. 194.; 5. De symp. cau. c. 1.; Ibidem.; 11. Meth. c. 3.; Ibidem.; B; Ibidem.; Ibidem.; Lib. de vict. rat. pag. 119.; C; Ibidem nempe 3 de sympt cau. c. 1.; Lib. 1. de medicinæ certitud.; 7. Meth. c. 6.; D; Lib. de prisca med. pag. 14. 10 Foes.; 3. Epid. com. 2. t. 15. & 16.

CAPVT

A

CAPVT III.

Tria cruditatum genera eſſe;vel enim vitium coctionis deprauatæ per corruptionis modum,aut coctionis defectæ per cruditatis modum, ſeu coctionis excedentis, per aduſtionis modum genitum eſt: Duoque tantùm poſteriora genera curanda à Galeno proponuntur in lib.de tuend.ſanitate oſtenditur.

B



Æterùm clarioris doctrinæ gratia,hic genus cruditatum , quod Galenus in lib. de tuen.ſanit.dilucidare non intelligit, ab alijs duobus generibus, quę ſibi ipſi in laſſitudines curandas,tollenda proponit,diſtinguere cogor:Cum in hoc toto opere defatigandum eſſe pollicear, iuxta Galeni doctrinam eruditiſſimam, ijs in libris ſtatutam;Suppoſito enim,vt inter cruditates definitionis allatæ nõ includatur ea cruditas,quæ ab aſſumpto cibo,& potu,quæ apepſia vocatur, & quæ nulla omnino ciborum alteratio eſt 3.de ſymp.cauſ.c. 1.& Gal.& Hip.ait, quòd ea cruditas venæ ſectionem retardat,quouſque chylus probè coquatur,quia nec alia fęcum ſtercoraria cruditas in inteſtinis exiſtens comprehenditur,quæ ſimiliter venę ſectionem defert,donec excrementa ſtercoraria per aluum deſcenderint,vt ijdem autores ſtatuunt,ait enim Hipp. *Si febris corripuerit veteri ſtercore non ſubeunte,vel recenti cibo accepto , ſiue cum lateris dolore , ſiue non is quieti permittendus,dum primùm ad inferiorem aluum cibi recrementa deſcenderit*,etſi Celſus dixerit.*Ergo ſi ex ſuperiori parte aliquis decidit,ſi contuſus eſt,ſi ex aliquo ſubito caſu ſanguinem vomit,quamuis paulo ante ſumpſit cibum,tamen protinus ei* venæ ſectionæ *demenda materia eſt ne ſi ſubſederit,corpus affligat*. Vnde primo aduerte,has ſtercorarias non comprehendi cruditates,in hac humani corporis ſuccorum crudorum conſtituta definitione. Præterea perpende humorum cruditatem,ceu vitium concoctionis facultatis coctricis imbecillis partis coquentis genere triplex eſſe. Nam aliàs vitium eſt chylificationis facultatis chylificatricis debilis ventriculi per corruptionis modum proditum:ac tunc bilis porracea,quæ etiam bilis,& cholera praſſina appellatur,ex qua

C

deinde per aduſtionis modum alia bilis æruginea oboritur,quæ Zinaria cholera vocatur. Quocirca æruginea cineri aſſimilatur,ſicuti porracea carbonibus aſſimilatur,quarum meminit Hip. & ait. *At quandiu iſta ſublata, incocta, & minimè contemperata fuerint , nulla arte neque dolores, neque febres finientur: Et quibus quidem acuti,acres,& æruginoſi humores inſtant,quinam furores,& viſcerum, ac thoracis lancinationes , animique abiectio inde oriuntur*. De ijs etiam vide Galenum. Quibus vtiquè duabus bilibus,aut vna harum in ventriculo reſidente,ſi venæ cauæ ſectio fieret, aut cucurbitæ tum ſiccæ,tum ſcarificatæ cuti infigerentur, vel frictiones attractoriæ adminiſtrarentur,tunc ſanè hæ cruditates venas,ac totũ corpus attraherentur,hinc etiam æger interficeretur: cum Auerroes,& Conciliator,& Auicenas,vt etiam Sauonarola adnotauit,exiſtimarint bilem æruginieam adeò prauam eſſe,vt veneni naturam ipſa contineat:Vnde eam febrem gignere non poſſe,quia priuſquam putreſceret,hominem potiùs interficeret. Ex quo Sauonarola choleræ Zinarię medicamenta digeſtiua nõ poſuit:cholerę verò praſinę digeſtiua proponit,& ſi ipſa quoq; veneni particeps ſit.Quocirca raro febrẽ concitare valet,vt conciliator ait:Ideo toto eius vitę periodo ſemel tantùm ſe vnam vidiſſe febrem à tali bile obortam,refert:ſimulq; ſtatuit hãc porraceam in ſeptimo die hominem ęgrotantem interficere;ſi vera praſſina fuerit,quę ſua natu-

D

ra craſſa eſt:Nam interdum bilis colore porraceo viridi tincta, liquida, & fluxilis in vomitionibus à nobis conſpicitur,ac tenuis,quę haudquaquam vera praſſina eſt:immo tunc adeſt cõmixtio humoris nigri,melancholici,& billioſi flaui, ex quibus ea viridis bilis emergit: Proinde Sauonarola iſtius bilis pręparatiua poſuit.Cum autem harum bilium ſublatio vomitionibus tantum re vera executioni mandanda ſit:De ipſius curatione nihil dicam, cum ipſius cruditatis generis Galenus nihil meminerit: Ratio autem eſt, quoniam Galenus ibi cruditatem genericam aſſumit, quatenus cruditas , ac deprauatio à perfecta ſanguinis coctione , vel ſecùndum defectum ante ſanguinis generationem per cruditatis modum prodita, ſecundùm autem exceſſum poſt ſanguinis generationem percocta diſtat. Non autem iuxta ſucci corruptionem, ubi cruditas per modum corruptionis profluit, cum de his dixerit his verbis. *Quippe corruptionis ciborum tres primæ generaliſſimæ ſunt differentiæ , vna quidem fit propter ventriculi morbos , altera à vitioſis humoribus in ipſo accumulatis. Tertia ab alimentorum qualitate*. Idem ferè 6.epid. commento quarto cont.25. & Auicenn. Illa vero duo cruditatum genera enucleanda Galenus ſibi ipſi, his verbis, propoſuit inquiens. *Generaliter igitur eiuſmodi ſucci omnes albi, crudique ſunt ; nomenclaturam verò alius aliam ſortitur*. Nec attinet ad præſentem diſputationem ea

Marginal notes:

4.De vict.rat.in m.a.t.36.
9.Meth.c.5.

In ea definitione cruditatis apepſia nõ includitur
Neque includitur cruditas ſtercoraria.

Loco cit.in Foeſ. p.185.
Idem Gal. loco citato.
Lib.2.c.10.

De ipſa et dixi 2.de mag. mor. ſan.c.4.

Cruditas vel p modũ corruptionis fit de cuius curatione, I hoc opere nõ agitur cum eius curatio facilis ſit p vomitum: & quia à ſanguinea natura nimis diſtat bilis Zinaria ſeu æruginea venenum eſt.
Bilis vero praſſina minus venenum eſt. quæ porracea eſt.
Bilis porrorum colore quæ non eſt praſina nec venera porracea

3.De ſymp.c.1. & 6.epid.c. 4.t. 25.
Coacæ prænot. 556. ex Foeſ p. 161.
De priſca med. p.21.
Per æruginoſos humores tũ eos ex bile flaua, tũ ex praſſina natos intelligit de atra bile c.2.
7.Col.c.de cura feb. melancolica.
Lib.1. f. 3.c.de humoribus.
Tract.4.c.30. in lib.14.f.47.tertg.

Loc cit. tub.13 Hipp. & Gal.6. epid.c.1.cõt.6.
4.De tuen.ſan. c.4.

Vel per modum cruditatis ſecũdum defectum.
Vel per modum aduſtionis ſecundum exceſſum, genitis de, quarum curatione, & cognitione verba fiunt.

1. De loc affect. c.3.
Lib.3.f.21.trac. 2.fol.297.G.& H.
4. De tuen.ſan. c.4.

omnia distinguere eo, quia tantùm hæc duo genera communiter cruditatum assumit nempe succorum pituitosorum, & mordacium. Ideo pergendo ait, *quippe ad quam illud tantùm immune omnium accidens pertinet, quod hi succi percocti à natura non sunt, sed crudi adhuc manent: si quidem sanguis in medio est biliosorum, atque horum, quorum vtique genus vno vocabulo appellare licet, vel crudum succum, vel pituitam. Illi nanque ex sanguine fiunt, vbi supra iustum modum est percoctus, hi verò ex eo nondum perfecto,* & postea exarat *crudorum, siue etiam semicoctorum, qui ante sanguinis perfectionem fuerunt* pituitosorum, *& acrium, ac mordacium, qui secundi sunt crudi, & sanguine posteriores.* Hæc itaque duo genera cruditatum, simulq; horum species dilucidare polliceor. A

C A P V T. IV.

Duo isthæc genera allata cruditatum, nempe pituitosorum ante sanguinis generationem per cruditatis modum, & acrium, seu mordacium post sanguinis generationem per adustionis modum obortarum, hic penitus elucescunt. B

Hæc duo genera cruditatum contraria seorsum esse.

Definitio cruditatis generalissima humorum pituitosorum, tum acrium seu mordacium.

Definitio generica cruditatis pituitosorum.



EX ijs autem huc vsque iactis colligas, ea duo cruditatum genera vicissim contraria esse eo, quòd genere conueniunt, specie verò differunt, & sunt contraria, longinqua, ac extrema, quæ conditiones contrariorum inueniuntur ab Aristot. constitutæ. Quandoquidem ambo vitia sunt coctionis facultatis coctricis frustratę, partis coquentis læsæ, vel intemperamento, aut vt partis organicæ, aut errore externo, vel vtroq; modo affectæ; quæ definitio cruditatis succi generalissima introspicitur à Galeno posita, vt c. 2. etiam iam dixi. Pituita verò non naturalis cruda, & praua vitium quidem est. Chylificationis frustratæ facultatis chylificatricis sæpè imbecillis, vt defectiuę in calore ventriculi coquentis, vel intemperie, seu instrumentaliter, siue vtroque modo offensi, aut ob errorem externum, per cruditatis modum, & ante sanguinis generationẽ ortum. Aliud verò cruditatis acrium, & mordacium vtiq; vitium significationis frustratæ est facultatis sanguificatricis excedentis in calore hepatis coquentis, aut intemperie, seu organicè obnoxij, per adustionis modum, & post sanguinis generationem genitum. Vltra quòd etiam vi, temperamento, simulque consistentia contraria sunt. Neque obijcere poteris asserens, omnes humores tum naturales, tum præter naturales, qui praui, & crudi omnes existimantur in hepate celebrari, ergo pituita cruda, & praua ventriculi sanè vitium nequaquam reperitur, neque chylificationis facultatis chylificatricis, quippe duntaxat vitium est hepatis, ac sanguificationis facultatis sanguificatricis. Nam pituita, vt Galenus statuit antę sanguinis generationem, ac per cruditatis modum cruda gignitur, pituita verò naturalis, & cocta in ea sanguinis generatione procreatur: Vnde ad Galeni autoritates concedo de pituita naturali, & perfectè cocta ab hepare genita: vt verò pręter naturalis, & cruda ante sanguinis generationem oborta à ventriculo pendet: Vnde nego eam crudam pituitam, vt crudam à iecinore proficisci. Quandoquidem cruditatis pituitæ causam immediatam, quæ vt ait Aristot. prima est, vt syllogisticam Galenus assignare tenebatur; qua vtique ablata necessariò quoque crudæ pituitæ generatio tollatur: dum posteritati prodidit, his verbis. *Porrò à nobis demonstratum est pituitosum humorem, ex pituitosis cibis in prima hoc est ventriculi concoctione fieri, vt biliosum, & melancholicum in iecinore. Mutatur & in concoctione, quam obit in ipso pituitosus in sanguinem: proinde nullum ei peculiare datum instrumentum est ad sanguinis purgationem,* cum à ventriculo emanet, hinc pituita cruda in venis diu morando, in probum transmigratur sanguinem à natura concocta, corpusque optimè alere potest. Acribus verò humoribus, nempè bili, melancholiæ, serosoque excremento instrumenta Deus, & Natura assignare voluerunt, ad sanguinis depurationem, cum hi humores in hepate fiant, vt Galenus asseuerat, qui humores vt combusti, non amplius in sanguinis naturam transmigrari valent, cum id, quod aptum est in sanguinem conuerti, in his non adsit. Quocirca de cruditate propriè loquendo, quæ per cruditatis modum emergit, ac pituita cruda appellatur, eius causam in membro assignando, statuit ventriculi fundum læsum cruditatis causam esse: sicuti naturaliter se bene habens probè chylificationem concoquit, dum Galenus ait: *idcirco Medici ea, quæ in parte ventriculi inferiore eueniunt, proinde ac si omnino non fierent, & despicere, & contemnere solent. At quia coctionis opus in partibus ab ore inferioribus fieri nemo negat, necesse est hanc ipsam partem, quum malè disposita fuerit, cruditatum esse causam: quum videlicet vel ob inordinatam alimentorum ingestionem, aut multitudinem, aut qualitatem.* Hinc nedum Gal. statuit ventriculum coctionis instrumentum esse, verum etiam 5. de vsu part. c. 4. & 17. de vsu part. c. 2. ait ventriculi propriam actionem coctionem esse. Eamque sanè ob causam pituitæ crudæ causa duplex est, vel enim prima, ac immediata, aut secunda. Prima enim conuertibilis est, cum ipsius cruditatis generatione; secunda verò minimè reciprocabilis est; cum itaque quoties ven-

Lib. post prædicam. c. de opposi. — De sympt. diff. c. 2. ac 3. de sympt. causis c. 4. & 8. de com. med. 5. l. loc. c. 7.

Definitio generica cruditatis mordacium seu acrium.

Obiectio.

C Gal. 4. de vsu partium c. 12. & 13. & 7. de vsu partium c. 8.

Solutio. Pituita cruda quomodo a ventriculo, & quomodo ab hepate gignatur.

1. Post. c. 13.

De atra bile c. 8. 6. Epid. c. 1. cõt. 6 f. 153. E. & 5. de vsu part. c. 4. & 1. de loc. affec. c. 3.

D Vt & Gal. 4. de vict. rat. in m. a. cont. 30. & cõt. 44. & 5. de sim. med. t. c. 11. Eodem loc. cit. lib. de atra bile c. 8.

Ventriculi fundum causam esse generationis cruditatis pituitæ.

5 De loc. aff. 5. c. 6.

3. De tem. c. 2 & de sympto. differ. c. 4.

A

Lib. de ſympt. diff. c. 9.

tticuli fundi, vel intemperie, ſeu inſtrumentaliter læſi facultas chylificatrix calido innato deſectiua languidè chylum coquens fuerit, ibi neceſſariò pituita cruda tanquam cruditas à Gal. dyſpepſia appellata, ſemper quoque genita erit, vt nedum vitium actionis coctricis, ſeu mala concoctio, verùm etiam ventriculi fundi: Et è contra vbi pituita propriè dicta genita fuerit, ibi etiam neceſſe eſt vt ventriculi fundi læſi coctrix deſectiua ſit; tamen ſuppoſita recta victus ratione, à qua pituita non gignatur, cum ibi cibi, & potus non ſint pituitoſi: ergo ſequitur aſſumptum, quia ventriculi fundo læſo, adeſt cruditas ipſa, ac exiſtente pituita cruda viciſſim etiam ventriculi fundus læſus eſt: Secunda verò cauſa hepar quidem eſt, nam etſi ſanguine pituitoſo exiſtente etiam hepatis ſanguificatio deſectiua ſit, prout hepar à ventriculo imbecillitatur; non tamen ſequitur, quod per propriam actionem, gignat pituitam: Ideò, læſo hepate, non ſemper gignitur pituita: Nam iecur pituitam crudam procreat, prout à ventriculo chylus vt ſanguificationis, ſeu ſanguinis gignendi materia proxima malè elaborata, ac malè diſpoſita ad probum ſanguinem procreandum: Vnde non niſi pituitoſus ſanguis oboriri valet. Idcoque ipſi inſtituto obijcere non poteris, ſi dixeris hepar, cum quatuor ſuccorum maſſæ ſanguineæ perfectiuum ſit, cum longè maior coctio ſit illa, quæ in iecinore celebratur, quàm ea, quæ in ventriculo fit; ideo non dicas hepar pituitæ crudæ perfectiuum principium eſſe; ergo cruda pituita ab

5. De loc. affect. c. 7.

6. Epid. c. 4. cõt. 35. & 5. de loc. aff. c. 6 & de atra bile & 8. de vſu part. c. 12. 6. Aph. 16 & 4. de vſu part. c. 3. & c. 19.

Obiectio.

B

5. de natur. fac. c. 7.

Locis dudum citatis & de atra bile 1. & li. 10. & de ſymp. med fac. f 72. F & com. 2. prog. cuſt. 3. Gal. in 6. epid. com. 4. t. 35.

Solutio.

hepate gignitur, non à ventriculo: Quia nego, hepar crudæ pituitæ perfectiuum principium eſſe, immo pituitæ crudæ correctiuum, principium habetur: ſuccorum autem quatuor naturalium, ac probè coctorum maſſæ ſanguineæ tantùm perfectiuum conſpicitur. Cum facultas hepatis ſanguificatrix, ſemper optimum ſanguinem quatuor ſuccorum generare nitatur: hinc etiã chylum malè à ventriculo elaboratum corrigere, ac emendare perpetuò conatur, etſi in totum nequeat, immo ſolum in aliqua parte malitiam eam crudæ pituitę, à ventriculo genitę demere poſsit. Cęterùm pro integra notitia iſtius primi generis cruditatum pituitoſorum primò contemplor interdum pituitam gigni ventriculi fundi chylificatrice non lęſa, per accidens; quando chylus non probè à ventriculo celebratur, non defectu ventriculi, ſed eò, quia in ventriculo chylus alterandus debito tempore morari nequit, quouſque à ventriculo probè coquatur: & eò, quia chylus, qui primam ſanguificationis faciendę alterationem, ceu pręparationem in venis meſeraicis, vt ait Galenus inibi non firmatur debito tempore. Quod vtique quatuor de cauſis contingere poteſt, vel enim quando bilis in ventriculi fundum confluxerit, quę ſua mordacitate, ac *morſu commouet, prohibetque alimentum, morari in inteſtinis ad eundem modum etiam ventriculum ſenſu, quàm ieiunium* inteſtinum *exactiori præditum cogeret alimentum priùs propellere deorſum quàm planè concoctum eſſet, &c. ſi quidem morſus vehementes crudos cibos cogunt excernere*; eoque tempore natura minime ocioſa, ad hepar eos crudos trahit cibos, pro partium nutrimento: cum ſatius ſit male nutriri, quam nihil nutriri; hinc cruda emergit pituita: Aut dum ventriculi retentrice labefactata, chylus debito tẽpore minimè retinetur, vt in cęliaca paſſione vſu venit; Vel vbi chylus in ventriculo, & venis meſenterei non dum coctus fuerit, ab hepate calidiori attractus, aut ob nimiam copiam cibi, & potus aſſumptam neceſſe ſit priùs diſtribui, quàm coctio facta ſit, cum Galenus deprompſerit. *Demonſtratum præterea eſt; vbi proprio, & commodo nutrimento deſtituuntur, vrgeri, vel eius, quod non commodum eſt, aliquid rapere, tale porrò eſt, quod nondum in ventriculo, veniſque concoctum eſt. Ergo neceſſe eſt, cum homo largius ſe cibis per hoc tempus impleuerit, eo caſu crudi ſucci plurimum in corpus animalis rapi, idque multis de cauſis, & quod deterius in ventre, veniſque concoquitur, quod copioſius eſt: & quod multum in corpore molem ideo ſubit*, aliqui verò codices habent *attrahitur, quia multum ſupereſt, & quod citiùs etiã, quàm par eſt, propterca quòd venter venis, vena reliquis omnibus animalis partibus rapi, quod nondum confectum eſt, permittunt*. Secundò autem ſpeculor pituitam duntaxat à ventriculo, non autem à cerebro promanare, vt aliàs dicam. Inſuper perpendo cruditatem propriè tantummodo pituitam quidem eſſe, per cruditatis modum genitam, vt rationibus allatis patenter notum eſt. Crudum enim eſt, quod à particula alterationem non aſſumit iuxta naturam. Nam naturalis pituita mirè dulcis, cum vtilis ſit, penituſque cocta, etſi quantitate nimia fuerit, tunc ſolùm copia peccabit, non autem cruditate, ſeu malitia, vt Galenus expreſsè dixit, vbi crudam dilucidando pituitam ait, eam craſsiorem, ac viſcoſiorem ex qua in articulis *tophi, & calli, qui appellantur, horum generatio eſt*. Etſi ibi vnà cum pituita cruda, etiam ſanguis, & bilis commixta adeſſe poſſint, eũ exarauit. *Aliquando quidem igitur irruens humor ſanguineus eſt, vt plurimum verò pituitoſus, aut ex pituitoſo, & bilioſo mixtus, aut etiã ſanguine, cum ipſis permixto*. Propriè verò humor crudus in febribus pituita craſſa vocatur à Galeno putreſcens iiſdem modis, vt eſt ibi videre: Ex dilucidatione verò generis pituitoſi, & ex definitione poſita alterius generis cruditatis acrium, & mordacium, genus id iam manifeſtè patet. Vnde hic alia longiori demonſtratione opus non habet. Verùm tantùm dicam genus id vtique propriè cruditatis non eſſe eo, quod non per modum cruditatis; immo per aduſtionis modum genitum eſt à iecinore, magis iuſto feruidiori. Pręterea perpende, ne dum loco allato, Galenum pituitam crudam, à bilioſis humoribus contradiſtinctã, tum vi, tum loco, vt infra videbimus; ſed etiam alibi; vbi ait cruda, quę in primis erant venis deijciebantur à bilioſis irritantibus humoribus, qui in tota corporis mole reſidebant, & qui febrẽ ardentem

Iecur pituitæ crudæ correctiuum ſeu emẽdatiuum principiũ eſt, non autem perfectiuũ.

Primum contẽplatione dignũ.

Quatuor rationib. chylus malè laboratus ad hepar fluit. cũ debito tempore in vẽtriculo nõ moratus ſit.

4. De vſu partiũ c. 3.
5. De vſu partiũ c. 4.

C

4. De ſan. tuen. c. 11.
Ibidem.

9. De nat. fac. c. vltimo.

Secũdum ſpeculatione dignum ac tertium.

D

2. De præſag. ex pulſ. c. 1.
8. De com. m. ſ. li. c. 6.
Com. 3. aph. 19. com. 1. de nat. hom. t. 13. & de atra bile c. 3.
10. De com. m. ſ. li. c. 2.
2. De alimen. fac. c. 2.
2. De præſag. ex pulſ. c. 1.

Hip. obſeruatio ne pituita in primis venis reſidens, à bile cum caui hepatis per vomitum exceſſe educitur.

4. De tuenda c. 4.
3. Epid. com. 1. t. 7.

ardentem excitabant: Vlteriùs aduerte Galenum vocasse plethoram, seu plethoricam dispositionem ex recentibus cruditatibus mordacibus exortam, hoc enim impropriè plethoram pro cacochymia desumendo, dicentem. *Si quis febricitaret, & adsit plethorica dispositio, verum ex recentibus cruditatibus sit, ac morsum sentiat, afflictumq; os ventriculi.* Sicuti etiam cruditatum plenitudinem pro copia impropriè appellauit: Propriè enim plenitudo tãtùm sanguinis est; ait enim Galenus. *At vbi crudi succi exuperant, antequam morbus inuaserit, cautè vacuabis sed vbi iam febris corripuerit, vti ante monui, nequaquam, habebis verò eorum* crudorum succorum exuperantiũ *inditium tum colorem veluti plumbeum* melancholici excrementi, *aut ex pallido album, omniaque potiùs quàm rubrum, &c. si verò etiam admodum creuerit talis plenitudo, tum & corporis illis grauitas inest, atque ad motus pigritia, tum mentis tarditas, & sensus hebetudo.* A

Quartum postulatum.

De cur.rat.per sang.miss.c.10.

CAPVT V.

Vtrunque cruditatum genus allatum, in tres differentias à Galeno scinditur: prout hæ differentiæ ad sanguinis naturam, seu ad cacochymiæ essentiam referantur; ac ad sanguinis missionem spectantes, seu non spectantes sint. B



Sthæc autem duo cruditatum pituitosarum, & mordacium genera, in tres vtique secantur differentias, quatenus vtrunque cruditatum tam pituitosorum, quam acrium, seu mordacium genus æque, vel ad totam ferè plethoram, aut ad totam penè cacochymiam, seu ad mediam naturam inter plethoram. & cacochymiam relatum est: nec non prout vbi plethora est, audacter sanguis etiam educendus est; in eo verò, vt cacochymia est, nulla sanguinis missio euacuatiua administranda quoque est: etsi ibi sanguinis missio vel refrigeratiua, aut depuratiua, seu reuulsiua à morbi magnitudine sanguinea, vel præsente, vel incipiente, aut imminente, calfactiua, seu impura, siue fluente indicata interdum agenda sit; quoad autem mediam naturam inter plethoram, & cacochymiam, consideratiùs sanguinis detractio vacuatiua molienda est, licèt audacter tunc sanguinis eductio refrigeratiua à morbi magnitudine sanguinea calfactiua indicata, seu depuratiua à magnitudine sanguinea morbi impura indicata, vel reuulsiua, siue deriuatiua à magnitudine morbi sanguinea fluente siue fluxa indicata, quandoque executioni mandanda sit, vt vbertimè loco proprio demonstratum est. Quandoquidem cruditatum pituitosarum genus, in humores paululum crudos, paulò à sanguinis forma distans, ac in semicoctos, simulque semicrudos mediam habentes naturam communem, seu neutram æquè de plethora, ac de cacochymia participem: Galenus diuidit, nam media natura habetur per eorum participationem, neutram verò per negationem, cum nec plethora, nec cacochymia reperiatur, sed medium quoddam est inter vtrunque: Atque in penitus crudos omnino cacochymos diuidit succos penitus à sanguinis specie alienos. Actium pariter, & mordacium adustorum genus iisdem rationibus, in humores parùm assatos, pauloque à sanguinis forma desidentes, sanguinisque formæ paululum excedentes distinguit. Insuper, & in alios succos, semicoctos vnà, & semiustos. Tandem, & in alios humores vndique perassatos, acres, & mordaces secat. Tenemur autem perpendere numquid vnaquæque harum differentiarum cruditatum, vel in toto vniuerso corpore, aut in vna, vel pluribus, non autem in omnibus cruditatum regionibus sit; aut in aliqua particula, ac etiam si tertia omninò cruditatum tum pituitosarum, tum mordacium sit, vel secunda, aut prima differẽtia, & an sanguis cruditati commistus probus plurimus, aut exiguus, aut mediocriter se habuerit: Nam quo ad sanguinis euacuatiuam detractionem; si sanguis optimus fuerit plurimus, andacissimè sanguis rationabiliter mittẽdus venit; Siu exiguus nihil sanguinis educendum, si verò mediocri quantitate sanguis fuerit, religiosa quidem præmeditatione iam facta, postea rectè agendnm est. Sex autem hæ cruditatum differentiæ principales in plures, ac innumeras alias differentias scindi possent. Verùm cum nunc hanc rem agendi locus non sit, immo, vbi humorum specierum declarationem ingrediar, videbo. Isthæc autem omnia narrata ex his Galeni verbis colligas, ita exarantis *Sunt autem vtriusque generis innumeræ particulares differentiæ: (cæterùm quæ ab his, qui in talibus sunt periti innumeratas species iam descriptæ: quartam tamen ipsarum adeò hic omnium meminisse necesse non est, vt etiam satis sit eas ad vnum caput redigere, quod tibi veluti scopum agendorum proponas. Nam quoniam alij priusquam ad exactum sanguinem nutrimentum perueni, veluti semicocti sunt. Alij prorsus incocti, crudiq. sunt. Alij paulò absunt à sanguinis forma. Rursus alij sanguinis faciendi. siue (vt ita dicam) sanguificationis veluti vltima pars, qui vtique excessu caloris. proueniunt Quorum alij paululum, alij plus, alij plurimum à sanguine recesserunt. Vbi paululum, vel citra sanguinem restitutum, vel vltra processum est, audacter mittendus est sanguis. Vbi plus consideratiùs agendum, vbi plurimum in his nullus omninò mittendus*

C Lib.2.de magnitudine morbi. cacochymia.

Pituitosorũ humorum crudorum genus tres habet differentias.

Mordacium humorum crudorum genus tres continet differentias.

In pluribus locis adesse possunt hæ cruditates, & vbi sunt dignoscere tenemus.

D Com. 2. aph. 24.

4. De tuen. san. c. 4.

est:

A *eſt: Inſpicere verò, & quantitatem conueniet; vt verbi gratia, ſi bonus ſanguis exiguus ſit; reliqui verò ſuccus plurimus, vtique in his abſtinendum à detractione ſanguinis eſt: Sin his quidem exiguus, ſanguis verò copioſus, audacter incidenda vena eſt.* Nam quarta, ſeu ſeptima differentia humorum, quæ ſanè inter illa hæc duo genera cruditatum media conſpicitur, quæ vtique non niſi ſanguis exactè perfectus, & exquiſitè coctus, habetur, cuius quantitas ſemper intellectu ponderanda venit, in ſanguinis eductione. Atq; ad cuiuſlibet harum ſex differentiarum, ſuccorum crudorum copiam comparata.

perfectus enim velut ſeptima differentia ſuccorū inter has ſex cruditatum differentias repoſitus.

C A P V T VI.

Quot nam pituitoſi cruditatum generis ſpecies ſint, exploratur. Ac de pituita dulci, acida, & vitrea agitur.

4. De tuend. ſan. c. 4. & lib. de plenit. c. vltimo. 3. De alim. fac. c. 32 & c. 11.



CÆterum, vt omninò primū cruditatis genus in ſuas ſpecies diuiſum eluceſcat, perpende pituitam albam, tametſi etiam crudum ſuccum eſſe ſtatuerit Galenus: Nihilominus pituitam à ſucco crudo quidem differre Galenus faſſus eſt,

B dum pituitam naturalem, & coctam à pituita præternaturali, ceu ſucco crudo ſecuit, ac vbi pituitam crudam primæ regionis à cruda pituita, omnimodaque cruditate ſecundæ regionis diſtinxit. *Quod igitur in venis pituitæ fertur, eum ſit animalibus ex vſu nulla vacuatione eget. Aduerte ſanè hoc loco, ac ſcire oportet, tanquam ex bilis generibus aliud vtile, naturaleque in animalibus eſt, aliud inutile, ac præter naturam: Sic pituitæ quod dulce eſt, id ſalutare eſſe animanti, & naturale. Quod verò acidum, ſalſumque eſt, acidum quidem omnino crudum eſſe, ſalſum computruiſſe. Porrò omnimoda cruditas pituitæ intelligenda eſt, quæ in ea concoctione incidit, quæ in venis agitur, non autem in ea, quæ prima eſt, quæque in ventriculo perficitur.* Eam verò omnimodam cruditatem, quæ hydrops appellatur, leucophlematiam Græci autores nuncuparunt. Præterea omnia, quæ frigida, ac humida poteſtate ſunt, immo omnium, quæ in corpore noſtro, ſunt frigidiſſima, ac humidiſſima ſub cruditatis pituitoſarum genere reponuntur. Nam ſaliua, quæ neque fluida admodum, neque aquoſa ſub pituitæ genere inuenitur. Omne pariter frigidum, ac humidum, ſiue valde craſſum fuerit, cum omnium aliorum ſuccorum tenaciſſima pituita cruda ſit, ſiue fuerit aqua, vt in aſcite contingit. Pituita nanque aquæ naturæ reſpondet. Similiter pituitæ ſerum ichorue ſic ſe habet. Nihilo tamen minus quidem quatuor tantùm pituitæ principales ſpecies præſeferunt; tres enim primò ſpecies conſtituit ſaporum ratione, vt antea vidiſti; Dulcem nempe, acidam, & ſalſam, cum pituita ſolummodo aut dulcis, aut

2. De nat. fac. c. 9. — Omnis ſuccus frigidus, & humidus ſub pituitæ genere cadit.

2. De nat. fac. c. 9. Hip. 1. epid. c. 1. 1. 70. Gal. 5. de loc. aff. c. 7. & 2. meth. c. 3. & 3. de ſympt. cauſa c. 1. 8. De dec. Hipp. c. 6. & 1. de tempe. c. vltimo. 2. De diff. feb. c. 6. 3. De loc. aff. c. 7. De cauſ. morb. c. 6.

C acida, ſeu ſalſa conſpiciatur, dulcis verò duntaxat, quæ inſipida apparet, veluti aqua inſipida ſapore conſpicitur, ſalutaris quidem habetur, vt iam antea dictum eſt, ex Galeni verbis. Cum frigida exactè non ſit, & cum naturæ accommodatiſſima ob eius dulcedinem ſit, vt lib. 1. de Med. cert. iam Hippocratis ſententia dictum eſt. Vnde proprio receptaculo caret, hinc ſicuti in ſanguine dulci, ita etiam in pituita dulci ſpiritus aereus, ceu caloris naturalis ſubſtantia intercluditur, vt proprio loco iam oſtenſum eſt. Proinde pituita in venis reſidens temporis proceſſu in ſanguinem vertitur, quod non fit ex bile, neque ex Melancholia. Cæterùm acida pituita, & ſalſa præternaturales, prauæ, ac vitioſæ, ſeu malæ conſpiciuntur quatenus maximè craſſæ, & penitus crudæ exiſtunt. Aliam verò pituitæ ſpeciem addidit nimirum vitream, cum ſcripſerit. *Eſt & tertia alia pituitæ ſpecies, quæ expuentibus videtur acida, eſt autem minùs frigida quàm vitrea magis verò quàm dulcis, ſicuti & alia ſpecies eſt ſalſa.* Ex quibus patet Galenum quatuor pituitæ ſpecies conſtituiſſe, vnam coctam, tres autem crudas, ac prauas. Præterea clariùs inquit. *At verò ſcias huius humoris plures eſſe differentias. Nam vna quidem ſpecies eius admodum frigida, ita vt maximos dolores afferat, quum in locum calidum impacta eſt. Et ſæpenumero multos dolores eorum, qui colici dicuntur ex acri clyſmate tali humore euacuato ſtatim ſedatos intueri licet. Hic humor videtur ſimilis*

Quatuor pituitæ ſpecies primæ. Tres ex ſaporibus. De atra bile c. 3. 2. De nat. fac. c. 9. 8. De dec. Hipp. c. 7. Alia vero pituitæ ſpecies vitrea eſt. Harum pituitæ ſpecierum tres crudæ, & prauæ ſunt dulcis vero ſeu inſipida naturalis eſt.

8. De dec. Hipp. c. 6. 8. De dec. Hipp. c. 4. 6. Epid. c. 3. t. 18. 2. De nat. fac. c. 9. & 4. de vict. rat. in morb. ac. t. 19. De atra bile c. 4. & 3. de diff. feb. c. 6 & contra Iulian. c. 4. 4. De ſimp. med. fac. c. 18. De nat. hum. 1. cont. 31. & 33. & 3. apho. 12 & 4 de ſim. med. f. c. 26. 2. De diff. feb. c. 6.

D *aſpectu nitro fuſo. Altera verò ſpecies pituitæ eſt, quam excreantes ſæpe expuunt quidem ſenſibilem obtinens dulcedinem. Tertia præterea ſpecies alia pituitæ eſt, quæ expuentibus acida ſentitur, & c. quemadmodum altera ſalſa habetur.* Scias verò Acidam, ac vitream ita crudas, frigidas, ac humidas eſſe, vt veluti mandragoræ, & hyoſciami ſuccum in noſtro corpore ſe habere, nihil à calore naturali regulatum adeò, vt in tertia pituitoſorum cruditatis differentia capite præcedenti declarata reponenda ſit, tamen vitrea magis pernitioſa, quàm acida habetur, cum frigidior ſit: Quatum ait Gal. *Acida autem, ac vitrea ſi moueatur per corpora ſentientia permeans infert rigorem ſine febre: Quòd ſi qua putredo moderata illis adfuerit epialam committit febrem*: Dulcis autem exactè frigida, & humida non habetur: hinc veluti ex dimidio coctum nutrimentum eſt, ait Galenus: Ideoque ipſam ſi in ſecunda ſpetie cruditatis pituitoſorum poſueris rectè facies. Verùm conſideratione dignum eſt, quòd ſicuti vitrea pituita craſſior, frigidiorque acida conſpicitur, ita in vitreæ generatione ventriculus imbecillior, ſeu frigidior, habetur, ſeu cibi, ex quibus vitrea emanat, magis pituitoſi exiſtunt.

De priſc. med. in fin. & Gal. 2. de fac. nat. c. 9. in fine. 4. De ſimp. med. fac. c. 20. & 2. de vict. rat. in mor. acut. cont. 30. & cont. 44. 2. De diff. feb. c. 6. Ibidem 3. de diff. feb. c. 6. Ibidem. 2. De diff. feb. c. 6. & 2. de natura fac. c. 9.

Pituitæ acidæ, & vitreæ vtriuſq; explanatio. Vitrea magis pernicioſa eſt, quā acida. Dulcis pituitæ naturæ declaratio.

CAPVT

A

CAPVT VIII.

Diſcrimen inter ventriculi pituitam, ac cerebri: Quomodoque à ventriculo, & quomodo à cerebro, vt à duobus fontibus pituita profluat. Et quomodo pituita excrementitia, receptaculo proprio carens, cunctis corporis partibus ineſſe valeat, diſquiritur.



Lib. de arte p. 7.

Optimi medici dignoſcunt inſtrumenta naturæ & artis.

Quæ nã inſtrumenta ſint naturæ.

Naturæ inſtrumẽta plurima.

QVoniam Hippocrates Artifices; ac opifices optimos, & peritos eos quidem ſtatuit eſſe, quibus facultas operatiua eſt æquè tum per naturæ, tum per artium inſtrumenta: Naturæ autem inſtrumenta, naturæ humanæ corporeæ inſtrumẽta ſunt, quibus artis inſtrumenta incitatiua, æmulatiua, adiuuatiua, curatiua, & conſeruatiua proportione reſpondere debent; ſicuti naturæ ipſius indigentia requiritur: cum autem naturæ inſtrumenta varia, varioque modo ſint: quia
B alia generatiua principaliter, alia verò generatiua non principaliter; Alia verò retinentia, alia tranſmittentia, alia recipientia, alia attrahentia, aliaque veluti viæ ſunt, alia denique nutribilia: Verùm ſicuti acidæ melancholiæ ſplen, & bili flauæ amaræ chyſtis, ſeu veſica fælea, ceu excremẽtis quidem cunctis partibus noſtri corporis minimè accommodatis, vt propria receptacula aſſignata fuerunt, per quæ ipſa excrementa ſuperuacanea euacuari poſſunt; è contra verò pituitæ naturali, hinc etiam pituitę preternaturali nullum proprium inſtrumentum conſignatum à Deo, & à natura fuit, vt antea quoque obiter dixi; & ratio eſt, cum pituita naturalis quatenus dulcis eſt, ſalutaris ſit: hinc etiam pluribus partibus noſtri corporis accommodata, ſicuti ſanguis dulciſſimus omnibus partibus accommodatiſſimus: Pituita enim ne dum cocta, & in ſanguinem conuerſa temporis proceſſu, totum corpus noſtrum nutrire valet. At verò etiam in pituita, & ſanguine caloris naturalis ſubſtantia introcluditur, nempe ſpiritus cordi implantatus, ac primogenitus, cum exarauerit Galenus. *Sed inſitus calor temperatus cum ſit ſubſtantia quidem in ſanguine, & pituita ſubſiſtit, qualitate eſt, congruè ex caliditate, & frigiditate temperatus*, & alibi memoriæ prodit *dulcis etiam pituita eſt*, vt ſanguis etiam ſe habet. Cæterùm quemadmodum pituita naturalis ſua certè inſipida dulcedine ſalutaris, & alimentalis pluribus par-
C bus congrua conſpicitur, ita per oppoſitum pituita præter naturalis, ſiue acida, ſiue vitrea, ſiue ſalſa fuerit ſemper praua, & morboſa erit, iiſdem pluribus partibus nociua: Ideoque iſtas noſtri corporis partes iſtis crudis, & morboſis pituitis, læſas, ſimulque lædentes aliàs per eſſentiam, aliàs verò per conſenſum alterius partis promulgare cogor, vt facilè, ac certè, & citò, tutò, & iucundè ſecùndum earum partium indicantium exigentiam in promptu artis inſtrumenta certa, ac indicata eas partes reparantia, ſeu corrigentia, perpetuò explorata habeam. Inſtrumentum nanque pituitæ principaliter generatiuum per ſe, quatenus pituita eſt, ac naturalis, ventriculus quidem eſt, vt Hippocrates, ex Galeni ſententia iam dictum eſt: Verùm ſicuti à ventriculo ſua vi coctrice valido, cibis Euchimis congrua quantitate, debitoque tempore, ac ordine aſſumptis, nullo repugnante exiſtente, ſemper ſalutaris pituita gignitur, ſic per oppoſitum à ventriculo læſo, aut à cibis pituitoſis diſſimiligineis, aut à quantitate probi cibi, & potus, vel ab incongruo tempore, & ordine, aut nullo ex iſtis exiſtente, ab aliquo impediente, ventriculũque afficiente, facillimè coctio ventriculi viriata eſſe poteſt, vt cauſa efficiens proxima crudatis allatæ, ab alia tamen cauſa immediata, & prima dependens; Hinc etiam pituita cruda, frigidiſſima, humidiſſimaque, & craſſiſſima, praua, & morboſa procreari poteſt: ſiue acida, ſiue vitrea ſit. Tunc enim cauſa eſt corporis affectuum: cum ventriculus quaſi promptua-
D rium ſit commune omnium partium particularium noſtri corporis, Galeni ſententia, in medio poſitum: Vnde Prima coctione optimè celebrata, omnes partes ipſa gaudent, ſin minus, læduntur. Ventriculus itaque læditur, vel per eſſentiam in cruditatis pituitoſorum generatione, atque id ſanè vel vt pars inſtrumentalis, ſicuti principaliter in prima cibi tranſmutatione, & coctione præſefert, vel quatenus frigiditate, ſeu ſiccitate, vel humiditate intemperatus, ſiue cum materia, ſiue ſine materia ſit: cum omnis pars inſtrumentalis & eius temperamentũ originale conſeruare debeat, aut verò ſua facultate retẽtrice, coctriceq; læſus eſſe valet. Nam, me quidem iudice, facultas ea ventriculi lędi poteſt, ſine inſtrumenti lęſione, & abſq. intemperie, vt in calidi innati ſubſtantiæ exhalatione, vt pote, in ſpiritus euaporatione, ac eductione, vt in nimio Veneris cõplexu vnica die tantùm geſtato, ac in largiori ſanguinis profluuio cõtingere põt. Vlteriùs à nimia Mentis defatigatione, & ab animi paſſionibus, atq; ab alijs ſimilibus; raro tñ, & per accidens à cauſa externa facultas ventriculi lęditur, non lęſo ventriculo. Per ſe etenim, & ſemper, aut frequenter intrinſecè ipſa facultas tantùm læditur, læſo ventriculo. At verò ventriculus, vt pars inſtrumentalis ſua natura corporis craſsi duabus tunicis, nec non venis, neruis, arterijs, atque omnibus fibratum

Hipp. de priſca med in fine.

Lib. 2. c. 14. Gal. 1. de nat. fac. c. 9. in fine. Hippo. de priſc. med in fine. De vict. rat. in m. 2. com. 3. t. 30 & t. 44. & 5. de ſim. med. fac. c. 20. 8. De decret. Hipp. c. 7.

Cur pituitæ excrementitię nullum receptaculum datũ fuit ſicuti bili vtrique aſſignatũ eſt.

Lib. de plenit. f. 81. G. c. 11. 2 De nat. fac. c. 9. & com. 3. aph. 18. & alibi.

Hipp. 4. de morbis 104. 524. ex Foeſ & lib. 3. De nat. fac. c. 4. & c. 7. & c. 8.

Ventriculus inſtrumentũ principale gignens pituitam, vt pituita eſt Gal. de nat. hum. c. 1. t. 40. & li. de atra bile c. 8 quia in prima coctione ex cibis pituitoſis fit vt cruda. Vẽtriculus imbecillis per protopathiam vel vt pars inſtrumentalis, vel vt ſimilaris, aut ſua facultate coctrice læſa pituitam crudam gignens per ſe, & primo.

Per accidens Quando ventriculi facultas coctrix læditur ſine ventriculi partium ſolida rum læſione.

Per conſenſum ventriculus vt inſtrumentũ chylificationis ſi grauis erit, facilè pituitam crudam gignet.

Gal in 6. de m. vul. co 3. t 43. 4. De vſu part. 6. 1.

5. De vſu partium c. 12. ac de nat. f. c. 6. 7.

A

fibrarum genetibus decoratus; si præter naturaliter corpore gracili fuerit, deteriùs coquere poterit: hine pituitam crudam gignere valebit: ac præsertim ventriculi fundus; sicuti dum naturaliter se habet, concoquit vnà cum parietibus ipsius ventriculi tunicarum, ita si præter naturaliter ex accidenti inueniatur, cruditatem efficere valebit, veluti causa instrumẽtalis, & immediata cruditatis, vt asserit Gal. Insuper ventriculus per consensum quoque læditur, ac id vel à pituita, quæ in ventriculi fundo, seu cauitate, seu tunicis annexa, vel in pancreis, aut in prima cauitate, quæ inter ventriculum, & pancreas conspicitur, vel in mesentereo, aut à liene, aut ab hepate, aut ab vtero, vel à capite, vel à toto genere venoso pituitosa cruditate affecto, vel deficiente cordis calido innato. Nam quemadmodum ventriculus, vt magnus lebes se habet, in medio istorum ignium, à quibus auxilium recipit in coquendo, ita ab ijsdem incommodum quoque recipere potest. Vnde ventriculus, vt mare se habet, ac promptuarium commune ad omnes partes transmittens tanquam ad flumina: ita iustum est etiam, vt partes omnes ad ventriculum etiam retrocedant, vt flumina ad mare elabuntur. Aliud verò etiam pituitosorum cruditatis instrumentum generatiuum conspicitur, hoc est cerebrum, tum sua mole, tum sua crassitie, frigiditate, & humiditate, & pauca spirituum in eo cerebro quantitate introclusa: quod maximè pituitã generat, non modò Hippocratis verùm etiam Galeni mente: tametsi non quidem vt pituitam, verùm veluti mucum grauem procreet, & quatenus cerebrum distillationis fons est 8. de dec. Hippo, cap. 5. ex Platonicis, & Hippocratis decretis: & prout pituita ea catarrhus sit, seu Rheuma, vel coriza: Vnde catarrhi capitis ægritudines sunt: causa verò efficiens istius cruditatis semper quidem coctio est cerebri viriata: quæ aut à facultate læsa coctrice cerebri, vel à cerebro, vt ab instrumento læso, aut ab intemperie læso pendet, vt à causa immediata cruditatis, facultas enim cerebri coctrix affici potest non læso cerebro, neque vt instrumento, neque vt parte similari intemperata; vt antea de facultate coctrice ventriculi diximus. Sin verò afficiatur ista facultas, ob instrumentum læsum, vel ob intemperatam partem, tunc sanè non est causa efficiens immediata, cum non sit prima causa, neque immediata quidem, quæ prima conspicitur, vt Aristot. statuit, Ideo tres sunt causæ veræ talis cruditatis; nimirum facultas cerebri coctrix læsa, aut læsum cerebrum, siue vt instrumentum læsum, vel vt intemperatum, etsi tantum per accidens lædatur facultas, non læso cerebro. Hinc duarum causarum Galenus meminisse posteriorum videtur, vbi ait *Catharri, & corizæ causa est cerebrum, cum perfrigeratum quidem est, seu similaris pars in intemperiem versum, aut æstuat, seu instrumentalis, impletum.* Attamen tertia quoque causa sine prima, & secunda adesse potest; coctrix enim, seu alteratrix facultas cerebri, & si tantum per accidens læsa adesse valet, sine cerebri intemperie, sineque cerebri læsione instrumentali, vt animi passionibus, vigilijs, & nimio coitu, vbi plurimum calidi innati edueitur.

Vel per sympathiam ab alijs imbecillius est ventriculus pituitã crudam gignẽs.

5. De loc. aff. c. 6. & 1. de loc. aff. c. 1.

7. Aph. 54.

3. De nat. fac. c. 31.

2. De temp. c. 6.

2. De nat. fac. c. 9

3. De nat. f. c. 7. Hipp. 4. de mor. ex Foes. p. 504. & 524. & Gal. 4. de vsu par. c. 1.

Cerebrum sua frigiditate, & humiditate instrumentum generãs pituitam crudam, at non principaliter. Immo per accidẽs, & nõ vt pituita sit, Verũ vt mucus, seu distillatio, & quatenus distillationis fons.

Galeno lib. attributo de virtutibus nostrũ corpus dispensantibus c. 1. spe. 60. B.

Tres cruditatis cerebri causæ cerebrũ intemperatũ vel impletũ; aut facultas cerebri alteratrix læsa.

B

Plato in Timeo Hip. 4. de mor. 504 & 520. & 1. de hum. Gal. 2. de nat. fac. c. 9. com. 3. aph. 12.

3. De symp. cau. c. 4 & 3. apho. c. 16. & 5. de sanitate tuen. c. 12. & 7. meth. med. c. 11.

1. Post. t. 10.

3. De symp. caus. c. 4.

C

Nulla nanque istarum causarum existente, nunquam per se coctio cerebri vitiata, neque hinc catarrhus gigni potest: immo proba coctio semper sequitur; supposito laudabili quoque semper, & salubri sanguine, ad cerebrum fluente, & attracto in nutrimenti gratiam, tunc enim pauca admodum excrementa procreari possunt, quæ sanè facillimè per cranij suturas partim, & per cutim, exhalationis modo à natura vincere, seu valida expurgari possunt, partimq; per nares, aut per os. Cæterùm talis coctio vitiata dum à cerebri intemperie principaliter frigida emanat, cum frigiditas cerebri plùs æquo perpetuo, ac per se vitiatam producere valet concoctionem: hinc etiam muccum valdè grauem, & crassum frigidum, & humidum efficere potest: qui sua grauitate, deinde etiam distillationes, Rheumata, catarrhos, & corizas descendendo producit. Ab intemperie verò calida salsus catarrhus gignitur, à cerebro essentialiter tum coquendo, tumque à ventriculo, & ab alijs partibus attrahendo veluti cucurbita, vt Hippocrates ait: tametsi id esse per consensum dici potest, ratione humoris attracti ab alia parte, vel à toto, ad cerebrum factum. Ab intemperie quoque humida cerebri, si humidius cerebrum iusto fuerit, tunc enim essentialiter afficietur imbecillitate, & coctionem vitiare potest: & si quoque vt humidius laxum, ac imbecille sit, atque in eo, quòd tale est, ad id cæteræ partes omnes, ac totum fluxiones transmittere possunt, nec non per consensum laborare. Tandem si plus iusto cerebrum siccum fuerit, vt etiam ventriculus, vt in senibus contingit, semper coctio vitiabitur, licèt minor sit, quàm ab humida intemperie; & licèt siccitas temperata ad robur, & ad probam coctionem efficiat: Hinc, ait Galenus catarrhos cerebri temperamentum ostendere, tametsi solùm duarum actiuarum intemperierũ meminerit Galenus exempli causa, quibus affecta cerebra vitiatam procreare concoctionem valent. Catarrhi verò à quacunque causa orti, & cerebrum, & nasum intemperatum reddere possunt, hinc suam causam creare possunt, vt catarrhorum effectum: Per consensum autem à toto, vel à membro quidem læso, coctio quoque cerebri praua oriri valet, siue à cerebro calido attrahente, siue à cerebro laxo recipiente, siue à sicco, siue frigido non attrahente, nec recipiente per se. Sed per transmissionis modum fluxionis ad cerebrum transmissæ, ab aliqua parte, vel à toto corpore: cum etiam cerebri facultas coctrix, & cerebrum ipsum tum vt instrumentum repletione læsum, tum aut intemperatum per consensum, ab ijsdem partibus, & à genere venoso, affici possit, sicuti etiam de ventriculo explanatum fuit; Verùm cerebrum plus à ventriculo, quàm ab alijs partibus læditur, vt Hippocrates asseuerat, &

Gal. 9. de vsu part c. 2.

A cerebri intẽperie frigida.

Lib. de arte par ua cap. 89. & 4. aph. 2. & 1. aph. 21.

A cerebri calida intemperie.

A cerebri intẽperie humida.

A cerebri intẽperie sicca.

D

Obiectio. Solutio.

2. De intemp. c. 6.

1. De loc. affect. c. 3.

1. De symp. cau. c. 4.

Cerebrum per consensum à toto, aut ab aliqua parte, obnoxiũ destillationem gignens est.

Gal.

A Gal. qui etiam ſtatuit magna ex parte ventriculum cerebro, & cerebrum ventriculo ſuas affectiones transmittere. Vnde ventriculi oſtiolum, quod vis affectum facilè in ſimilem affectum cerebrum ducit, vt Galenus clarè ſtatuit. In Epiglotide autem generatur etiam humor phlegmaticus viſcoſus ad hoc, vt humectet inſtrumenta voci inſeruientia: qui ſi ex aere exſiccetur, ac indureſcat, & copia quoque peccet, vocem, & anhelitum lædere poteſt, vt reor. Et aphoniam efficere: ac etiam deglutitionem tollere, vt in duobus ægris vidi, pro quibus argentea ſiringa facta fuit, pro alimento aſſumendo. Verùm enim verò pituita, quæ tum à ventriculo, tum à cerebro emergit, ceu à duobus cruditatis pituitoſarum fontibus: ea eſt, quæ omnes corporis noſtri partes, atque totum infeſtare ſolet: ac id ſanè plùs, & minùs pro vt etiam plùs, & minùs cruditas copioſa, & fluxilis ſit, nec non ventriculi expultrix fibris transuerſis facultas exiſtens, & cerebri expultrix in arteriarum motu conſiſtens validior, aut imbecillior appareat: cum omnis pars noſtri corporis ſemper ſtudeat ea, quæ moleſta, & noxia ſunt expellere, atque vel foras emittere, aut ad imbecilliorem partem transmittere. Hinc Deus, & Natura partes nobiliores, ac principales ad vitam noſtram manutenendam alijs valde robuſtiores conſtituerunt: Quocirca Hipp. aſſerit morbos grauiſſimos eſſe, à validiſſima corporis parte ortos, eò quia talis pars valentiſſima neceſ-

3. De loc. aff. c. 6
3. De loc. aff. c. 7
Lib. de melancholia f. 109. B.
& 3. de loc. aff. c. 7. & 5. de loc. aff. c. 6. & 3. de ſymp. cau. c. 7.
Li. Gal. aſcripto de voce & anhelitu c. 2. lpe f. 61 D.

Cerebrũ magis à ventriculi cõſenſu afficitur, quàm à toto, & quàm ab alijs partibus.
In epiglotide catharrus oritur.

Gal. 2. de diff. feb. c. vlt.

De natura hom. x 78. com. 1. de nat. hum. t. 5.

B ſe eſt, quòd totum corpus gubernet, qua laborante, etiam totum corpus affici neceſſe eſt: Sin autem ab ipſa validiſſima parte læſa, ad imbecilliorem aliquam partem cruditas fluxerit, morbi diuturni fiunt: Sicuti è contra dum ab imbecillioribus ad robuſtiores, ratione conſenſus partiũ, humor fluxerit, ibi morbi breuitas quoque erit, ratione validæ partis foras expellentis, & non recipientis fluxionem humoris: Nam ſi eam reciperet pars ipſa, morbus grauiſſimus, ac fortaſſis mortiferus fieret. Sed de capite præſertim ait Gal. quòd ob crudorum humorum multitudinem in capite aceruatorum, vel ob inflammationem, aut ſpiritum flatuoſum, aut ſanguinis multitudinem, aut bilem mordacem, aut intemperantiam, dolor capitis contingit.

Vide Gal. 3. de nat. fac c. 13.

Com. 6. aph. 10.

C A P V T IX.

De partium ſympathia, quæ à ventriculi, & à capite pituita fluente affici poſſunt, agitur.

C CRuditas autem, in ventriculo orta, primò ſi valde craſſa, motuiq́ne inepta, ſeu copioſa, & virtus expultrix non valida fuerit, in ventriculi fundo magis colligitur: & ibidem coaceruatur: Præterea in ventriculi cauitate ineſt, vel tunicis ventriculi, & fibribus, ſeu villis annexa, atque tunc facultas, tum coctrix, tum retentrix, ſed plùs coctrix læditur. Inſuper etiam ſuis vaporibus os ventriculi afficere poteſt, ac ibidem vapores craſſeſcere, ac in pituitam iterum conuerti. Vlteriùs in pancreis, & in prima cauitate, quæ inter pancreas, & ventriculum reperitur, pituita à ventriculo genita, quę per venam azygos, & per veſicam expurgatur, vt Hippocrates, & Galenus aſſerunt. Hinc ea pituita ſua craſſitie, ſi in meatibus renum, ſeu in ſua parenchimate retineatur, illibi, & obſtructiones, ac dolores naſci poſſunt: & à calore innato non valido, & arenulę, & lapides in renibus oriri valent, vt ſenili ętati contingere ſolet: Sin autem à validiſſimo calido innato ſuaui, & plurimo magna in copia ipſa pituita liquata vſq; in veſicã vrinę deſcenderit, ac ibidem permanſerit, tunc vrinę difficultatem, & etiam lapides per congeſtionis, & concretionis modum procreat materialiter, vt pueris contingit. Pituita verò pręterea venis aggregata per renes expurgatur ait Galenus: hinc etiam per vaſa ſpermatica, cum verò ſpermate permiſcetur, atque deſcendendo in emiſſione ſeminis egreditur, ſemenq́ue infęcundum red-

2. De comp. me. ſec. loc. f. 35. D.
2. Ad Glauc. c. 34.
7. Meth. med. c. 30.
3. De loc. aff. c. 7. & 5. de loc. af. c. 6.

Pituita, in ventriculo genita, ad quas partes tranſmittatur.
Et 3. de vſu par. c. 4.

7. Aph. 54.
Li. Gal. aſcripto de ren. aff. dig. c. 12.
Gal. In 6. de m. vulg. c. 3. t. 6. & com. 3. tex. 25.
com. 3. aph 26.
4. Meteo. c. 3.
Com 4. aph. 76.
Lib. Gal. aſcrip. de ſpermate c. 4
6. De loc. aff. c. 5

Gal. In 6. de m. vulg. c. 3. tex 25. & com. 3. t. 6.

D dit: ſi verò in paraſtatibus vnà cum ſemine retineatur, corrumpitur, in veneniq́ue naturam tranſmigratur: ſimiliter in vteri acetabulis, & venis deſcendit, tunc ſi in vtero fuerit, menſes decolores facit: ſin verò in acetabulis vteri multa pituita ſit, eo tempore menſtrua pauca fiunt: Dum autem in vtero corrumpitur, pręfocationem gignit vterinam: ſin verò vitrea pituita ad ventrem acceſſerit, tormina parit: ſi verò ad inteſtina peruenerit, & colicum, & ileũ dolorem, & lienteriam; atq; ſi ſalſa fuerit, etiam dyſenteriam, ac tineſmum procreare valet pituita cruda. Pituita verò meſentereum, & omnes primas venas, cum ſint hę venę anguſtę, facillimè obſtruere poteſt, tam ſua copia, quàm craſſitie, lentore, ac viſſiditate, quas ingredi facillimè valet, cum ventriculo hę venę proximę ſint: & cum in meſentereo ſuccus, qui in gibbo iecoris fit ſanguis, quadantenus coquatur, antea veluti pręparatio in hepatis radicibus facta, ad ſanguificationem efficiendam: Ideo crudiora in meſentereo manẽt: etſi in hepate firmentur quoque atque etiam à ſtomacho per meſenterenm ad lienem per vas venoſum, ſeu venam coronariam, pituita cruda fluat: hinc nõ modo in venulis meſenterei, hepatis, & lienis; Verum etiam in carne, in ſpatijs inter venulas, & in poroſitatibus coaceruatur: Vnde ſi ibidem maneat, putreſcatq́ue febres valde diuturnas efficit; quoniam is crudus humor ita difficilè coquitur, atque diu, ſicuti lapidis

Hip. 2. de mor. mu. ex Cor. 139
Gal. 5. aph com. 3. & 5. aph 45.
2. De diff. febr. 6.
Com. 6 apho. 2. & com. 3. apho. 30. & in 3. de m. vulg. c. 3. t. 10. & 5. de vſu par. c. 4.
Gal. 4. de tuen. ſan. c. 4 5. & 7.
Gal. lib. aſcripto de compag. me. f. 59. A.
5. De loc. aff c 7. & 6. de dec. Hip. c. 8.
4. De tuen. ſa. c. 4. & c 5. & c. 7
Gal. 2. aph. 59.

à gutta sæpè cadendo, excauitas difficilè quoque fit: immo talis humor calefit, extenuatur, & resoluitur à febre, eum is ob eius viscositatem, & crassitiem per cutim non euacuetur, vt biliosi euacuantur, vlteriùs tamen transit; nam in lienis venis vnà cum Melancholia permiscetur pituita, & vsque ad varices accedit, vt Gal. ait: Pariter quoque vltra hepar transit & vasa, atque totũ corpus ingreditur, hinc omnimodam eruditatem efficit in venoso genere: hinc ictéritia alba fit seu cachexia, aut prauus habitus: Hinc leucophlegmatia, seu anaxarca oritur. A pituita verò crassa morbos fieri crassos, ait Hippoc. cum bile mixta, in ventrem desluente, quæ aut acida, vel salsa habetur, siue fortassis vitrea. Cæterùm vt istius rei finem ponam, alias relinquam partes, quæ per consensum à ventriculo laborare possunt; vt iuncturæ sunt, seu articuli, & artuus. Item capita musculorum, atque tendonum, quæ à pituita affici solent, & aliæ plures partes. De partibus pariter, quæ à fluxione, à capite descendente, laborare solent, vt aspera arteria, vbi strãgulario sine dolore fit, & ad pulmones vbi tusses, & asthma gignitur: & ad nares, & ad spinalem medulam, hinc ad neruos, musculos, tendones, artuos, ad capita musculorum, & ad iuncturas descendere potest. Dum autem à capite ad ventriculum descenderit, ructus quidem acidos gignere valet; tuncque excrementa spumosa sunt, & aliæ infinitæ partes à materia illa descendente à capite infestari possunt,

6. De tuen. san. c. 9.

A
Gal. 6. aph. 41.
De vict. rat. in m. a. com. 3. t. 68
4. De com. me. per gen. c. 2.
2. De nat. fac. c. 9.
Gal. com. 7. aph. 70.
Hipp lib. de intern. affect. ex Foes. 573.
3 De loc. af. c. 7
De intern. affe. 586. ex Foes.
Com 4. aph. 34.
8. De dec. Hip. c. 5.
9. De semine c. 6.
2. De temp. c. 6. & com. 6. aph. 9.
B
Com. 7. aph. 30. & com. 3. aph. 22.

CAPVT X.

Cruditatis acrium, & mordacium genus in humores biliosos, tum flauos tum atros, ac melancholicos diuiditur.

PRimò autem cruditatum genere in suas differẽtias, ac species distincto, omninoque patefacto; hinc ad secundi cruditatum generis in suas differentias, ac species secandi dilucidationem ingredi æquum est. Cum autem ipsius cruditatũ actiũ, & mordacium generis etiã alia quidem genera in suas differentias, ac species transcendentes diuidenda sint, nimirum humoris biliosi, flaui, & atri, & melancholici, proinde priùs genericam bilis pallidæ, & atræ, simulque melancholiæ differentiam explanare deuincor, subinde verò vtriusque horum trium succorum generis differentias, ac species enucleare cogar. Eamque sanè ob causam perpende bilis nomen apud Græcos absolutè flauæ quidem, seu pallidæ bilis nomen intelligi; sin atra bilis recipiatur, tunc sanè bilem cum relatione ad atram intelligunt, vt Galenus ait. Et alibi inquit. *Clarum autem est quod pallidam, & flauam bilem ex eo gigni dicimus non atram. Diximus enim iam sæpe numero medicos solere bilem eiusmodi simpliciter citra coloris adiectionem nominare: reliquas verò biles omnes cum coloris sui nomine explicare*, siue atra, siue porracea, aut æruginea fuerit. Verùm vt exactè integram bilis flauę essentiam colligere valeam, eam quidem circa eius colorem, saporem, temperamentum, consistentiam, viresque denique perpendere conabor; color enim, qui secundæ qualitati similis est, istius bilis, & pallidus, seu flauus, aut luteus, siue rufus, vel rubeus, aut vitelinus, aut croccus Galeni sententia habetur, vt infra videbis. Eius autem sapor, qui secunda qualitas certè est, non nisi amarus persentitur. Hinc ait Galenus, *amaram verò flauam bilem*, & alibi *De naturis autem biliosis antea dicebam meritò illis acres deiectiones esse propter pallidam, flauam, & amaram, quam vocant bilem*, ac etiam *nempe cum flaua bilis, quam pallidam, & amaram nominat*, & postea habet. *Namque altera bilis, quæ nigra conspicitur, acida est, qua vero pallida, & flaua, amara*. Amaritudinis autem causa eadem est vniuersalis amaritudinis, ab Aristotele assignata, quæ etiã prima causa salsedinis posita fuit, nempe calor adustiuus dulce alimentale, seu nutritiuum pingue, leue, ac suaue à mixto corpore exhalare faciens, manẽte combusto, vt in einere patet: Hinc vtique dulcia omnia facilè in bilem mutantur. Quem locum citando Galenus ait. *Nam & in commentarijs de potentijs naturalibus ostendebatur, quicquid alimenti supra modum calefit, & præsertim si pingue fuerit, & dulce verti in amaram bilem*. Et postea, quoniam Hippocrates ait. *Biliosum autem à pingui* in commen. inquit *biliosum à pingui indicante Hippocrates, biliosum succum plurimum ex pingui alimenti parte procreari. Pingue verò intelligendum est non solùm unguinosum, sed etiam dulce, & prorsum quod naturaliter se habet suaue est*. Proinde in bilem flauam vertitur pars sanguinis subtilior, simulque pinguior, ac dulcior si sanguis etiam sine putrida febre assetur, vt ait Glenus, sicuti etiam de febribus ardentibus ex bile genita à sanguine in venis assato sine putredine genita concitatis asserit Galenus inquiens. *Nam hæ quidem non perinde trahunt originem ex biliosis retentis excrementis, vt tertianæ, sed calore in vasis, & visceribus aucto ab inflammato statu præter modum calido: quomodo in his, qui se plus satis exercitauerunt, fit, aut in magnopere solicitis, aut qui multum apricati sunt, vel cibis sunt adurentibus usi liberalius, vel qui de his plurima, vel omnia fecerunt, passi sunt, &c.* & ait bilem flauam fieri ex sanguine, supra modum calfacto à calore vstiuo. Hinc Galenus Hippocratis, & Platonis senten-

Bilis nomen.
Bilis flauæ forma.
Color.
Sapor.
Amaris bilis flauæ causa.

C
1. De nat. hum. cont. 27.
3. De alim. fac. c. 42.
Idẽ 10. de simp. med. fac. c. de fele, & cap. 3. de vict. rat. in m. a. c. 9. & de tumorib. præter c. 8. & 6. epid. cap. 3. cont. 4.
Com. 1. de nat. hum. cont. 4.
3. Epid com. 3. cont. 10.
Idem 2. de nat. fac. c. 8.
2. De vic. rat. in m. a. cont. 29.
Com. 3. de fract. cõt. 49. & alibi.
D
Lib. de sensu & sensili c. 4.
Gal. 2. de natu. fac. c. 8. in fine.
1. De cris. c. 10.
6. Epid. com. 5. t. 14.
2. De diff. feb. c. 9.
1. Epid. com 2. cont. 19.
2. De vict rat. in m. a. cont. 30 & 4. de tuen. sa. c. 4

A ſententiam de bilis cauſa efficiente promulgando, inquit. *Hæc ſunt, quæ à Platone de bilium differentia ſcribuntur ex nimio calore omnes ipſas, ſicut Hipp. dixit fieri aſſerente* Et alibi ait *Atquiſi hæc ita ſe habent ſanguinem à mediocri, bilē ab immodico calore naſci, quidni putandū? ita nanq; tum in calida ætate, tum in calida regione, tum anni tēpore calido, ac tempeſtate calida, præterea naturis hominū calidis, & vitæ ſortibus, & victus rationibus, & morbis calidis, meritò nobis plurima fieri flaua bilis apparet*, & poſtea habet *quod ſanguis ex moderato calore generatur, flaua autē bilis ex maiore, atra verò ſufficiente immodico.* Clarius verò etiam depromit, *ſicuti natiuus calor, vbi ſuum natiuum exactè temperatum ſeruat, plus alijs humoribus ſanguinis efficit: quando verò in magis igneum verſus fuerit pallidam, & flauam bilem.* Ideo in bilem tranſit ſanguis etiam vi medicamenti ignei alteratus, vt Gal. aſſeuerat, ac vt refert Hipp. eueniſſe illi Mulieri ſanæ, & obeſæ ex medicamento igneo, conceptus gratia, aſſumpto, quæ *ſanguinem paucum vomitione reiecit, & quinquies emortua eſt &c. ac poſtea bilis copioſa infra demiſſa eſt.* Cæterùm viſcus bilem flauam gignens, ſi plus æquo temperamento calido extiterit, hepar quidem eſt, cui ſanguificatrix facultas propriè à Deo, & à natura conſignata iam fuit; Si ergo ſanguificatio à tali hepate calidiori, quàm iuſtū ſit, procreatur, tunc ſanè ſanguificationis tenue excrementum, quod amarum, ac flauum conſpicitur, plurimum ſortitur, hinc bilis ſanguine poſterior eſt, per aduſtionis modum producta, vt ex Galeni verbis antea vidiſti, & alibi ait *à nobis demonſtratum eſt, &c. biliosum, & melancholicum humorem in iecinore &c.* nempe naſci: Verùm numquid ab intemperato iecinore, ipſa bilis flaua, à venis hepatis intemperatis, vel à iecinoris ſubſtantia parenchyma à Græcis appellata intemperata, in nimio calore anceps videtur eſſe Galenus quoad ſanguificationem. Quandoquidem primò exarauit. *Cæterùm potentia ea, facultas hæc in venis, quam ſanguificam appellant.* Ideoque ait *cum autem triplex in venarum concoctione excrementum vnum amara bilis, alterum nigra, tertium ſeroſum.* Alio verò in loco non in venis hanc ſanguificam vim ineſſe, immo in hepatis ſubſtantia aſſeuerat, inquiens. *Reſtat ergo id, quod eſt veluti caro hepatis, quod ſanè eſt, & propria ſubſtantia viſceris eſſe primum ſanguificationis organum, & venarum principium.* Ac etiam inquit, *Sed nonnulli ipſas venarum tunicas ſanguinis eſſe creatrices arbitrantur, quam verè non video: nam ſi ipſas exinanieris, nihil prorſus à membranea, aut à neruea natura diſtare conſpicies. Illi igitur meritò damnandi ſunt, qui venarum tunicis ſecundum naturam ipſarum ſanguinis creandi munus fecerunt.* Cum à venarū tunicis rubeus ſanguis effici non poſſit: Vnde ab Auguſtino Gadaldino in margine illius loci Gal. adnotatur. *Ex quo loco Veſalius li. 3. c. 5. colligit Galenū mutaſſe ſententiā de vi ſanguificatoria, quam alias venis quoq. tribuebat.* Verum enim verò Gal. inconſtantiæ quidem notandum hic nullatenus inuenio. Quandoquidē nunquam aſſeruit venas primum ſanguificationis inſtrumentū eſſe, nec ēt venarū tunicis vim ſanguificam vnq̄ tribuit: imò cum ſanguificatio re verà in venis hepati annexis fiat. Ideo

C vim ſanguificandi iſtiſ aſſignauit venis quatenus hę venę hepati inhæreſcunt, nō aūt ſecus: cum ne dum in his venis ſanguis; verùm ēt bilis tum flaua, cum atra, ac ēt ſeroſum excrementum gignentur: Hinc Gal. neutiquam venas eas ſanguificationis primū inſtrumentum eſſe expreſſit: ſicuti de hepatis parenchymate id patenter ſtatuit. Quocirca ipſa iecinoris propria ſubſtantia, primum quidem ſanguificationis inſtrumentum reperitur, venę verò ſecundum inſtrumentum: Ideoq; venæ hepati introclſæ, vt facilius ab hepatis rubea ſubſtantia vim ſanguificandi aſſumere poſſent, tenuiores, ac rariores tunicas quidem poſſident, quàm cæteræ venæ, per vniuerſum corpus diſperſæ continent, vt idem Veſalius adnotauit: Ideo calor intemperatus, ac igneus bilem flauam procreans primario quoque ab hepatis ſubſtantia intemperata emanat, ſecundario autem à venis hepatis, conſequenter etiam in nimio calore intemperatis pendet. Bilem autem, ex huc vſque ſtatutis fundamentis, flauam non niſi iure meritò igneam eſſe, colligas: Hinc ex Hippocrate ait Gal. *igni bilis flaua, atra terra, pituita aqua correſpondet: atque idcirco calida, & ſicca flaua bilis facultate, ſicut ignis.* Hinc etiam tenuiſſima conſpicitur: Vnde facillimè balnei auxilio in febre ardente per cutim educi poteſt, ea concocta, priuſq; toto corpore purgato, vt nos docet Gal. & alibi ait. *Hæc quidem conſiderans inueni quorundam regio morbo affectarum excrementa flaua bile vehementer colorata, &c. item per cutim quoq; ut nōnullis plurimum flaua bilis à balneo profundi &c. Hanc rem ſi accuratiori experimento intelligere volueritis, nulla prius adhibita unctione*

D *hominū ſudorem ſtrigili auferre iubere: uidebitis profectò eundem in omnibus hominibus ſtrigilis cauitate non colligi. Verùm in alijs magis aquoſum, atq. alijs magis bilioſum, &c. Quidam enim acuta, bilioſaq; febre laborans die ſeptimo multa flaua bile, ad cutim tranſmiſſa, à morbo liberatus eſt, manſitq; ſequentibus diebus, deinde auriginoſus.* Immò etiam ait *corpore quidem pro natura modo gubernato amaræ bilis ſuccus inuiſibiliter exhalat, &c. cum enim uel longe copioſior, uel craſſior, quam pro naturæ modo redditus, uniuerſus ad cutim compulſus fuerit, eam tum perurit, tum in tumorem attollit.* Bilem prętetea hanc flauam, ita acrem, & mordacem eſſe quidem patet vt facilè ne dum inteſtina: Verùm etiam omnia mordendo erodat, abradat, ſimulque exulceret, vt Galenus faſſus eſt. Cæterùm bilem atram quoque ſub cruditatum acrium, & mordacium genere comprehendi patet: cum dixerit Galenus. *Rurſus nigra longè malignior ea quoque quàm quæ naturalis eſt, redditur, nomen tamen tali ſucco nullum eſt inditū: niſi quòd aliqui vel radentem eum, vel acidum appellarunt, quoniam ſcilicet acris in morem aceti fit, & corpus animalis radit, & etiam terram,*

Left margin notes: 2. De dec. Hipp. c. 5. — 3. De natu. tem. 34. & 6. epi ſec. 2. t. 44. & 46. & ſec. 6. t. 2. & 3. & 4. de vict. rat. in m. a. t. 3. — 3. De natur. fac. c. 8. — 2. De criſib. c. 11. — 5. Epid. com. 1. cont 32. — De atra bile c. 9 — 5. Epid. ægra 40 pag. 1047. in Foeſio. — Hip. lib. 4. de morb. p. 504. ex Foeſio. — 5. De loc. aff. c. 7 & 4 de vſu par. c. 12. & 7. de vſu par. c. 4. — De atra bile c. 8 — 2. De nat. facc. 4 — 3. De ſymp. cau. c. 2. — 4. De vſu part. c. 12. — Idem etiam 7. de vſu part. c. 8. — 6. De dec. Hipp. c. 8. — Idem Auicen. l. 3. f. 14. tract. 1. c. 3. — Loco citato col. 1. f. 165. G. — 3. De ſymptom. ſin c. 2. — Lib 5. c. 7. — 8. De dec. Hipp. c. 4. — Idem 8. meth. c. 8. & 1. ad Glauc. c. 9. & com. 1. de nat. humana t. 36. & alibi. — 3. De vict. rat in m. a. com. 62. — 5 De loc. affec. c. vltimo f. 31. G — 14. Meth. c. 7. — 4. De tuen. ſani. c. 4. & 1. de cōp. m. ſec. loc c 9 f. 133. D. & 5. de vſu part. c. 4. — De atra bile c. 5 & c. 3. de vict. ... in m. a. t. 32. — 2. De na. fac. c. 9.

Right margin notes: De bilis cauſa Plato, & Hipp. Galenus. — Galenus alio in loco. Alibi. — Bilis ſedes hepar Galenus. De atra bile c. 9 & 3. de tēpera. c. 6. & Herodotus li. Gal. attributo introductio c. 13. Cap. 5. — De hoc enim dixit Gal. 6. epid. c. 1. com. 6 fol. 155. E & 5. de vſu part. & c. de loc aff c. 5. Dubium. — An ſanguificatio à iecinoris propria ſubſtantia, vel à venarū tunicis fiat. Hepatis parenchima ſanguificationis primū organum, non autem venarum tunicæ. — Galenus fuit ab Auguſtino Gadaldino, & à Veſalio. Gal perperàm ab aliquibus notatus fuit. — Solutio dubij. Hepatis propria ſubſtantia primum ac immediatum ſanguificationis organum: venarum autē tunicæ mediante hepatis ſubſtantia ſanguinem gignūt. Bilis flaua ſæpe nomen ignea eſt. Flaua bilis tenuiſſima eſt. — Bilis flaua mordax & acris. 5. De vſu par. c. 30. & 11. & de atra bile c 5. & com. 3. de vict. rat in m. a. com. 32. — 5. De vſu par. c. 4. — 5. De vſu par. c. 4. — De atra bile c 5. Atram bilem eſſe acrem, & mordacem eſſe. Nomen atræ bilis. — Atra bilis propriè vocata præter naturalis.

si supra eam sit effusus, quandamq; cum bullis veluti fermentationem, ebulitionemque excitat, vbi scilicet adscititia putredo nigro illi succo naturaliter se habenti accessit. Hic autem notatu dignum esse inuenio; Galenum more Hippocratis succum melancholicum, seu melancholiam naturalem omnibus in locis impropriè atram, seu acidam bilem naturalem appellantis, atram bilem prçternaturalem vocasse, melancholiam verò naturalem, atram bilem. Quç sanguinis fex est, etiam atram bilem nuncupasse, seu succum nigrum naturaliter se habentem; ex quo atra bilis propriè vocata putrescente gigni valet: Hinc pergendo, ait. *Pari modo, & id nigri succi, quod nondum illam veluti ebulitionem, fermentationemque terræ efficit, est naturale,* idest melancholia naturalis, *quod autem in talem mutatum est* nempe in atram bilem propriè vocatam *vim, ac speciem id iam præter naturam est, ceu quòd ex vsto non naturalis caloris acrimoniam asciuerit, ac veluti cinis quidam sit redditum: Sic quodam modo & fex vsta à non vsta dissidet: illa nanque admodum calida est adeò, vt carnem vrat, liquet, & corrumpat: altera verò, quæ nondum est vsta ad omnia medicos vti deprehendas, ad quæ terra figulari alijs, quæ simul siccandi, ac refrigerandi facultatem habent,* per hoc enim exemplum fæcis vstç, ac non vstç intelligit asserere, atram bilem vim frigidam, & siccam cum aliquo subdominante calore possidere. Melancholiam verò vim frigidam, & siccam omnino obtinere, sed istius rei exactè infra meminero. Mihi enim modò satis est ostendere, atram bilem esse generis cruditatum acrium, & mordacium, vt etiam Gal. hanc veritatem alijs quàm plurimis in locis confirmauit, vbi hanc acidissimam esse asserit. *Sed quamuis hæc ipsa atra bilis in hoc quoque aceto similis acerrimo sit ob crassas tamen substantiç partes ei maximè contraria est. Proinde quibus corporis partibus pura, impermistaque adhærescit eas prorsus exedendo vlcerat.* Vnde cum succum gigni ab hepate valde plus iusto calfacto, intestina vlcerando, humor ille dysenteriam parit; ait Gal. hoc modo exarando. *Deuenit autem ad dictum statum, qui ex ventre in iecur digestus est succus* atrabilaris, *cum is propterea, quod vlteriùs in corpus non digeritur, inibi diutius moratur* nempe in hepate; ac postea à iecinoris cauo ad intestina descendendo excernitur. *Nominatur autem talis excretionis species à nonnullis dysenteria;* quç vtique ab atra bile dysenteria lethalis habetur, vt ait Gal. *flaua bilis, vtraque intestinorum erodere alias aliud videntur: nimirũ in quo potissimum hæreseit, sese firmauerint, interdum quoque insanabilem prorsus dysenteriam reddere. Proinde Hippoc. in aphorismis scriptum reliquit. Dysenteria si ab atra bile incæperit, lethale.* De aciditate autem atrç bilis etiam inquit Hippocrates; quem Hippocratis locum Galenus alibi citando ijsdem Hippocratis verbis ait. *Et interdum ex amara acidissima effecta amaro videlicet magis vsto nigrum adipiscitur colorem.* Hinc per eius colorem, & saporem hanc atram, nigramq; & acidam veteres Grçci nominarunt, vt pallidam, amaram etiam appellarunt, vt testatur Gal. Insuper quoque acerba ipsa est, vt ait Galenus inquiens *acerba enim est, atq. acida, bilis atra, & contrahere ipsum* idest ventriculum *ac constringere, non autem vt flaua subuertere nata est,* vt de aceto asserit Hip. dicens *qua ab aceto est acredo* seu acerbitas *pichrocolis prodest.* Hanc autem atram, seu nigram, & acidam bilem adustam prçternaturalem frigidam quidem, simulque siccam esse cum aliquo tamen calore iunctam subdominante iam partim antea Gal. verbis rationibus, ac exēplo fçcis vstç desumpto manifestum est, quadantenus verò etiam demonstrari potest eo, quia bilis *atra ex sufficienter immodico calore* oboritur per adustionis modum; ergo çquum est, quod acquiret naturam eius causç efficientis, atq; idcirco vt sufficienter immodicè acris natura sit. Prçterea ait *sic etiam bilis nigra generatur omnino ex immodicè cocto sanguine, & feruente, veluti cinis quidam nigra bilis efficitur: frigida quidem cò quod terrea: caloris autem particeps, sicuti cinis, & acetum,* & com. 3. prog. t. 27. atram bilem *veluti cinerem vehementer assatorum humorum feruendo excitat febrem* ait Gal. idest, febrem quartanam excitat, vt 3. progn. t. 27. & 2. de sympt. caus. c. 5. Nihilominùs Gal. totum in oppositum depromit. atram bilem terream, frigidam, siccamq; esse statuendo. Prçterea omne acidum frigidum potestate conspicitur, cum dixerit Gal. *Eadem ratione acida ratione, tum ea, quæ simpliciter essent, sicuti oxalida, & oxylapathum: tum mistis quoque alijs qualitatibus &c. nihilo secius refrigerantia expertus sum, qualia sunt mala punica mala pruna, vuæ, mora, ficus, cerasia, ipsumq. acetum,* & ait hinc aciditatem ipsam acerbitatem sequi, ac aciditatem terreã comprehendi. Acidumq. vi frigoris effici. Pro solutione verò istius ardui dubij Primò speculor acidũ saporem quo ad causam efficientem, multis modis posse gigni, nam vel per gradum cruditatis in simplicibus acidis, vt ait Gal. *Aciditas prouenit calore ipsos quidem incipiente concoquere non tamen perfectam mutationem, atq; alterationem efficere potente.* Vnde statuit à calore mutante, & à frigiditate vincente, aciditatem oriri posse, hinc ẽt omnia acida terreç substantiç esse frigida, & sicca, nec non repellentia, vt acerba. Porrò per eundem cruditatis modum in ventriculi coctione vitiata *ex tarditate coctionis, aut cruditate, in qua ructus sentiuntur acidi,* vt ait Gal. aciditas emergit, & hoc eodem modo acida pituita oboritur. Prçterea aciditas per modum putredinis ex rebus suauibus corruptis à calore nimio extraneo, exhalare faciente partem suauem, leuem pinguem, ac dulcem, & calidam, manente terrea natura, frigida, fit: vt ex vino, acetum nasci, accidere solet, *veluti qui acetum vinum esse mortuum asserunt. Nam hi propriam vini caliditatem perdidisse quidem, verum ex putredine assumpsisse aliam* nempe frigidam naturam, vt deinde istorum sententiam laudarit Galenus. Insuper aciditas per modum nimiç adustionis à calore immodi-

Ex com. 3. de fract. c. 49.
Atra bilis vero naturalis vel succ⁹ niger atra bilis impropriè est: quæ propriè melãcholia vocatur.
Atra bilis propriè vt fex vsta est ex melãcholia. Idest ex fece nõ vsta genita,

Atra bilis fit diutius in hepate morando. Ex qua dysenteria fit.

Bilis atra acida,

Per saporem & colorem bilis hæc vocatur.
8. De dec. Hipp. c. 5.
9. De vic. rat. in m.a cont. 38. & com. 1. de fract. cont. 49.
Bilis atra acerba.
Dubium atra bilis frigida, & sicca est, tamen cũ aliquo calore subdominante.

Primum solutionis fundamentum ipsius dubij.

Secundum fundamentum.

Tertium fundamentum.

A
Vt patet 1. epid. com. 1. cont. 1. f. 203. B.
Vt etiam sede de atra bile c. 9. & 1. de vict. rat. in m. acu. cont. 38.
Ibidem 3. de nat. fac. c. 9.

B
De atra bile c. 3 Ibidem.

2. De crisib. c. 13 3. de sympt. cau. c. 2. f. 28. B.

De atra bile c. 5. & 5. de vsu par. c. 10.
De atra bile c. 3

4. Aph. 24.
De prisc. med. in fin. & 2. de nat. hum. t. 23
8. De dec. Hipp. c. 5.

C
2. De nat. hum. cont 4.
14. Meth. c. 9.
5. De vsu par. c. 4.
3. De vict. rat. in m. ac. t. 38.

2 De cris. c. 12.

3. De symp. cau. caus. f. 28. B.

8. De dec. Hipp. cap 4. & de diff. morb. c. 12 & de caus mor. c. 6. & 2. de natur fac. c 9. f. 301. D.

D
4 De simp. med c. 7.
Ibidem & codẽ lib. c. 12.
4. De simp. med. fac. c 15.

8. Metho. c. 5. & alibi.

1. De simp. med. fac. c. 19.

A immodico extraneo, tum putredinali, tumq; combuſtiuo gigni valet, quoties ab eo calore vſtiuo aliquid vel dulce, vel amarum, aut acidum nõ vſtum, comburendo euaporare faciat, aut dulce ſanguinis, aut pituitæ, aut amarum bilis flauæ, aut portionem dulcis melancholiæ, & hinc acidiſſimum ſaporem efficit, vt in atra bile contingit. Vlteriùs aciditas etiam per modũ concoctionis à modico calore hepatis fieri valet, à quo etiam probus ſanguis celebratur, non quidem ab eo calore, vt ab eo exhaletur dulce, nec amarum, immo prout dulce ſanguinis, & pituitæ, & amarum bilis pallidæ ab aciditate melancholiæ naturalis excrementoſæ ſegregantur, tum per lienis vim ſibi inſitam, eam melancholiam acidam attrahentem pro ſanguinis alimentalis, & optimi defæcatione, ſeu deputatione; tumque per chyſtim feleam, bilem pallidam naturalem excrementitiam ad ſeſe attrahentem. Præterea etiam contemplor ea duo exempla, à Galeno poſita, aceti, & cineris eſſe tum declarandi, tum verificandi temperamẽti atræ bilis. Idcircò perpende, quòd Galenus ait acetum compoſitum eſſe, tum contrariarum tum qualitatum, tum ſubſtantiarum: Quocirca & qualitatem virtualiter calidam, & frigidam acetum continere in ſe ſtatuit: in parte nanque fæculenta calidam, in alia verò tenui frigidam vim poſſidere: Vnde ſicuti in aceto longè plùs tenuis pars eſt, quàm fæculenta. Ideo ſic etiam longè magis refrigerat, quàm calfacit: etſi ad caloris reuocationem procliuis ſit, & cum aſperum moleſtumque habeat B tranſitum, caloris quoque particeps ſit, ait enim: *Veluti fex eſt in illis vtique, & in aceto eſt eiuſmodi quippiam, & forſan ipſum eſt, quod caloris eſt particeps: quod verò frigoris id, quod tenue eſt. Nã quod maiori parte frigidiùs ſit, quam calidius, &c.* & poſtea inquit, *vt ante dixi, ex contrarijs facultatibus compoſitum eſt* acetum, *perinde vt lac. Forte verò caloris reuocatione poſſit autem eum aſperum, moleſtumque habeat tranſitum, &c.* Hæc enim verba pro reſponſione quæſitui ante propoſito exarat, cum dixerit. *Vnde nam igitur quibuſdam obſcuræ caliditatis ſenſus oboriatur?* Vlteriùs ſcias Galenum de cineris natura ita ſcripſiſſe. *Cinis combuſtorum lignorum reliquiæ, ſic nuncupantur, compoſita ex contrarijs tum qualitatibus, tum ſubſtantijs. Habet enim in ſe partim terrenum, partim veluti fuliginoſum, ſiue quomodocunque, quis appellare volet: atque hæ ſanè partes ſunt tenues, & quæ maceratis aqua cineribus, & percolatis vnà aſportantur, atque abeunt. Quod verò reliquum eſt, terrenum, & infirmum, & morſu vacans calida facultate depoſita. Sed non omnis cinis eadem temperatura præditus eſt, ſed pro combuſtæ materiæ diuerſitate, variatur.* Si ergo atra bilis quadantenus aceti feceæ parti aſſimiletur, procul omni dubio probè facies, etiamſi longè magis aceti parti tenui frigidæ reſpondeat eò, quia bilis atra amurcæ, & feci ſimilis eſt, vt ait Gal. ergo ex hoc vtique bilis atra calore aliquo iuncta eſt. Sin cineri ea comparetur, certum eſt quoque atram bilem partim de fu- C liginoſo poſſidere feruore, etſi magis de frigida terrea natura ipſa obtineat; tamen atra bilis fuliginoſa ita eſt, vt à Platone, & à Galeno eius terræ fermentatio feruor iure meritò appellata fuerit: & ipſa ab agente igneo genita quidem eſt. Quid enim in corpore humano fuligo eſt, niſi vapor fuliginoſus ex humorum aduſtione obortus? Cum fuligo corporis humani ex materijs aſſatis, vſtiſque immodicè edatur. Vnde fuligo pro aduſta materia aſſumitur. Quocirca fuliginibus, ac fumis in aere exiſtentibus atram comparauit bilem Gal. ait enim, *fuliginem ex immodicè aſſis, vſtiſq; eſt nanq; fuligo vapor terreſtris, fumus miſtio quædam ex terreſtri, aqueaq; ſubſtantia, tenuium partium* & alibi ait. *Hæc enim pleniùs* flaua bilis *calfacta, & vt ita dicatur, ſuperaſſata atram exhalationem, ceu fuliginem quandam &c.* Poſtea verò inquit. *Quæ enim veluti fuliginoſa, ac fauilloſa, & fumoſa recrementa appellamus, in caliditatis genere, ea omnia terrea ſunt*, tenuium partium *& velut ſemicocta cum innato calore, quemadmodum fumus, cum igne: apparent enim in hoc euidẽter aeria omnia, & calida, & fumoſa materiæ* aduſtæ *recrementa, oſtendentia ſuſceptam quidem eſſe in ſe ipſa ignis vim, non tamen adhuc penitus ab igne ſeparata: flamma enim ita nata eſſet, & non adhuc fumus eſſet.* Hinc bilem atram adeſſe ſignificat ſomnium fumi, caliginis, ac tenebrarum ex Gal. Tertiò autẽ perpendo Galenum exaraſſe *ſed atra bilis* de atra bile alloquendo propriè dicta *in quibuſdam partibus inſuper moueatur, in quibuſdam immota manet, in alijs putreat, aut feruere incipiat inordinatas fieri febres neceſſe eſt. At verò quoties in cunctis venis eadem fiat affectio, exuperante atra bile quar-* D *tana conſiſtit febres* antea verò exarauit *quartana atrabilario humore conſiſtit, & item prodimus de generatione huius humoris, quæ duplex eſt, tum ex ſanguine craſſiore, tum etiam à flaua bile vehementer aſſata*. Patefaciendo autem eam atram bilem non eſſe à prædominio calidam, immo frigidam; nam alijs in locis antea ſtatutis, quibus ait, atram bilem eſſe frigidam; tunc humorem melancholicum, ceu quartum maſſæ ſanguineæ humorem intelligit: ideo idipſum ſtatuere, cum voluerit de atra bile quoq; propriè dicta quartanã concitante, vt alibi ait, proinde promulgauit. *In quartanis autem mistus rigor ex calido, frigidoq; eſt: nigra nanq; bilis frigidus natura ſuccus eſt: ſed cum putredinem quandam ſibi adiunxit, cuius cauſa febrem accendit, tantum poſſidet, quantum etiam putredinis.* Ex hactenus autem fundamentis allatis patet atram bilem propriè appellatam compoſitam quidem ex cõtrarijs tum qualitatibus, tum ſubſtantijs eſſe: ſicuti etiam acetum, & cinis, ſic ſe habent: attamen atræ bilis calorem abſolutè, ſeu ſimpliciter potentialiter frigiditate ipſa prædominante ſanè minorem eſſe liquidò conſtat. Cũ atræ bilis pars tenuis comparata, ſimulq. pars craſſa, cineri aſſimilata, profectò lõgè maiores ſint, quã pars craſſa, ſeu fæculenta aceti proportionata vnà, & pars tenuis fuliginoſa cineri reſpõdens ſunt. Hinc atræ bilis partes frigidæ maiores exi-

Quartum fundamentum.

Quintum fundamentum.

Solutio dubij prima.

Reſponſio ſecunda.

Prima reſpõſio declaratur.

Secunda reſponſio declaratur.

Tertia reſponſio.

Secunda reſponſio omnino patefit.

1. De ſim. med. fac. c. 19.

1. De ſim. med. fac. c. 26.

1. De ſim. med. fac. c. 19.

Eodem lib. c. 26

Ibidem.

8. De ſimp. med. fac. c. de cinere.

De atra bile c. 3. & 7. de nat. fac. c. 9. f. 101. G :8

9. Meth. c. 5.

7. De ſimp. me. fac f. 54 F. c. de fulig.

Com. 3. in progn. cont. 30.

8. Meth. c. 5.

9. De ſimp. med. fac. f. 54. F.

Com 3 in progn. Hippo. cont. 30.

De diffic. ulrate reſpirat. c. 10.

Lib. de dig. ex inſomnijs claſ. 4. f. 213. B.

Com. 3. progn. cont. 27.

Ibidem.

Ibidem.

2. De ſympt. cauſ. c. 3.

Solutio autoritatis Galeni.

2. De nat. fac. c. 9.

A

existunt, q̃ partes calidę persentiantur. Eanq; sanè ob causã, vbi Gal. atrã bilẽ calidã esse, vt fuliginosam, ac vstam, in cineremq; redditam, acrem, & mordacem, vt igneã statuit ex fęcis vstę, ac non vstæ exemplo declaratam, tunc sanè non absolute de caliditate atræ bilis allocutus est, neq; de atra bile, ex flaua bile genita, neque de ea, quæ sanguinis parte crassiori vehementer superassata oborta asserere intendit. Verùm tantùm de atræ bilis caliditate subdominante ad frigiditatem essentialem melancholiæ naturalis relata verba facere voluit: dum ex ipsa melancholia naturali præternaturaliter, ac vehementer adusta, atra bilis consurgit, quæ vt atra adusta, fuliginosa, nec non vt fauillosa, ita callida potentia conspicitur, vt Plato, & Galenus atræ bilis terræ fermentationem, & feruorem vocarunt, quam vim calidam subdominantem etiam aliæ atræ biles, ex sanguine crassiori, & ex flaua bile perassata emergentes maiorem continent, quam melancholia, quia hæ omnes atrę biles, & sanguine, & bile flaua longè frigidiores persentiuntur, & sanguis, & flaua bilis sua natura calida sunt: Sicuti frigida sua natura prædominante omnis atra est bilis: ita melancholia ad huc atra bile omni frigidior est; Quam ob rem atra bilis quatenus minùs frigida est, quàm melancholia; ipsa atra bilis comparatiuè calida ibi à Galeno dicitur, non autem simpliciter, cum hoc modo frigida sit. Vnde licet atra bilis à causa efficiente valdè calida genita sit, quatenus immodicus hepatis calor igneus humores naturales vrit, tamen frigiditas terrea atræ bilis vstæ vincit, ac ita verificatur Galeni dictum, in quocunque quatuor modorum aciditatis gignendæ, vt omnia acida à calore mouente, ac mutante, simulque à frigore vincente fiãt. Insuper in aciditatis atræ bilis generatione verificatur id iam à me lib. de med. certit. dictum, putredinem passionem esse à calore extraneo immodico, & à frigiditate interna ortam, vt in aceto apparet: ergo falsum est asserere, calorem immodicum adscititium atram bilem in suam naturam conuertere, quia in agendo minimè vincit, immo tantùm promouet. Cæterùm hanc etiam bilem acidissimam statuit Hippoc. & Gal. acceptoque acerrimo simillimam: Hinc terram fermenti ritu eleuat, ac adeò terrę fermentationem parit, vt eam fermentationem feruorem antiqui nuncuparint: Vnde etiam terram ipsam abradat. Eamque sanè ob causam ita aspera, molesta, praua, infesta, ac maligna se habet, vt ne dum neque Musca, neque Mus, neque aliud animal eam degustare velit, verùm etiam ipsa excalfacta à putredine, cum ad calorem facillime reuocetur, quartanam æstuosissimam excitat, nec non tum sua acrimonia, tum suo nigro colore, cum in cerebrum ascenderit, & delitia, & vigilias, *& ferina deliramenta* mærorem, ac mæstitiam efficit. Vnde ait *Timores verò magnopere acris, & deustæ flauæ bilis symptomata sunt mæstitia.* Præterea insanias, seu furores concitare valet, vt Gal. depromit. Verum iam tempus est, vt de melancholia agamus, quàm Galenus ab atra bile distinxit, quia lutum, seu fex sanguinis est secùndum etiam naturam à modico calore naturali conflatum 2. ad Glauc. cap. 10. & 6. aph. 12. & 4. aph. 25. quam melancholiam 8. de dec. Hippocratis bilem luteam appellauit, cum veluti lutum sanguinis, coloreque luti nigri sit: diuidit autem hoc modo 14. meth. cap. 9. *hæc bifariam nuncupatur vel melancholicus humor, vel nigra bilis, quæ dum animal naturaliter se habet quotidie gignitur: alia ex vstione, ac veluti assatione conflatur.* De qua sanè mihi dubium occurrit diluendum, an de genere cruditatum mordacium sit nec ne? Eo quia omnino frigida est post pituitam, crassarumque partium à calore quoque moderato genita: Vnde à sanguinis natura minus recedit, quàm bilis, & pituita; ergo videtur melancholiam naturalem excrementiciam non esse de genere cruditatum acrium; cui respondeo eum humorem crudum quidem non esse, nec prauum, sed quatenus iste superuacaneus est, de ipso agere deuincor, qui sanè cum acidus sit, de genere acrium necessario est, cum omne acidum etiam parum acre sit, seu mordax, Hippocratis, Galenique sententia. Vnde Galenus apertissimè hanc patefacit rem inquiens *quidam singulis annis incidit in melancholiam nisi purgetur &c. huic homini ex purgatione ambo hæc optima eueniunt, quod & superfluitates expelluntur, & quod ex acritudine eorum, quæ excernuntur.* Ibi enim melancholicam affectionem à melancholia naturali acritudini iuncta, obortam proponit. Insuper licèt melancholia à calore moderato fiat, attamen pars quidem sanguinis adusta, ac post sanguinis generationem procreatur. De natura vero ipsius humoris, cum pleni libri Medicorum neotericorum sint, de eius tractatione nihil dicam: neque in specie, cum tantùm vnica sola sit species.

Fauillosa enim atra bilis est si incalescat, & actu fauillosi, vt carbones igniti fauillosi inspiciuntur.

24. Meth. c. 9.

Quomodo comparatiuè atra bilis calida, vt minus frigida, a Galeno accipiatur.

B

1. De nat. hum. t. 21. & Gal. 8. de vsu par. c. 5. De atra bile c. 3 & 1. de nat. fac. c. 9. & 14. met. c. 9.

Ad rationem responsio.

Atra bilis acidissima terram fermentat, & abradit.

4. Aph. 23. De atra bile c. 3 & 14. meth. c. 9

Vnde aspera, molesta, praua, infesta, & maligna est.

3. Epid c. 1. cõt. 5 3. De loc. af. 5. 7. 3. Epid. com. 2. cont. 74. Ibidem. 2. Prot. com. 24 cont. 10.

Melancholiæ partus.

C

14. Meth. c. 9. & 2. de nat. facul. c. 9. & 3. de loc. affect. c. 7. De inæquali intemp. c. 9.

An melancholia acris, & mordax sit.

Melancholia de genere cruditatum acriũ est.

5. De vict. rat. 36. vsq. ad t. 39. 8. De simp. me. fac. c. 29. vsque ad c. 46. 6. Aph. 47.

D

✠

CAPVT

CAPVT XI.

Quot nam bilis pallidæ,ſeu flauæ ſint ſpecies, ex Græcorum Mente.

CVm rei natura ne dum genere, At vero etiam ſpecie explanari debeat. Ideo acribus in genere enucleatis cruditatibus, nunc ſummo iure eaſdem in ſpecie vndique mordaces patefacere teneor eruditates. Proinde primo flauæ bilis, mox atræ bilis quamcunque dilucidabo ſpeciem. Bilis enim amaræ ſpecies quidem, & *nomina à quibuſdam medicis reperta ſunt, & à coloribus quibus infecta eſt, deriuata*. Quarum primam ſpeciem Galenus poſuit *bilem pallidam, quæ in nobis naturaliter gignitur*. Hinc pallida hæc bilis naturalis, ſi copia exuperauerit, morbos procreat mitiores, quàm aliæ ſpecies; proinde pallida iſta tantũ bilis abſolutè intelligitur ſine additione in vomitionibus, ſeu deiectionibus: cæteræ verò relatæ ad flauam, ſeu ruſam, aut aliam pronunciantur. Quod quidem excrementum naturale *copioſius* quidem excremento melancholico *bilioſum* habetur. Ipſa verò pallida bilis omnibus cæteris humoribus tenuior eſt, non tamen vrina vtique, vt Eraſiſtratus perperam exiſtimauit: Nam Gal. depromit *his vtique inditijs bilis craſſior, quàm ſeroſum excrementum fuerit*, eſſe patet. Quocirca eò, quia cæteræ omnes hæ ſpecies bilis amaræ, & pallidæ, quæ ſanè præternaturales reperiuntur perpetuò æquabiliter tribus conditionibus ſe habebunt, nimirum colore, conſiſtentia, & calore: quo enim bilis amaræ ſpecies præternaturalis ab iſta pallida naturali receſſerit, eo quoq; colore obſcuriori, conſiſtentia craſſiori, ſeu ſpiſſiori, caloreque ſimul intenſiori perpetuò quidem habebitur, vt infra patebit. Vnde ait *Audiuiſti porrò flauam tanto pallidam calidiorem, quanto & craſſiorem, & pallidam pluſculum excalfactam conſiſtentia reddi craſſam, colore autem flauam.* In calidioribus verò loco pallidæ, flauam ineſſe bilem faſſus eſt, inquiens. *Quin & in animalibus apparet flaua quidem ijs, quæ magis ſunt calida: quæ verò minus calida, pallida*, cum flaua pallidæ ipſi propinquior ſit omnibus cæteris ſpeciebus. Hinc ait Gal. pallidam, & flauam bilem idẽ eſſe 3. epid. com. t. cont. 5. & 4. de vict. rat. in mor. acut. cont. 4. cum ex his ardens febris fiat. *Et vbi calida animalia aut fame, aut ſiti torquentur* præternaturaliter, cũ ibi bilis pallida, ſeu flaua valde aduratur, *ad atrum colorem vergit, interim illum æruginoſum, interim cæruleum, interim iſatis, qui quidem magis eſt braſicæ colore fuſcus. Itaque, & tu bilis coloris diligenter intendito*. Cæterùm alia bilis pallida quidem præternaturalis inuenitur, quæ ex bilis flauæ præternaturalis, & ſeroſi excrementi commixtione componitur, cuius meminit Galenus exarans. *Nam ſeroſo recremento flauæ bili commixto, pallidam conſtitui contingit*, & alio in loco depromit *ſemperque flauus pallido craſſior videtur. Quo fit, vt ex his haudquaquam abſurdè, qui de humoribus optimè ſentiunt, tenuis humiditatis admixtione, & conſiſtentia aquoſa bilem flauam pallidam videri, &c. Hanc porrò humiditatem quidam aquoſam, nonnulli ſeroſam nominant, eius ſanè generis, ex quo vrina, ſudorque proueniunt. Bilis autem flaua, vt tenui miſta humiditate, & colore pallidior, & conſiſtentia humidior redditur.* Idem verò alibi quoque aſſeuerat. Præterea adnoto pallidam, ſeu citrinam bilem ex pituita ſalſa putreſcente fieri, cùm dixerit Gal. com. 7. apho. 42. *Sed & ob pituitam putreſcentem fieri febrem* de genere tertianarum, & ardentium, *& in hac ſolùm videbitur aphoriſmus non eſſe verus niſi, quis exiſtimauerit pituitæ putrefactionem in humorem bilioſum conuerti*. Verùm ſicuti ex flauæ bilis, ſeu vitellinę, & ſeroſi excrementi commixtione bilis certè pallida tenuis conſurgit; ita ex flauæ, & pituitę miſſella pallidam quidem bilem, tum vomitionibus, tum deiectionibus quamplurimis vicibus excretam fuiſſe exploratum habui, quæ vtique craſſa apparebat. Interdum verò pallidam medio modo inter tenuem, & craſſam comperui, vbi vnà cum pituita aquea quoque ſeroſitas, & cum bile flaua, ſeu vitellina commixta fuerit. At verò ſecunda amaræ bilis ſpecies *Flaua quidem bilis* habetur, quæ *proxima pallidæ* naturali *eſt, & eiuſdem ferè generis*, vt nobis prodidit Gal. Quandoquidem flaua colore magis obſcuro, craſſiori conſiſtentia, & calore, & ſiccitate potẽtiali maiori prædita quidem eſt, quàm pallida, vt ex iam dudum allatis, & vt alibi eſt videre; Cæterùm Gal. poſteritati conducit, inquiens *cum ſimpliciter Hippocrates bilem dicit, pallidam, & flauam vocatam ſignificare voluit, quoniam pluſquam alia bilis genere colore ſuo ætquatis inficiat: etenim æruginoſa bilis* ex flaua aſſata *vomitur, & ſubrubra, & atra, & obſcura* eò, quia ſua tenuitate facilè à iecinoris cauo, per hepar & per ſinum venoſi generis, ad totum habitum ingredi valet, totamque cutim ſuo colore aureo auriginoſam reddere poteſt; cuius rei cum meminerit Hippocrates, inquit de Hermocrate *Die tertio auriginoſus euaſit*, & alibi ait *Aurigo ante diem ſeptimum mala eſt*, quem locum citat Galenus ad Hermocratem auriginoſum explanandum, & alio in loco depromit, *Quidam enim acuta, bilioſaque febre laborans die ſeptimo multa flaua bile ad cutem tranſmiſſa, à morbo liberatus eſt, manſitque ſequentibus diebus, deinde auriginoſus*. Vnde ipſa bilis tum pallida, tum flaua iurè meritò aurea quoque à colore ſuo aureo denominari valet. Cæterum Gal. interdum

Gal. 6. epid. 5. cont. 14.
3. Epid. com. 3. cont. 9.
6. Epid. com. 5. cont. 14.

Prima bilis amaræ & flauæ ſpecies.
Pallida quæ naturalis eſt.

B

5. De vſu partiũ c. 6.
2. De nat. fac. c. 2.

Species bilis amaræ præter naturam mutatæ ſunt à ſtatu naturali in colore, conſiſtentia, & calore potentiali.

10. De ſimp. me. facul. c. de fele.

Secunda ſpecies flaua eſt, quæ in calidioribus naturalis eſt in nõ calidioribus verò præter naturalis eſſe poteſt

Ibidem 10. de ſimp. med. fac. f. 75. F.
10. De ſimp. m. fac. f. 74. F.
6. Epid. com. 5. cont. 14.

C

Alia bilis pallida quæ præter naturalis eſt ex bile flaua & ſeroſo excremento.

10. De ſimp. me. fac. f. 74. F.
De atra bile c. 2.

Com. 3. de vict. rat. in mor. acu. cont. 2.
Et 6. epid. com. 3. cont. 14.

Alia pallida ex ſalſa pituita putreſcente orta, quæ craſſa conſpicitur.

Alia bilis pallida præter naturalis ex flaua bile, vt pituita

Secunda bilis amaræ ſpecies omnino declaratur.

D

6. Epid. cõt. 14.
3. De loc. aff. c. 7 & 5. de loc. aff. c. 1. & 2. de com. me. 5. locos c. 9. & de ſi act. com. 2. cont. 32.
6. Epid. com. 4. cont. 4.
3. Epid. com. 1. t. 5.
4. Aph. 61.
6. Epid. com. 2. cont. 5.
5. De loc. aff. c. 7. f. 35. G.

Bilis eſt pallida, tum flaua aurea, ſeu auriginoſa etiam vocatur.

dum bilem æquè tum ex pallida naturali, tum ex flaua calidiori præternaturali componi fassus est, cum dixerit. *Quandoque hunc quoque in vomitu, deiectioneque, aut pallidum, aut flauum, aut ex vtroque compositum, ac medium licet intueri*, quæ vtique composita bilis splendida habetur *flaua nanque quod veluti igneum in bile splendet, ipsam reddit flauiorem*. Tertia autem species mihi videtur esse, bilis rufa, quæ vtique minùs flaua, hinc etiam minùs splendida est, attamen de rubeo aliquantispet participat colore. *Quoniam & flauam, & rufam, & pallidam nominant huiusmodi bilem; plenique sunt medicorum libri, in quibus hoc, vel illo modo appellatur, sicuti in quibusdam indifferenter. Melius est hoc in loco illud rursus adnotare, vt exactius quis dicta assequatur, quod rufus color ad flauum proximè accedit.* Ergo rufa bilis posterior flaua est *in hoc autem differunt, quod alter magis ad album, alter ad splendidum vergit. Nam & amara bilis aliquando rufa apparet, aliquando flaua, sæpius autem & pallida tibi videtur esse: si quidem albior, & turbulentior facta sit rufa: si verò splendens sit, & purior flaua, nam quod veluti igneum in bile splendet, ipsam reddit flauiorem.* Comparando autem rufum flauo colori, & pallidum rufo, ait. *Quantum verò flauo rufum est albius, tantùm illo rufo pallidum albius, Quantum rursus minùs album est flauum, quàm rufum, tantùm flauo rufum rubicundum, quia & sanguinis color nonnunquam flauior existit, nonnunquam rubicundior apparet: Vnde & sanguinem ipsum aliquando flauum, aliquando rubrum dicunt.* Rufa ergo bilis ex rubeo, & flauo constat colore ad albedinem vergens, & ad flauam bilem proximè accedit. Quarta verò bilis amaræ species, rubea quidem existimatur. Ait enim Hippoc. *lingua rubra verò à sanguine* ratione bilis rubeæ: de qua Plato in Timæo ait vt annotauit Gal. Platonem dixisse. *Interdum sanguine tincta amaritudo* bilis *subrubrum colorem habet*. Hinc ait Galenos, *sic & rubram bilē vocant, quæ sanguinis serum est* amaræ bili pallidę, seu flauæ, aut rufæ commixtum, quæ *subrubra vomitur*. De qua etiam alibi dicit, & alio in loco habet, *Sic igitur & rubram nonnulli bilem nominarunt, quæ ad tenuem sanguinem consistentia proximè accedit. Sed quoniam non concrescit, iccirco bilem eam appellant*, ac etiam quia ei amara bilis commixta persentitur. Quinta autem species vtique erit vitellina bilis, quæ flauæ, & rufæ bili proxima est colore, caloreque maiori, & crassiori consistentia, colore tamen, simulque calore minori, & consistentia tenuiori est quàm cæteræ bilis amaræ species infra ponendæ sint. Vitellina etenim denominatur, vt ait Galenus. Quandoquidem *quę flaua est, efficitur vitellina: ita enim nominata, cum ouorum vitellis, tum colore, tum crassitudine sit assimilis*: & postea inquit. *Sed vitellina, flaua spissescens progignitur*, & alibi ait. *Nā sæpe flaua bilis plurimum humida reddit, quo tempore non amplius flauum, sed pallidum colorem refert: sæpe numero etiam eò crassescit, oui vitellum immittetur. Vnde à nonnullis illi vitellinæ nomen inditum est*, & alio in loco de parte, seu via, in qua ea fiat exarat. *Ipsa verò ergo bilis, seu pallida, seu flaua, seu vitellina visatur generationem in vasis obtinet*. In venis nanque paruulis flaua morando incalescit, simulque spissescit. Quandoque verò vnà cum bile flaua etiam tenuior serosus succus comiscetur in ipsis extremis venulis, præsertim hepatis seu ventriculi, vbi etiam atra bilis fit, vt in dysenteria perniciosissima contingit, vt antea iam dixi, ac inibi simul incalescere, & crassescere potest, simulque in vitellinam transmigrari valet bilem. Quemadmodum etiam eodem modo vitellina fieri potest bilis ex pituita flauæ bili mixta, ac perassata. Cuius rei meminisse voluit Galenus hoc pacto. *Bilis autem flaua, vt tenui mista humiditate, & calore pallidior, & consistentia humidior redditur, ita cum diflata ipsa* tenuis humiditas *fuerit*, & incalescat, & spissescat *crudorum ouorum vitello similis apparet, atque ob id vitellina vocatur*. Hinc notatu dignum esse inuenio, eam tenuem humiditatem, ceu vehiculum causam esse, vt bilis flaua non ita tenuis penitius ne dum in venularum angustissimarum vias extremas vnà cum pituitę aliqua portione quoq; penetret: verùm etiam, vt interdum extra venulas in carnem per porositates perueniat, vt non nisi postea vitellina iam facta longo temporis spatio ipsa bilis tolli possit, vt sæpissimè in febribus tertianis exploratum habui: denique per secessum talem bilem egredi comperui. Immo potius talem bilem vidi æruginosam, quàm secus: Vitellinam etenim in ęruginosam conuerti Galenum statuisse inuenio. Cum deprompserit *vomitus tum synceræ* nempe pallidę, seu flauę, vel rufę *bilis, tū eius, quæ ouorum vitellis similatur, quæ postea æruginis aliquando colorem referre conspicitur*, idest post euomitionem factam ab aere, exsiccata illa humiditate, vitellinum colorem causante, bilis ęruginosa, & quadantenus obscurior etiam euadit: Vnde ęruginosa fit. De qua etiam inquit, *flaua autem bilis, cum supra modum assatur, primum quidem æruginosum migrat siccum, deinde in nigrū.* Quomodo autem fiat ęruginosa, ait. *Et vbi animalia calida aut fame, aut siti torquentur ad atrum colorem vergit, interim illum habens æruginosum, interim cæruleum, interim isatidis, qui quidem magis est colore brassicæ fuscus.* Hinc nota, quòd sicuti ęruginea bilis viridis clara est, ita viridis bilis isatidis coloris fusca est, vt infra videbis, ambęque à iecinoris vi, in venis emergunt: sicuti poracea, quę prassina etiam vocatur, quę sine morbo vomitur, ac deijcitur, vt Gal. ait lib. 3. de alim. fac. cap. 39. nec non ęruginea Zinaria appellata in ventriculo procreantur per corruptionis modum proditę vt antea iam dictum est, de quibus modò sermo non habetur. Verùm ad septimam bilis amarę speciem, quęso, accedamus, quę vtique viridis obscura, seu viridis fusca est, isatis appellata, cum Galenus exararit. *Et fusca bilis quam ab isatide herba, cuius succi colorem refert, isatidem appellant*, & postea depromit *interim isatidis* color ad atrum colorem vergens, *qui quidem magis*

Marginal notes (left): Tertia species rufe. — Discrimē inter rufam & flauā bilem. — Quarta species rubea est. — Quinta vitellina est. — Notatu dignū. — Sexta species bilis æruginosa est. — Septima bilis amaræ species. Quæ fuscam & isatis & obscura vocatur.

Marginal notes (right): A — 4. De san. tuen. c. 4. f. 83. G. — 3. De crisibus c. 12. — Ibidem. — Ibidem. — Ibidem. — B — 6. Epid. com. 5. t. 34. — 8. De dec. Hipp. & Plat. c. 5. — 6. Epid. com. 5. cont. 14. — 6. Epid. com. 4. cont. 4. — Com. 1. de nat. hum. cont. 4. — De atra bile c. 2. — 2. De nat. fac. c. 9. — 6. Epid. com. 5. cont. 14. — Com. 3. de nat. hum. cont. 25. — C — 4. De atrabile c. 3. — De atra bile c. 4 — D — 5. De loc. aff. c. 7 in principio. — In 1. pror. com. 2. cont. 10. — 10. De simp. m. fac. f. 74. F. — Lib. de atra bile c. 3. — Com. 1. de nat. hum. cont. 4. — Com. 1. de nat. hum. cont. 4. — 10. De simp. m. fac. c. de felle f. 74. F.

6. Epid. com. 4. cont. 4.

A *magis eſt colore braſſicæ fuſcus*. Eam verò obſcuram nuncupauit Gal. exarans *etenim æruginoſa bilis vomitur, & ſubrubra, & atra, & obſcura*. Eamq; ex flaua aſſata fieri patet ſicuti etiam aliæ amaræ biles in venis obortæ eodem modo fiunt. Nam Gal. de ipſa, & de crocea, quæ octaua ſpecies eſt, ac de ferruginea, ſeu de rubiginoſa, quæ colore rubigini ferri ſimilis ſe habet, quæ nona ſpecies eſt, ait. *Porrò admodum chlorum idest viridis, aut crocea id enim vtroque modo vertas, licebit, quià gemina ſignificat in altera ſignificatione bilis croceæ, ſeu pallidæ copiam permixtam in altera rubiginoſæ ſignificabit, Virides itaque linguas dixit* Hippocrates Galenus explanat *vt in communi vitæ vſu mortales nominant, virides quoſdam ſe vidiſſe dicentes, quibus in bilioſis color mutatus fuerit ob pallidam ſcilicet bilem* tum copioſam, tumque aſſatam. Hanc autem iſatidem, & fame, & ſiti, ac nimia, ſeu longa defatigatione fieri certum eſt, vt infrà videbo. Crocea autem, ceu octaua ſpecies à Gal. ſtatuitur, vt antea vidiſti: Verùm priùs ab Hippocrate in textu eo conſtituta fuit, vbi ait. *Si autem aquoſa admodum, aut candida, aut admodum crocea, aut ſpumans deyciuntur, hæc omnia mala ſunt*, & in tex. 21. ait *Mala etiam ſubcrocea*. Item Gal. de bile rubiginoſa dixit t. 20. & tex. 21. poſtea etiam ſcripſit. *Si verò ſubuiridis ſit deiectio de rubiginoſa bile (id enim, vt antea dictum eſt, ſecùndum voculæ chloras idest viridis, aut crocea ſignificatum eſt) vehementis conſumptionis inditium eſt, ſi leuis ſit deiectio*. Iſtæ nanque duæ ſpecies deteriores longè ſunt cæteris declaratis,

Octaua crocea eſt.
Nona rubiginoſa, ſeu ferruginea eſt.
2. Prog. cõt. 20.
6. Epid. com. 5. cont. 14.
30 De ſim. me. fac. ſ. 74. F.
2. Prog. cont. 20.
Crocea etiam ab Hip. ſtatuta.

B cum eò longè à ſtatu naturali diſtent, ac eo quoque ad deterrimam atram accedant bilem. Cæterùm adhuc etiam cærulea bilis amara, quæ etiam magis à naturali pallida bile recedit, quàm crocea, & rubiginoſa, & etiam quia atræ bili proxima inuenitur; tametſi in hominibus eam reperiri non cenſeam, cum in tauro tantùm eum ipſam vidiſſe, faſſus ſit Galenus, dicens. *Et vbi calida animalia aut fame, aut ſiti, torquentur ad atrum colorem vergit, interdum illum habens æruginoſum, interim cæruleum, interim iſatidis*, & poſtea. *Et quorundam ego taurorum bilem vidi cæruleam, flaua nimirum ſuperaſſata. Nam ille taurus, vinculis violenter tractus ſupra modum fuerat defatigatus: itaque eò labore cum excanduiſſet, clarum eſt temperaturam eius fuiſſe calidiorem: probabileque eſt ſic violenter pertractum tum ſitiyſſe, tum etiam eſuriyſſe*. Quatuor ergo ipſis de cauſis tauro illi bilem cæruleam contigiſſe patet: nempe ingentiſſimo labore, ſeu defatigatione, excandeſcentia, ſiti, & fame. Verùm enim verò præter has ſpecies, multæ aliæ, ex ijs compoſitæ inueniuntur biles, nomine carentes, ſicuti de illa dixi ex pallida, & flaua compoſita, de quibus mentionem facere voluiſſe Galenum hoc modo, exploratum habeas. *Conſpicitur præterea nonnunquam, & æruginoſa, & fuſca bilis, & rurſus rubra, item & aliæ, quæ nomine carent, & id maximè vbi morbus ſit ex putredine*. Hæc autem de bilis amaræ ſpeciebus ex Galeno tantùm me dixiſſe volui, tum quia certa doctrina eſt, tum eò, quòd doctrina iſta nimis ſparſa per omnia ferè Galeni volumina eſt:

Decima ſpecies bilis amaræ cærulea eſt.
20. De ſimp. me. fac. ſ. 74. F.
Litera G.
Quatuor de cauſis Romæ Galeni tẽpore bilis flaua in cæruleã bilem transſinigata eſt.
Com. 1. de nat. hum. cont. 4. in fine.
Multæ aliæ ipſius amaræ bilis differentiæ innominatæ inſpiciuntur.

C Vnde magno meo labore iſthæc compilaui, ne amplius ita me defatigarem. In Auicennæ verò libris ita certa doctrina deſideratur, ac etiam non ita inuentu difficilis eſt collectio ſpecierum bilis amaræ, ab Auicenna choleræ appellatæ, & à ſcriptoribus, hæ ſpecies plurimis in Gymnaſijs profitentibus collectæ ſunt. Proinde de his bilibus ex Auicennæ Mente nihil agere volui.

CAPVT XII.

De atra bilis ſpeciebus.



Cap. 10.
8. De ſim. med. fac. c. de cinere ſeu tephra.

OMnibus amaræ, & flauæ bilis explicatis ſpeciebus, quæ mordaces ſunt cruditates, minus à naturali ſtatu recedentes, quam aliæ mordaces atræ bilares ſint cruditates. Ideo nunc eas atrabilares ſpecie diſtinctas, & acidas amplectat eruditates. Quoniam, vt iam dictum eſt, ſicuti cinis ſua natura potentiali frigida, & ſicca *pro combuſtæ materiæ diuerſitate variatur*, ſic etiam atra bilis, quæ cinerem penitus imitatur, atque terrea eſt frigida, & ſicca, procul omni dubio pro combuſti ſucci, ex quo fit, diuerſitate ſpecie quoque neceſſario variatur. Hinc tot atræ bilis ſpecies interim erunt, quot ſucci in noſtro corpore ſunt, qui à calore tum combuſtiuo, tum putredinali in cinerem, ac in atram conuerti poſſint bilem: Cum autem maſſæ humoralis quatuor duntaxat ſucci ſeorſum ſpecie diſtincti ſint, qui comburi liceat, ergo quatuor tantùm atræ bilis ſpecies erunt. Quarum prima vtique ex pituita ſuperaſſata (vt à ſucco albo exordiar) emergit, dum pituita potiſſimùm ſalſa in ardente febre (cum in morbis ardentibus maximè atra bilis fiat) putreſcit, ac in bilis naturam tranſeat, denique in atram bilem facilè migrat, vt omnes ſcriptores confirmant. Secunda verò ſpecies ex melancholia naturali exurgit, eum dixerit Galenus, *vbi ſcilicet adſcitia putredo, nigro illi ſucco naturaliter ſe habenti, acceſſit*, vt iam dixi cap. 10. atra bilis fit, dum ex ipſa putredine *quod autem in talem mutatum eſt vim, ac ſpeciem, id iam præter naturam eſt, ceu quod ex vſto non naturalis calor acrimoniam aſciuerit, ac veluti cinis quidam*. De qua etiam ait *Rurſus nigra longè malignior ea quoque, quàm quæ naturalis redditur* Pariter 2. de criſibus cap. 12. ait *Craſſum verò ſanguinis, ac veluti fex, quando immodicè calfactum exaruerit, atra bilis fit*, & alibi ait *Monſtratum nanque eſt, quod craſſo ſanguine nutritur*,

D
3. De ſymp. cau. & 3. de ſym. cau. c. 5.
De atra bile c. 6
Gal. 7. aph. 43.
Prima atræ bilis ſpecies ex pituita aduſta oritur.
In tractatu de febre quartana.
Secũda ſpecies ex melancholia naturali fit.
3. De nat. fac. c. 9
3. Meth. c. 16.

tritur, qui veluti limus purioris est, facillimèque nigra bilis efficitur: ideòque etiam ipsum melancholicum, siue atrum appellamus excrementum. Ideoque discrimen inter melancholicum excrementum, & atram bilem nobis posteris prodit. *Quoniam igitur non concrescit* atra bilis *ab atro quidem sanguine distincta est, non tamen iam, & ab ijs, quæ propriè nigra nominatur. Nam & talia sæpenumero vomuntur, & deijciuntur, quæ* excrementa melãcholica, & nigra *ab atra bile sanè quàm plurimũ non solum facultate* abradente, atque terram fermẽtante acidissima *sed qualitatibus quoque sensilibus differant, quippe hæc* atra bilis acidissima *neque acerbitate, neque acore,* vt melancholia *manifestè participat, cum bilis atra tum gustu,* ingentissimæ aciditatis *ipsam vomentibus, tum olfactu teter,* seu fœdi odoris *non illis solum, sed alijs* astantibus *quoque innotescat.* Quod ita de melancholia non asserendum venit: *quia ne terram quidem* excrementa nigra melancholica *fermentant, vt illa* atra bilis. Cæterum ibidem vide hęc duo discrimina, à Galeno statuta, ac etiam à Pelope suo præceptore antea explorata; Quando quidem atra bilis ita maligna, & exitialis, vt combusta se habet, vt non nisi hominem interficere valeat. Hinc nos docet Galenus eum humorem à principio morbi strenuè nos purgare deuinci, Nam si id de melancholico succo etiam statuere intendit, qui non ita exitialis, ergo eò magis de atra bile idem intelligit, cum dixerit. *Cæterùm de atra bile, quæ longa experientia mihi certo cognita, compertaque sunt, nunc addam profutura ijs, qui medicæ artis operibus student, omnes enim quotquot ex melancholico humore fiunt affectus, statim inter initia strenuè purgans talem humorem euacuantibus crescere prohibebis.* Cæterùm quoque hanc atram bilem tetigit Galenus vbi ait atram ex sangine crasso gigni bilem, eamquè neque corpus nutrire posse, neque denuo in sanguinem conuerti, cum id, quod dulce, pingue, leue, suaueque crassi sanguinis erat, omnino iam exhalatum sit, atque omnino terreum cinerulentum, simulque fuliginosum manserit. Tertia verò atræ bilis species ex sanguine quidem crassiori fit, qui *vel supra modum assatur propter vehementem caliditatem*, quia vt etiam 3. de sympt. caus. cap. 2. fol. 28. B. ait Galenus, *omninò ex immodicè cocto sanguine, & feruente veluti cinis quidam nigra bilis efficitur,* vel qui *transmutatur, atque in alteram naturam transit sanguis cum putrescit, nam, vt etiam antea exposuimus pars* tenuior *sanguinis fit flaua bilis, alia* verò sanguinis crassior pars iam putrefacta *nigra,* & adusta bilis quidem euadit, atra bilis appellata, quæ tertia species modò in dilucidatione quattæ speciei eò magis patebit. Quandoquidem quarta ipsa species atræ bilis ex bile certè adusta exurgit, ait enim Galenus. *Gemina verò bilis existit generatio, nempe vel flaua bile supra modum exusta, assataque, vel crasso sanguine supra modum assatur propter vehementem caliditatem,* & postea habet. *flaua etiam bilis quandoque in atram conuertitur, cùm assata fuerit,* nec non etiam inquit. *Et item est proditum de generatione huius humoris, quæ duplex est, tum ex sanguine crassiore, tum etiam flaua bile vehementer assata.* Subinde verò inter vtramque bilem comparationem statuendo, vt etiam fecit lib. de atra bile cap. 3. inquit, *Multo verò hæc profectò perniciosior censenda est ea bilis atra, quæ à flaua superassata progignitur: quanto nimirum & humor humore efficacior est, nempe flaua bilis, quàm ea, quæ sanguinis veluti subsidentia existit, &c.* Subinde ait, *Hæc igitur atra bilis* à flaua bile exusta orta *alioqui malefica est, ac derodit partes, in quibus abundè collecta est, altera verò atra mitior, quàm hæc est.* Verùm mihi notatu dignissimum esse inuenio ex Gal. vt alibi quoque iam dixi, humorem vtcunque à calore putredinali in cinerem iam redditum, adhuc etiam actu calescentem, causam esse efficientem nouæ putredinis faciendę in ventura accessione, hinc etiam accessionis anticipationem causari, si per sudorem foras humor adustus non exiuerit: sicuti in oppositum, si cinis actu calescens non fuerit, tunc paroxismi post positionem materialiter semper vtique efficere potest. Cum cinis illa bilis adustæ commixta sit vnà cum bilioso flauo humore prædominante, sua natura frigida, & pigra; Cum humor biliosus ab atro potiùs retardetur. Ideò nos docendo Galenus ex Hippocrate quomodo *in quartanam discessuram esse febrem continuam quoties intermittat, prabendatque per errabilem modum* secundum antepositionem, aut postpositionem. Ait. *Quantum enim humorum februit æstiuo tempore per febres continuas, ac desiuit in atram bilem, quodammodo restinctum est, proindeque calore febrifico æger vindicatur, maximeq; quoties sudores superueniunt,* ne ibi anticipatio non fit. *Sed si non antea natura quodammodo excernat, veluti cinerem vehementer assatorum humorum, hic rursus permanens in corpore, & calescens putrem quamdam recipit affectionem: Idque quoties ei accidit feruendo excitat febrem:* hinc etiam accessionis anticipatio fit in febre, *à qua rursus eueniente sudore pariter cum eo, quod februit atræ bilis euanuit: tum rursus aliæ reliquiæ feruentes rursus alteram excitant febrem: cum igitur nondum vnam habeat omne corpus affectionem, sed atra bilis in quibusdam partibus insuper moueatur, in quibusdam immota maneat* non feruescente, immo pigra *in alijs putreat, aut feruere incipiat, inordinatas febres fieri necesse est.* Ex quibus patet quomodo atra bilis, ex flaua bile orta etiam in febre tertiana possit esse causa efficiens anticipationis, & causa materialis postpositionis. Cæterum Galenum inuenio dixisse, *sanè in atræ bilis sic vstæ speciem etiam vitellinæ illa subinde vertitur, quoties ipsa quoque igneo percocta est calore,* nec tamen quinta atræ bilis species constituenda censendum est, cum vitellina ex flaua fiat.

Marginal notes (left): Atra bilis & melancholia à principio surgens strenuè purganda venit. — Tertia species atræ bilis ex sanguine crassiori gignitur. 3. De dif. febr. c. 11. in fine. — Quarta species atræ bilis ex bile flaua emergit. — Hæc deterior est. — Atra bilis vt cinis putrefactæ bilis flauæ quomodo nouæ accessionis anticipationem vel postpositionem efficiat. Aut inordinatas gignat febres. — Obiectio tollitur.

Marginal notes (right): De atra bile c. 3 — De atra bile c. 9 — B — Com. 2. de vict. rat. in mor. acu. cont. 30. — 2. Pror. thex. & 8. cont. 4. & 2. de diff. feb. c. 9. & 1. prhet. com. 8. cont. 10. & 2. de vic. rat. in m. acu. com. — 2. De dif. febris c. 11 in fine. — 1. Pro rhet. com. 8. cont. 4. — 2. De cusibus c. 12. — Com. 3. prog. cont. 27. — C — Ibidem. — Ibidem nempe com. 3. prog. cot. 27. — Lib. 2. de progn. morbi cacochymia c. 13. — Ibidem com. 3. progn. cont. 27. — D — 2. De natur. Fac. c. 9.

CAPVT

A

CAPVT XIII.

De ſuccis nigris medijs inter melancholicum naturale excrementum, & inter atram bilem exiſtentibus.



Erùm inter atram bilem exactam, atque melancholicum excrementum: alij nigri humores non dum in atram bilem exactam conuerſi hercle dantur ex Galeni obſeruatione, quos refert ſe vidiſſe illo tempore peſtilenti excretos egrorum ſalute, qui partim aduſti erant, & de quibus etiam alibi dixit, inquiens: *Ita autem hoc loco accipi volo melancholicum humorem, vt qui non dum exquiſitè in atra bilis naturam tranſierit, ſed in quodam ſit confinio conſtitutus, & quidem pro varietate humorum, in quos conuertitur ſanguis febres fient ſola malignitate, & non malignitate differentes vt in tumoribus, qui carbunculi appellantur contingit.* Et antea dixerat *ſic ergo & quicunque per calidam, ſiccamque intemperiem fiunt morbi, vt ardores cauſiue craſſum, atrumque ſanguinem reddunt. Simile quoque ijs affecit longa hac prolixiore æſtate peſtilentia orta, nec paucis eorum, qui ſeruati fuere, nigrorum dictorum exceptio per inferiorem ventrem fiebat die maxima ex parte, nono, vel ſeptimo, vel vndecimo:* Quoſque nigros ſuccos in tres differentias ſecando, proue magis, ſeu minùs hi ſucci de atræ bilis natura participent; ait. *Quorum etiam ipſorum complures differentiæ apparebant: quippe cum aliqua ad atram bilem proximè accederent* mordicatione, tetroque odore: *quædam verò ne mordicationem quidem, nec fœdum odorem in deiectionibus haberent: multa verò quoque inter hæc media conſiſterent*, quia quadantenus iſthæc mordicabant, partimque malè olebant. *Quibus verò ægrotantibus excretio per inferiorem ventrem haud talis fiebat: ij corpus totum puſtulis, quæ nigris exanthematibus ſimiles eſſent, circum vndique ſcatuit, interim quoque, & veluti ſquama decidebat: ſiccescentibus nimirum ipſis, euaneſcentibusque Cæterum paulatim pluribus poſt criſim diebus. At qui puram exactamque atram bilem deiecerunt, omnes periere: talis nanque aſſatum ſanguinem eſſe indicat.*

De atra bile c. 3. & c. 4. 2. De diff. feb. c. 9.

De atra bile c. 4

B

Ibidem.

CAPVT XIV.

C

Quatuordecim atræ bilis ſpecies eſſe, quatuor enim ſimplices allatæ, decemque ex ijs quatuor compoſitæ: Quadraginta & duo verò ſpecies ſuccorum nigrorum inueniri, demonſtratur.



Æterùm atræ bilis exactæ ſpecies, quæ ex his ſimplicibus quatuor componi valent, decem vtique adeſſe introſpicio; nam aliàs omnes quatuor componuntur, aliàs verò ex tribus, ac hæ certè tres reperiuntur; quandoquidem interim ex ſanguine bile flaua, & melancholia, interim ex ſanguine bile flaua, & pituita, interim ex bile flaua pituita, & melancholia peraſſatis conſtruitur. Interdum verò ex duobus tantùm formatur, quandoque etenim ex ſanguine, & bile, aliquando verò ex ſanguine, & melancholia, nonnunquam verò ex ſanguine, & pituita: vel ex bile, & melancholia, aut ex bile, & pituita, ſeu denique ex melancholia ſimulque pituita commixtis: qui vtique decem modi generationis atræ bilis exquiſitæ exiſtunt compoſiti, quibus additis alijs quatuor ſimplicibus omnes quatuordecim erunt modi.

D

Cæterùm quot modi ſunt eſſendi atræ bilis exquiſitæ, tot etiam modi eſſendi cuiuslibet ſpeciei harum trium differentiarum allatarum, ſuccorum nigrorum. Quocirca ipſorum humorum, qui nigri à Galeno appellantur quadraginta duo modi eſſendi cenſentur.

✠

CAPVT

A

CAPVT XV.

Quatuor in corpore humano cruditatum regiens, lociùe sunt. Primusque locus explanatur.



Vm mea in hoc opere omnium cruditatum, rectè curandatum, cuiuscunque corporis partis doctrinam vniuersam, æquè tum morbis curandis, tum lassitudinibus tollendis inseruientem, tradere intersie. Hinc harum cruditatum hactenus essentia, causis, ac instrumentis simul, nec non generibus, differentijs, atque denique speciebus omnino explotatis; superest, vt earundem cruditatum locos, quibus hæ inesse solent, simulque pto vt in ijs locis sint, nostrum corpus infestare possunt, explanem: Eamque sanè ob causam quatuor cruditatum vniuersi corporis humani regiones esse inuenio Galeni doctrina, vt obiter iam dixi. Quandoquidem prima regio, seu primus istarum locus ptimæ quidem tum viæ, tum venæ reperiuntur, quæ venæ portæ propagines apparent, in mesentereo, & circa hepar, vbi faciliùs, quàm alio vllo in loco nostri corporis naturæ summa prouidentia cruditarum copia colligitur, potissimumque copia pituitosorum: quia in ventriculo procreatur. At verò cum hæ cruditates crassæ, viscosæ, & lentæ sint; ideo facillimè ob angustiam capilarium venularum venæ portæ mesenterei, & loci, qui circa hepar conspicitur, ptiusquam ad hepar ipsum perueniat, retinetur instat magnorum seminum, quæ super cribrum ob foramina cribri angustia transire, seu descendere nequeuntia, permanent. A mesenterei namque angustissimis capilaribus venis cruditatum copia ita retinetur. Cum mesentereon veluti cribrum, & via sit, per quam iecur à ventriculo chylum in sanguinem conuertendum, vt arbor à radicibus attrahit, vt Galenus fassus est. Cæterum ipsius cruditatum regionis primæ Galenum meminisse inspicias, cum deprompserit *Malum* nempe sanguinem pituitosum, & crudum *qui in primis maximè venis circa iecur, & quod mesentereum vocant colligitur*, & postea aliquibus intereeptis verbis habet, *qui in primis venis crudorum copiam habent* deinde verò inquit *simplex illud quo ad cruditatis abundantiam, quæ in primis est venis*. Alio in loco autem medicinalibus archiuijs consignauit. *Si enim vbi in primis venis crudi succi copia est*. Denique posteritati conducit, inquiens, *vt circa iecur, & primas venas* de cruditatum pituitosarum copia loquendo, *quæ in primis venis, quæ scilicet circa iecur, & mesentereum sunt*. Cur autem venæ portæ propagines in mesentereo repositas, ac etiam in hepatis cauo residentes, ramulis venæ cauæ in hepate ipso existentibus per crucis modum annexas, simulque venam ipsam portam, primas venas Galenus vocauit, facile est intelligere. Quandoquidem quoad sanguificationem ab hepatis parenchymate celebrandam primæ appellantur venæ tum quatenus sanguis primam rubedinis dispositionem à venis ipsis meseraicis per consensum ab hepate recipiat, tum eo, quod etiam primò chylus sanguificandus in ijs venis venæ portæ reperitur, per hepatis cauum suum iter efficiens, subindeque secùndo sanguine, in iecinore iam iam facto per hepatis gibbum, ad venam secundam cauam appellaram, sanguis ille peruenit, ac postea ad totum diffunditur corpus. Quocirca vena caua, ceu domus se habet, venæ verò primæ, veluti porta quidem extimatur, per quam materia sanguificationis hanc venam cauam, tanquam domum nutrimenti corporis nostri ingreditur. Venarum autem venæ portæ capilarum, ac extremarum partis concauæ hepatis meminit Galenus, *Simarum partium vena ab ea, quæ in porta exoritur in tenuissimas extremitates finiuntur*, & paulo antea dixit *obstructiones à crassis, & viscosis humoribus spirituosa, seu flatuosæ distentiones, idque in extremis vasorum partibus, quæ ex vena ipsius portis exoritur*. Verùm perpende sub ratione illius primæ regionis cruditatum etiam primas certè vias omnes, quæ vasa non sunt, comprehendi in ventriculo existentes, pancreo, ac etiam illa prima cauitate inter ventriculi fundum, & pancreon iacente, quæ per venam azigos expurgantur, ac per vrinam. Hæ autem cruditates in hac regione adsunt, ceu in corporis centro, aut profundo, vel veteratæ, seu recentes fuerint,

*

Prima cruditatum regio in centro, seu profundo corporis nostri habetur, nempe primæ viæ ac etiam primæ venæ ante iecur existentes.

Malus sanguis est ante sanguinis generationē factus, nempe pituitosus crudus.

Prima cruditatum regio oēs cauitates, omnesq. venæ sunt venæ portæ, in corporis centro repositæ.

Et cur prima cruditatum dicatur regio.

In prima cruditatum regione & venæ oēs venæ portæ, & vētriculus & cauitates omnes ãte adsunt.

B

1. lib. 2. de magnitudine sanguinea c. 5.

6. De loc. aff. c. 3

4. De tuenda sanit. c. 5.

Ibidem.

4. De tuenda sanit c. 9.

12. Meth. c. 3.

C

4. De vsu par. c. 2. & c. 3.

5. De loc. affect. c. 7.

D

9. Ad Glauc. c. 14 & 9 meth. c. 5. & 12. met. c. 3

CAPVT

A

C A P V T XVI.

Secunda regio cruditatum promulgatur.



Lter autem cruditatum locus hercle medius eſt inter profundum, ſeu centrum corporis noſtri, atq; inter ſuperficiem, ſiue altum, nimirum in tota vena caua, ac in eius omnibus propaginibus; quæ regio, & genus vaſorum venoſum, & vaſa, & ſinus generis venoſi à Galeno quidem appellatur. Ait enim *in venoſo vaſorum genere apparere ſubeſſe illi copiam ſemi crudorum ſuccorum*, & poſtea inquit. *Quæ enim hanc febrem* nempe ardentem *faciunt cauſæ in venoſo genere exiſtentes* & alibi. *Quoniam venoſi generis febres ſunt paſſiones* & alio in loco exarat *cuiuſmodi enim ſanguis ſit, qui in vaſis continetur*. Vbi etiam depromit *an intra venarum ſinus malus ſuccus continetur*. Denique ſcribit de vrina omnino cruda, quæ habetur *veluti diſperatæ concoctionis accidens, quæ talis eſt venoſi generis paſſio*: nempe ſinus venoſi generis, vt alio in loco declarauit his verbis, *an intra venarum ſinus*. In hac autem regione *omnimoda cruditas* quidem fit: tum *pituitæ*; tumq; aliorum ſuccorum, cum vena caua ſuis propaginibus per omnes corporis partes alendas extendatur, cuius cruditatis vtiq; meminit Gal. vbi ait, quòd in vaſis ſanguinis cruditas accidit, & 4. de tuenda ſan. c. 4. ait *tertio ab his loco eius, cui totus ſanguis impurus, excrementoſusq; eſt*, nempe pituitoſus, qui talis eſt per pituitæ commixtionem, ſicuti etiam biliosus, & melancholicus, & ſeroſus eſt per excrementum ſanguini commixtum 6. epid. c. 2. t. 83. At verò hæc quidem regio, quoad latitudinem, in tres ſecatur partes. Alia nanq; venæ cauæ vaſa lata, & magna, cordiq; propinqua, alia verò anguſta à corde longinqua, alia verò inter vtrunque media conſpiciuntur: Cæterùm venulæ anguſtiores, ac extremæ, in quibus ſua anguſtia facillimè etiam ſine magna copia; immo tantum craſſitie, viſcoſitate, ſimulq. lentore excrementorum obſtructiones conſurgunt, cũ hæ in carne diſpergantur potiùs quidem ad tertiam cruditatum regionem ſpectant, quàm ad ſecundam, de quibus ait Gal. *vbi verò in extremis venis, & corporis habitu reſedit, & concoquendum pariter, & per habitum reſoluendum*. Cæterùm quia tales extremæ, & anguſtiores venæ, vel carnis muſculorum, vel glandulæ contingere poſſunt, vel carnis viſcerum; hinc eò quia frequẽtiùs obſtructiones in venulis viſcerum effici ſolent, hinc ait Gal. *Ergo & obſtructiones in iecinore, liene, & renibus facit, maximè quibus in his viſceribus vaſorum exitus anguſtiores natura ſunt*. Verum de ijs, quæ in hepatis gibbo ſunt, poſtquam exarauerat de extremis venulis venæ portæ in cauo hepatis reſidentibus, vt iam c. præcedenti oſtenſum eſt, inquit. *Ad eundem locum aliæ quoq; venarum extremitates à concaua vena in gibbas viſceris partes diſtributarum perueniant*.

B C

Margin notes (left): 4. De tuen. ſan. c. 4. — 6. Aph. 6. — 2. De criſib. c. 7. — 4. De tuen. ſan. c. 4. — 2. De criſib. c. 12 — 4. De tuen. ſan. cap. 4. 2. de nat. fac. c. 9. — 3. De ſymp. cau. c. 1. — 10. De ſimp. m. facul. f. 32. F. — 4. De tuen. ſan. c. 9. — 5. De tuen. ſan. c. 7. — 5. De loc. aff. c. 6.

Margin notes (right): Secunda cruditatum regio ſinus eſt venoſi generis totus venæ cauæ quæ ad partes ſolidas, & ſpeciẽ carnoſã, & cutim nutriẽdam ſanguine probo lambitur

Sanguis impurus, ſeu excrementoſus, biliosus, melancholicus, ſeu atrabilarius, & ſeroſus eſt. Item quoq. & pituitoſus qui propriè malus dicitur, vt ſanguini pituita commiſta eſt, ſãguis excrementoſus & impurus eſt.

C A P V T XVII.

Tertia cruditatum regio tangitur.



Ertius autem cruditatum locus, caro quidem eſt, in cuius poroſitatibus, ſeu ſpatijs cruditates colliguntur; dum hæ cruditates à genere venoſo in carnẽ ipſam ingrediuntur; ipſaque ſpatia, ſeu poroſitates eas etiam implent. In hac autem regione, tum partes ſolidæ, tum ſpecies carnoſa vtique comprehenduntur ſuis capilaribus venulis iũctæ, ſiue in carne, ſiue in poroſitatibus, aut ſpatijs, meatibusue inter venulas exiſtentibus, fortaſſiſque in oſſibus, ac in oſſium medulla, cruditatum copia fuerit, quæ fortaſſis per medullam ad oſſium capita defertur, ac ad iuncturas, hinc etiam forſitan dolorem artritidem vocatum parere valet, perioſtium lædendo. Præterea ẽt vltra carnis tum partium ſolidarum, tum ſpeciei carnoſæ ſpacia, & poroſitates quoque (vt iam dictum eſt c. præced.) venulæ extremæ venæ cauæ, quæ ijs partibus inſunt, in hac tertia regione reponendæ ſunt: quibus etiam ſine cruditatum copia obſtructiones inaſcuntur. Eamque ſanè ob cauſam has extremas venulas in hac cruditatum regione vnà cum carne habitus corporis comprehendendo, ait. *Vbi verò in extremis venis, & corporis habitu reſedit, & cõcoquendum, pariter & per habitum reſoluendum*. Vnde alibi, dum inquit. *Eſto igitur crudi ſucci copia in ſolidis animalis partibus, non in venis*, ibi quidem per venas non exiguas, nec extremas, quæ veluti poroſitates ſe habent, intelligit: immò venas ſinus generis venoſi ſecundæ cruditatũ regionis intendit. Quòd autem Galenus hanc tertiam regionem in ſpeciem carnoſam, ac in partes ſolidas ſecuit, collige, vt etiam alibi dixit, *tum ex carnoſa ſpecie, tum ſolidis ipſis corporibus completur*, & poſtea habet *ſolidorum verò generi ex ſolido nutrimento carnoſo generi &c.* ergo hanc tertiam regionem modò carnem, modò corpora ſolida nuncupauit, cum exararit *excrementorum, quæ in carne conſtitere*, & ſubinde ait, *& in ſolidis mordacia*; antea verò dixit, *& in carne continetur*, & poſtea habet. *Deinde eius, qui in carne ſuccus reſidet*. Deniq; verò, vt antea vidiſti, depromit, *crudi ſucci copia in ſolidis*

D

Margin notes (left): 4. De tuen. ſan. c. 9. — 4. De tuen. ſan. c. 7. — 11. Meth. c. 3. — 4. De tuen. ſan. c. 6. — 4. De tuen. ſan. c. 3 — 4. De tuen. ſan. c. 4. — 4. De tuen. ſan. c. 7.

Margin note (right): Tertia regio eſt caro, quæ iũ in partes ſolidas tum in ſpeciem carnoſam ſecatur.

A

dis animalis partibus. Quòd autem cruditates vel à ventriculo, aut ab hepate genitæ cum bile tenui, aut serosa humiditate, ceu vehiculo commixtæ primò in venoso genere iam impulsæ, postea carnis, seu partium solidarũ porositates, ac spacia ingredi possint, facilè demonstrare queo; Nam, vt ait Gal. *complura esse spatia patet inter ipsas primas, & similares particulas, atq. ijs ẽt plura, maioraq; inter ipsas instrumentales, & compositas particulas*, tametsi *quæ mollia quidem corpora sũt, ea quoniam sibi inuicem incumbun*, & actu humida sunt *interposita spatia latere conspectum faciant*. At verò *quæ dura, & sicca sunt, in ijs cernere spatia licet, sicuti ossium cauernulas*, hinc ratione humoris inæqualis in has cauernulas, ac venulas fluentis, & fluxi, fit etiam in vnica parte læsio *intẽperamenti inæqualis* ait Gal. De porositatibus autem ita habetur, *sicuti aũt flamma in continuo motu est, & in modum fluuij alia alijs succedit, & ita calor continuè effluit à corde ad venas, & per venas ad totũ corpus, & inde continuè effluit extra corpus vnã & vestes non ob aliud calfaciunt, q̃ quia retinent calorẽ continuò euaporantẽ à corpore per poros, sunt aũt pori venæ subtilissimæ, per quas effluit calor, & ẽt sudor, qui nihil aliud est, q̃ ã aqua sanguini admista: poris quoq; amplius dilatatis effluit ipse sanguis. Quod aũt pori sint venæ subtilissimæ inde patet, quòd qualibet vena producit ex se aliã venã minorem, & aliã iterũ minorẽ vsq; dum diuisio perueniat ad capillares venas. Accidit aũt poros per frigiditatẽ, aut aliquo viscoso fumo oppilari, & tunc calor multiplicatur in venis, non. n. sufficienter euaporare põt, tum propter angustiã pororum tam quia fugit interiùs propter frigiditatẽ sibi contrariã, quæ est exteriùs*: & Gal. ait *idque in extremis vasorũ partibus, quæ ex venæ ipsius poris exoriuntur &c.* Quocirca per hos poros, & spacia inania in nostro quidem corpore ita *confluxio vnà, conspiratio vna, vt corpus quidem totum conspirabile, & confluxile* fit. Ideoq; Hipp. & Gal. dicunt *foras, introq; spirabile totum corpus*. Hinc facillime biliosi humores flauus, & pallidus sua tenuitate febrem ardentẽ efficiẽtes *in venoso genere existentes, quando ad* hanc tertiam cruditatum regionem ceu ad *neruos transferũtur, primum tremores faciunt*. Cæterùm pars quælibet maiorem, aut minorem cruditatum copiã fluentem, simulq; fluxã recipere valet, prout maiorẽ locum spacij, & pori cõtinet; quo nanq. maiora spacia inania fuerint, maiorẽ quoq; cruditatũ copiã recipere, ac retinere valebunt, & quo maiora spacia faciliùs recipere, difficilius aũt retinere, sicuti in oppositũ, quãtò angustiores fuerint meatus (à Galeno pro spacijs accepti) tãtò difficiliùs copiã cruditatum recipiẽt, tantoq. facilè, ac tenaciret retinebunt. Cũ itaq; triplex potissimũ caro introspiciatur, nempe musculorũ, viscerum, & glandularum, in qua meatus inanes insunt, & ampli, attamen ampliora, ac in molliori substantia, & laxiori, spacia sunt carnis glandulosæ, quæ faciliùs cruditatum copiã recipiunt, difficiliùs verò retinent: Vnde sicuti glandulosa caro faciliùs intumescit, ita quoq. faciliùs ab eo tumore auxiliorũ ope immunis euadit. Postea caro viscerũ, tertiò deinde caro musculorũ in hoc ordine habetur, quorum omniũ meminit Hip. hoc modo, *quæ verò caua sunt, & expãsa, ea affluentem humorem quidẽ omniũ maximè recipiunt, verùm non perinde attrahunt*. Cęterũ inter carnẽ viscerum discrimen posuit Hip. & Gal. vt alibi iam dixi. Quandoquidem pulmo, lien, & mammę mulierum, inter spongiformes partes, rariores, molliores q; magis etiam inanes, & laxiores apparẽt. Faciliùs hinc etiam fluxionibus eas affici assuescere patet, ait. n. Hip. *spongiosa aũt, & rara veluti lien, pulmo, & mammæ propè admota maximè exugũt, eaq; præcipuè, accedente humiditate, indurescũt, & augescunt*: rara enim mollia, vacua, & parua naturaliter sunt, at verò cruditatum copia plena quidem, densa, dura, ac magna fiunt. De quibus dixit Gal. *Visceribus autem ferè omnibus intrinsecus, atq: extrinsecus sunt magna spaciositates. Ac propterea caro ipsa pulmonis quidẽ spongiosa, contra verò renum densissima: & post hanc hepatis caro densa*: Vnde hepar mollitie, raritate, & vacuitate post lienem se habet: *splenis verò caro quantò densior est carne pulmonis tanto hepatis carne rarior*. Hinc renes ab obstructionibus difficilius liberantur, postea hepar, tertio mammę, quarto lien, sicuti è contra faciliùs ab oppilationibus pulmo curatur, nota aũt sicuti in hepate, liene, & musculis obstuctiones à copia cruditatũ gigni possunt, ita in renibus à lentore, & crassitie fieri: vtroq; enim modo obstructiones oriuntur, vt Gal. asserit. De ventriculo aũt cruditates facilè recipiẽte, ita Hip. exarat. *Neq; enim si in ventriculo humor insit, eumq; foris contineat, & singulis diebus euacuetur; verùm cum eum in se ipso receperit, eũq; vacua, & rara, ac parua penitus imbiberint: pro raro, & molli, durus, & densus euadit, neq; concoquit, neq. emittit: istaq; illi ex figuræ natura contingunt*. Cæterum omnium aliarum partium longè partes sphærica figura attrahentes, ac retinentes humiditates, cruditatibus obnoxię facilè euadunt, de quibus ait Hip. *partium natura, & figura eiusmodi, vesicæ, capitis, & vteri in mulieribus eaq; maximè attrahere, & semper attracto humore referta conspiciuntur*. Vnde lien cum melãcholiam vnà cum aqueo humore attrahat, simulq; retineat: ideò facillimè lien ijs humoribus intumescit cuius meminit Hip. *ista à me dicta sunt, quomodo, & quam ob causam aqua copiosior ex potu in corpore oritur, & quam nam ratione lien eã attrahat*. Dixit enim. *Assευero autem quod vbi quis amplius biberit, corpus, & lien aquam ex ventriculo ad se attrahunt: et si plus æquo traxerint confestim hominem laborare, idque ita contingere sentiunt, quicunque lienosi sunt. At vbi lien traxerit, optimè quidem confert. Si vetus aqua, quæ in liene, aut ventriculo inest ad vesicã percoletur, & isthæc veluti per colum effundatur. Neq; enim per superiora loca aqua de liene expurgatur, nisi certè quantum in vasis inest, quæ à liene procedunt. Sed in ventriculum, & vesicam repurgatio fieri potest*. Hinc facilè à liene, aqua laborante, ventriculum per consensum lędi necesse est. Hæc

autem

Spatia seu porositates seu cauernulæ in carnosa specie & in solidis partibus insunt in quibus cruditates residẽt.

De porositatib. spatijs, aut cauernulis ita Galenus agit.

De maiori & minori cruditatum copia fluẽte à spacijs faciliùs retenta difficiliusq; recepta & econtra.

Caro triplex.

Ventriculus aqua seu mellcholia vexatur à lien per consensu.

Lib. de inæquali intemperie c. 2.

Idem ferè 1. de mend. san. c. 18. habet.

Ibidem.

Li. Gal. attributo de vtilit. respirat. sp. f. 61. F.

B

5. De loc. affect. c. 7.

Hipp. lib. de alim. p. 361.

Gal. de vsu pul. c. 2.

6. Epid. c. 6. t. 2.

De vsu pulsu. 5 Aph. 6.

1. De san. tuen. c. 11.

C

De prisca medicina p. 26.

De mag. morbi cacochymo c.

Li. de prisca m. p. 26. in Foesio Martinelio verò partic. 39 & 40.

2. Ad Glauc. c. 2.

Ibidem.

10. Meth. c. 8.

Ibidem.

D

De prisca med. pag. 26.

Ibidem.

A autem cuncta explanare volui, vt omnino cuiuſcunque membri tertiæ cruditatum regionis natura elluceat, circa eas recipiendas, ac retinendas cruditates; vt his pareſactis, mox facilius eaſdem æquè tum dignoſcere, tum curare valeamus cruditates. Ne vlla doctrina noſtrum id promptuarium ſingulæ cruditatis rectè dignoſcendæ, rectèque curandæ, deficiat.

C A P V T XVIII.

Quarta cruditatum regio exploratur.

Gal. lib. de inæquali intemp. c. 2. & 2. de tuen. ſan. c. 29. & lib. Gal. aſcripto de vtili reſpir. ſp. f. 62. F. 4. De tuen. ſan. c. 4.



Quartus autem cruditatum locus vtiq; corporis noſtri ſuperficies, ſeu circunferentia, ceu altior regio à profundo contradiſtincta conſpicitur; nimirum cutis, quæ poroſitatibus, ſeu meatibus prædita eſt, per quos ſudores milijformes efflorescũt, nec non humores tenues biliosi egrediuntur: Neq; mihi obijcere poteris, ſi aſſerueris, hanc quartã cruditatum regionem à tertia allata, nõ ſecari; cum Gal. deprompſerit. *Non eſt igitur abundantia eius laſſitudinis, quæ vlceris ſensũ præfert cauſa; immo humorum, qui in cute, & carne continetur acrimonia.* Nam etſi caro, ſeu partes ſolidæ, & cutis ſimul vt partes ſentientes vlceris ſenſum, nẽpe acrimoniã, & mordicationẽ æquè percipiãt.

Dubium, cũ videatur cutis tertiæ regionis eſſe.

B Vnde in relatione ad laſſitudinẽ vlceroſam videtur eo in loco Gal. hanc quartam regionẽ à tertia non diſtingui. Nihilominus ibidem Gal. ẽt in relatione ad hũc ſenſum vlceroſum eam ab altera ſeionxit, dum ait. *Qui igitur vlceris ſenſum facit (incipiendum enim ab hoc eſt) motis quidem grauem excitat ſenſum, ceu corpus vlceretur: idque vel circa cutim tantũ vtiq. quum eſt moderatior, vel circa ſubiectam illi carnem, quum eſt valentior: vel circa vtranq. quum adhuc eſt atrocior:* Proinde harũ quoq; regionum curationes agendas ſibi proponendo, vnius regionis curationẽ ab alia ſegregauit, nobis poſteris ita tradendo. *Prius verò eius, qui exiguus, & iuxta cutẽ eſt, curatio dicetur. Deinde eius, qui in carne reſidet.* Si ergo in relatione ad laſſitudinem vlceroſã hę duę regiones diſſonãt, eò magis abſolutè quoq. diſtinctę sũt, vt re vera ita ſe res habet. Inter aũt ſuccos acres, & mordaces ĩ cute reſidẽtes, ichores quidẽ, ſeu ichoroides humores cuti ſubsũt, ſeu ĩsũt, vt ex Hip. & Gal. habeẽ.

Solutio.

4. De tuen. ſan. c. 4.

2. Epid. ſect. 1. t. 1. & 6. epid. c. 2. t. 35. & 3. epid. t. 49. vſq ad 52

C A P V T XVIX.

Varias cruditates acres, & mordaces tertiæ, & quartæ cruditatum regionis, diuerſiſque in locis, variaque copia peccantes, per ſympathiam ab hepate, affectus varios parere quoque poſſe, demonſtratur.

C Ceterum pro vndiq; hoc noſtro decorando promptuario, omnes ſcire oportet varietates, quibus acres ab hepate ortæ cruditates, diuerſis modis, per differentem partiũ ſimpathyam, varias procreare valent affectiones. Nam ſicuti antea per ſimpathyam à ventriculo, & à cerebro varias obnoxias eſſe partes exploratum habui, hinc ẽt diuerſos gigni poſſe affectus: ita etiam modo idẽ, quod per iecinoris originem, & primum conſenſum oriri valet, inuenire maximè congruum erit. Quãdoquidem ait Hip. & Gal. vt varios progignat morbos, varius humor acer, & mordax, prout biliosus, amarus, ſeu biliosus, acidus, aut melãcholicus, aut acer pituitosus, & mordax, inſuper vt calidus, ſiccus, craſſus, aut tenuis, nec non copioſus plùs, & minùs, per ſeq; ſolus, vel alio deteriori, vel ſalubriori commixtus. Vlterius in eo, vt vel in ſolido corpore, aut in ſpecie carnoſa, vel in cute, aut in extremis venę cauę, ſeu portę ramulis capillaribus reperiatur. Præterea ſi in corpore ſolido, vel in principali mẽbro animalium facultatũ, aut vitalis, pulſatilis, ac iraſcibilis facultatis, vel altricis virtutis, aut prolificę facultatis, aut in membro non principali, ſed in membro principalibus partibus, & ſubordinato, ac inſeruiente, aut ſeruitute præparatoria vt in pulmone, ventriculo, & vaſis ſpermaticis, ac paraſtatibus, vel ſeruitute latoria, vt in virga viri, in neruis ſenſus, aut motus, aut vtriſq; vel in tunicis venarum, &

Hip. de flatibus 278. & 4. de m. 524. ex Foeſio. Lib. de arte p. 8.

D arteriarum; aut in membro ſolido, neque principali, neq; principalibus ſubordinato, immo duntaxat ijs principalibus deſeruiente, vt ſunt membranæ, ſeu paniculi, cartilagines, ac tẽdones, ſeu chordæ. Etſi in ſpecie carnoſa, vel viſcerum, aut muſculorum, aut glandularum, vel tandem in adipe, ſeu pinguedine: Quatenus dico, quòd humor talis varius in pluribus locis ijs diuerſis exiſtens, copiaque etiam diuerſa peccans, varias functiones impediens, varios quoq; affectus hercle efficere poteſt: cum iecur per eius venas cunctis corporis humani partibus facillimè eos humores acres, & mordaces, ab eo genitos tranſmittere valeat; pariter idẽ ſplen facere patet: Vnde ex quo Hip. pituitam non niſi alterius acris, & mordacis humoris à iecinoris calore ingente geniti, commixtione abradere, vlcerareque, & mordicare poſſe aſſeuerauit, inquiens, *Pituita nanq. acribus humoribus permixta, vbi in loco minimè aſſueta irruperit, ea exulcerat,* cum ibi ſupra dixerit. *Vbi igitur ad oculos venerit, ij laborant, ſi ad aures, ibi morbus eſt, ſi ad nares grauedo exoritur: ſi ad pectus raucedo appellatur.* Vnde poſtea inquit. *Cum verò ad fauces teneras ẽt fluxio ingruit, eas exaſperat,* & exinde ait. *Quibus ita ſe habentibus fauces exulcerãtur, exaſperantur, & incenduntur, calafacta verò humorem ex capite attrahunt, caput autem rurſus à reliquo corpore aſſumens ijs tranſmittit: cũ igitur*

Lib. de flatibus p. 278. ex Foeſ. Ibidem.

Ibidem.


Ibidem.

hunc in modum fluxio affluere consueuerit, meatusq; veluti in torrentis alueum excauati fuerint ad pectus quoq; transfundunt: Acris aũt pituita existens in carnem irrumpens venas exulcerat, & alibi habet. *Pituita.n.ex capite veniens eum paruo admodum tẽpore exulcerat, cum tenerum quiddam, & rarũ sit pulmo: & si vleeratus fuerit, aliquis sanè multis de causis non benè habet.* Biliosa enim cruda inretdum à capite, ac thorace attrahuntur, vigiliæq; accedunt, pituitæq; hinc permisceri possunt, & acrem eam reddere queunt, vt Hipp. ait. Hinc iure bilis amara, & acida mordax morborũ mater dicitur, habetur etenim de ea hoc. *Nascitur ex eo bilis etiam, acida, & amara, quæ dicitur mater morborum. Bilis enim vbi est coneitat calorem, & pruritum, & pruritus prurificationem; inde fiunt dolores intestinorum, oritur etiam inflatio, qua corpus extenditur, vt rumpi videatur.* Verùm bilis flaua præsertim, cui proprium est acutas ægritudines efficere, vt Gal. ait ex Hip. decretis: Quam ob rẽ etsi biliosus quantitate, & mole paucus sit humor plurimæ pituitæ copiæ commixtus, tamen ob eius maximam vim actiuam igneam, præpollentiam obtinet, & hoc de ipsa vi actiua intelligit, non autem de copia: vbi ait. *Ita Medicum morbis mederi eonnenit adhibita horum cuiusque consideratione, quod in corpore præualet.* Quando aũt copiam perpendere teneamur alibi inquit, vbi de internorũ morborum cognitione difficiliũ notitia dixit. *Sunt.n. apud eos, qui artẽ istam probè eallent morbi partim quidem non obscuri, ijq; pauci: partim verò non manifesti, ijque multi: Qui enim ad internas corporis partes vertunt obscuri, qui verò ad corporis superficiem erumpunt, aut tumorem faciunt manifesti sui enim copiam faciunt tum visu, tum tactu, vt eorum durities, & mollitudo sentiatur,* ob copiam ẽt magnitudo morbi tum cacochyma, cum sanguinea habetur, ob copiam quoq; vnà cum qualitate mordacium maiorem, ac minorem tertia à quarta regione cruditatum differt, vt antea vidisti. Cæterùm ne prolixior sim de parte massæ humoralis sanguineæ lutosa, & fæculenta melancholica, seu atrabilari, quæso, dicamus: quæ à natura pro sanguineæ massæ defęcatione sæpè pluribus in hominibus non modò, verùm ẽt mulieribus ad multas corporis partes transmitti solet, ac ẽt per venas sedales extrahi assueta est. Cũ Natura assiduè hoc vitiosum, lutosũq; seu fęculentũ excrementum sanguineæ massę commixtum pro ea sanguinea massa depuranda ab ipsa segregare nitatur, vt ait Gal. *tum à partibus præcipuis modò in ventriculum, atq; intestina, modò ad extrariam superficiem depellens: sed quæ eius generis tennioris substantia sunt ea partim per diflationem, quæ sensum refugit: partim sensibiliter, vt per sudores cutem perrumpunt,* quæ aũt tenuis sunt, nihilominus cutis densitate per halitum euaporare nequeunt, inibi manendo pruritum gignunt, insuper & lepram vt ex Hipp. habeo dicente. *Athenis quidam pruritu totius corporis præcipuè tamen testium, & frontis detinebatur, ac vehementer admodũ uexabatur. Cutis toto corpore erassa erat, ac qualis in lepra videri solet, neq; vlla ex parte præ crassitudine apprehendi poterat. Hic nullis remedijs iuuari potuit. In Melum autem ad balneas calidas profectus, & cutis crassitudine liberatus est Hydrope tamen perijt.* Verùm in lepra humoris substantia quadantenus ad crassitiem vergẽs reperitur: A tali humore pręterea ẽt vltra leprã, vt ait Gal. & scabies, & Elephans, ac vitiligines nigrę oriuntur: & phagedenę: sicuti sanguis bonus, vt ait Gal. lib. de oculis c. 1. particula 6. *Si temperati caloris est, phlegmonem generat: si calidior, & subtilior erysypelas, generet: sed calidissimus saerum ignẽ facit, & variolas.* Sed reuertamur vnde digressi sumus de sanguine melãcholico ex parte crassa à Gal. declarata, postquam tenuem dilucidauit sanguinis partem. *Quæ aũt sua crassitudine per cutis densitatem traduci non possunt sed intus coarcentur, detineanturq; si calida sint earbones, si minùs talia cãcros progignunt. At eum ater humor qualitatibus mitis, remissusq; est, ac sanguinis commixtus sub rubros elephantes parit. Quod si vel spatio hi temporis perdurent, nigriores redduntur: sæpenumero aũt natura vacuum sedis venam reeludens talem* fęculentum, atrum, crassumq; *sanguini permixtum humorẽ excreuit: Unde & Græci hæmorrhoidi nomen symptomati indidere. Quin etiam, vt sæpe talem sanguinem natura in crurũ venas deponat, relegetq; à quo distenta, atq; ampliata varieosa redduntur,* à cuius humoris vaporibus in cerebrũ se rapẽtibus melancholica affectio cõtingit: etsi ẽt cũ is humor ad os vẽtriculi accesserit, per talẽ cõsensũ imaginario deprauari possit, & hinc melancholia fieri, licet, sua maxima aciditate ad os stomachi trãsmissus *eiborũ nehementissimas appetentias* efficiat, vt Gal. ait 6. de loc. aff. c. 1. & lib. Gal. attributo de anat. viuorũ c. 13. vt Gal. per eundẽ Gal. declarẽ, vbi ait, sicuti superiùs diximus, *modò in ventriculũ, atq; intestina.* Quoties tamen *hepar ad generandam huiusmodi superfluitatem sit aptum, & e* suo calore intẽperato, siccitati iũcto *splen verò sit natura imbecillior, & quicquid de superfluitate generatur ad se minimè trahere potens in hoc vtiq; eorpore turgidus fit, & crassescit is, qui in venis continetur sanguis,* vt ait Gal. Potissimumq; fit, vbi quoq; chylus nondum probè coctus in ventriculo caloris ingentis iecinoris vi, ab hepate ipso, & à venis trahatur, vt statuit Gal. ibi enim necessariò cruditas gignitur, & chylus nondũ aptus, vt in sanguinẽ bonum conuerti possit, agendo in materiam non benè dispositam, nec errorem cruditatis genitę corrigere valet. De alijs aũt humoribus tumores, collectiones, obstructiones, tensiones, inflãmanes, tam proprias, quàm non proprias, ictericias, & males habitus gignentibus in partibus solidis, in specie carnosa, & in cute; iam satis dixi, lib. 2. de morb. magn. sanguin. c. 19. causas verò fluxionis lib. 3. de morbi magn. c. 11. iam declaraui. Nam quãuis etiam in venis sint humores; attamen solùm primo modo eos considero succos, hic nempe in tertia, & quarta cruditatũ regione.

A
4 De morbis p. 524.
2. Com. de vict. rat. in m. a. t. 44. Gal. lib. attributo lib. de dynamidijs c. 2.
Com. 2. progn. 46.
2. Aph. 23. lib. de humor. p. 61. & 67. & li. prænot. p. 54. & de dieb. iudic. 75.
De nat. hom. p. 377.
Lib. de arte p. 8.
B
De atra bile c. 4.
Idem ferè dixi 2. de morb magnit. sang. cacoch. c. vltimo.
5. Epid. ægro. 9.
C
Com. 7. aph. 40. & de tum. præt. nat. c. 23. & c. 14 & 2. ad Glauc. c. 10 & 11. de sim. med. fac. c. 2.
Lib. de atra bile c. 4. & 5. de temp. c. 3.
5. De loc. aff. c. 6 & 1. de sympt. causis c. 7. & de constitutio artis c. 36.
D
De atra bile c. 8.
2. Ad Glauc. c. 10
4. De san. tuen. c. 11.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE CRV-



DE CRVDITATIBVS RECTE DIGNOSCENDIS, RECTEQVE CVRANDIS.

LIBER SECVNDVS.

In quo

Cruditatum,& regionum earum compositiones connumerantur,ac diluuntur.



CAPVT PRIMVM.

Generum cruditatum compositiones traduntur.

A 3. Aph. 15.& 4. de tuen san.c.7. & 1.de diff.feb. c.3.



Voniam simplicibus rebus res compositæ natura, & doctrina posteriores se habent Cruditatum itaque simplicium generibus differentijs, speciebus, simulque regionibus iam satis explanatis, superest horum compositionem statuere. Genus vero cruditatum duplex inspicitur. Nam id vel ad modum generādi, aut ad eius naturam spectat: Si enim primo modo, tunc tria vtique cruditatum genera conspiciuntur; Quandoquidem per modum corruptionis cruditas in ventriculo exoritur, vt bilis prassina, seu Zinaria est: interim per cruditatis modum gignitur, vt pituita vitrea seu acida habetur: Interim vero per adustionis modum emergit, vt bilis flaua, vel atra, aut melancholia, seu salsa pituita repetitur. Quocirca alias primi, & secundi generis simul cruditas componitur: Hæ geminæ etenim cruditates facilè in ventriculi fundo, & progigni, & permanere valent, vt in vomitionibus apparent. Aliàs verò quoque ex secundo, ac tertio genere compositio fit, vt vomitiones nos monent, tametsi etiam interdum horum omnium trium generum compositio pateat. Verùm si secundo modo cruditatum genus desumatur, tunc vel pituita, aut bilis amara, aut bilis acida erit, in-

B super vel melancholia, vel serosum excrementum, quæ omnia tum in sanguinis missione, tum in succorum purgatione conspicuè manifesta sunt, vt ex Gal. autoritate iam dictum est lib. 1. de

6. Epid.com.2. cont.18. magn.morbi cacoch. in sanguinis etenim missione ait Gal. *omnes medici in venæ sectione dicere assolent interdum serosum, interdum melancholicum, aut pituitosum, aut biliosum nonnunquam, & naturalem sanguinem effluxisse*. De humorum autem eductione inquit *fiunt autem hæc omnia purgato-*

3 Aph.37. *rio medicamento, proprium attrahere humorem appetente vel flauam, vel atrā bilēm, vel pituitam, vel aquosam superfluitatem*, licèt cruda, praua, ac vitiosa tantū pituita preter naturalis, bilis amaraq; dum similiter præternaturalis fuerit, nec non atra bilis, quæ etiam præternaturalis se habet: At verò melancholia, & superfluitas aquosa, cum naturalia sint, sua natura, non nisi multitudine peccare possunt. Ideoque solummodo de his prioribus succis fusè verba scriptis mandaui, quatenus isthæc praua sint: cum autem hic, ne dum de prauorum humorum copia, at verò etiam de melancholiæ, & serosi recrementi superfluitate agere mihi ipsi (in meorum ægrotantium vtilitatis gratiam) conducat; proinde, inquam quandoque ex omnibus ijs quinque succis nimi-

rum ex pituita cruda, & bile amara præter naturali, & bile atra, melancholia, & seroso excremento compositionem consurgi posse, aut quod ex quatuor, vel tribus seu duobus succis, ex his humoribus allatis, compositio sortiri potest. Cæterùm vnum tantùm adnoto, hoc est, quòd serosum excrementum, etsi sua natura prauum minime sit, attamen in aliorum humorum omnium, qui crassi, glutinosi, lentique sunt compositione semper plurimi mali causa est. Nam is sua tenuissima qualitate ceu quidem vehiculum habetur, alios succos crassos prænarratos, ei cōmixtos in partes penitiores nostri corporis tertiæ cruditatum regionis angustissimas ducens, ac inibi illi crassi succi morando putrescunt, ac tuncomninò serosa illa humiditas à calore putredinali consumitur, illique humores putrefacti, ac in cinerem, & atram bilem iam conuersi, adhuc crassiores facti, non nisi difficulter postea educi possunt: quippe quòd in quartana febre iam morbo determinato, solùm hi humores per sudores dissolui posse videntur, vt Galenus fassus est. Quod equidem Illustrissimo D. Paulo Bragadeno contigit: Vnde hac de re duntaxat iure meritò artem medicam Hippoc. his verbis illustrauit. *Qui à quartana arripiuntur à magno morbo non capiuntur: immo si capiantur prius, moxque superueniat quartana, liberantur.* A

Nota de seroso excremento vt vehiculū aliorū succorum.

Com. 3. prog. cont. 37. & 2. de diff. feb. c. vii. & 3. epid. com. 3. cont. 17. 6. Epid. com. 6. cont. 7.

CAPVT II.

B

De cruditatum generum, simulque specierum compositione.

VErùm ne dum cruditatum generum allatorum, at verò etiam specierum compositiones inuenies, cum non modò cruditates pituitosorum, ante sanguinis generationem obortæ cum alijs cruditatibus acrium, & mordacium post sanguinis generationem exortis componuntur. Verùm etiam ex cruditatibus tum pituitosorum, tum acrium, & mordacium, sub eodem genere repertis, compositio inuenitur. Cæterùm generum horum cruditatum compositio pessimi quidem morbi causa est: vbi biliosi, amari, ac adusti succi copiosi quidem simulque crassi pituitosi, crudique etiam commixti fuerint: vt Gal. nos docuit, dicens. *Itaque morbi sunt pessimi, in quibus vtrique memorati succi abundant, quibus succedere demonstrauimus febrem semitertianam.* Hinc Philini Vxor, ijs affectibus obnoxia *circa diem septimum decimum obmutescebat. Vigesimo verò obijt.* Circa autem cruditatum specierum compositiones, cum ferè infinitæ esse possint, ne tempus conteram, eas non tangam. Verùm sicuti occasio postulabit, in ægris curandis eas inueniam compositiones. C

1. Epid com. 3. cont. 21.

CAPVT III.

Cruditatum pituitosorum, ac mordacium differentiarum compositio perpenditur.

TRrium autem differentiarum cruditatum acrium, cum alijs tribus cruditatum pituitosarum differentijs, antea ex Galenus sententia declaratis, compositiones nouem numero esse valent. Ponamus enim pro faciliori negotio E. F. G. esse primam, secundam, & tertiam cruditatum pituitosorum differentiam secundùm accessum, & recessum à sanguine optimo, similiterque H. I. K. pro prima, secunda, ac tertia differentia cruditatum mordacium ponantur. His nanque statutis; aliàs E, cum H, vel cum I, seu cum K, componitur, Aliàs F, cum H, aut cum I, vel cum K, componitur. Aliàs verò G. cum H, vel cum I aut cum K componitur. Nam A primæ regioni B secundæ regioni C & D. tertiæ & quartæ regioni cruditatum assignantur. Pituitosarum cruditatum differentiæ primæ E, secundæ F, tertiæ G. Mordacium verò differentiæ primæ H, secundæ I, tertiæ K assimilatur. Quocirca hæ nouem compositiones reperiuntur: Quarum tertia, sexta, & nona deteriores sunt, quia tertia à sanguinis natura magis recedit, quàm prima, & secunda, ita pariter magis sexta, quàm quarta, & quinta: nec non magis nona, quàm septima, & octaua: Cæterùm quinta, & sexta deteriores sunt alijs prioribus: tametsi octaua, ac nona adhuc deteriores conspiciantur quinta, & sexta: Ea propter in melioribus compositionibus audaciùs quidem sanguis educendus, timidius verò humores purgandi: sicuti in deterioribus totum in oppositum humoribus, vel turgentibus, tum propriè, tum non propriè, vt exposui lib. 2. de magn. morbi cacochyma, aut iam coctis, seu præparatis audaciùs purgandi sunt humores, timidiùs verò sanguis detrahendus. D

Lib. 1. c. 8. istius operis.

CAPVT


A

CAPVT IIII.

Regionum allatarum cruditatum compoſitiones eluceſcunt.


Vatuor autem hæ cruditatum regiones ita ſimul componuntur: Quandoquidem interdum omnes quatuor regiones componi apparent. Nonnunquam verò tres tantùm, & ita duobus modis, nam vel prima, ſecunda, ac tertia vnà cruditatibus obnoxiæ inſpiciuntur, aut excepta prima cæteræ omnes ſimul cruditatibus copioſis conqueruntur regiones. Aliquando verò duæ tantùm ſimul componuntur, & hæ ſex inueniuntur compoſitiones, vel namq; prima cum ſecunda affecta læditur, aut cum tertia, ſeu cum quarta, aut ſecunda, ac tertia cruditatum copia ſimul offenſæ ſunt, vel ſecunda, & quarta, aut tertia, & quarta ſimul componuntur. Ea propter nouem vtique harum cruditatum regionum compoſitiones contingere poſſunt.

Finis Libri Secundi.





DE CRVDITATIBVS RECTE DIGNOSCENDIS RECTEQVE CVRANDIS.

LIBER TERITVS.

In quo

Cruditatum generum specierum, simulq; regionum notæ scientificæ explananturz; Pro quo executioni mandando caput quartum libri quarti Galeni de sanitate tuenda, ex alijs Galeni decretis, autoritatibus, rationibus, ac experimentis ad verbum expressis, dilucidatur.



CAPVT PRIMVM.

Primæ cruditatum regionis plures locos esse, à fontibusque quinque cruditatum copiosarum notas certas colligi posse, demonstratur.



Vm autem cruditatum primæ regionis duo loci quidem introspiciuntur, A
sinus videlicet venæ portæ, qui iterum in hepatis canum, mesentereique,
& lienis partis interioris capillares venas scinditur. Nec non cauitates eæ
extra eas primas venas residentes, primæ quoque meritò viæ appellatæ,
siue in eo corpore glanduloso à Galeno Pancreo, & calicreo nuncupato Lib. de venarũ
fuerit, siue in ventriculi cauitate, seu fundo, vel parietibus, seu tunicis, seu dissect. c. 1 clas.
tunicatũ fibribus, aut in cauitate ea fuerit, quę inter ventriculi fundũ iacet 3. f. 55. G.
& in intestinis. Tamen in plerisq; cruditates copiosæ, in hac prima regione 1. De loc. aff. c. 1
existentes, in ventriculi fundo, seu in parte, & causa cruditatem pituitosorũ generante inueniun- & 5. de loc. aff. c. 6.
tur: Atque in mesentereo veluti in radicibus angustissimis iecinoris, ac etiam circa hepar, nem- 4. De tuen san. c. 5 & 6. de loc.
pe in iecinoris cauo à natura colligantur, potiùs quàm ad aliquam partem principalem fluant, aff. c. 6.
vt Galenus ratus est. Cæterùm ipsarum primæ cruditatum regionis, partium signa diagnostica 13 Meth. c. 3.
vtrique tradere teneor: sicuti etiam de cæteris alijs tribus regionibus, idipsum facere deuincar.
Cùm autem à quinque fontibus non modò cruditatem in aliqua parte læsa malè coquente genitam fuisse, ac residere; verùm etiam genituram fore dignosci possit: eum Galenus sedis læsæ B
notas certas statuendo, artem medicam, his verbis, illustrarit. *Nunc verò ea duntaxat, perstringã,* 3. De loc. aff. c. 3
quæ nostro proposito magis accommodata videbuntur. Nam comperi læsas actiones non solùm ob similares, à quibus eduntur ægrotantes. Verùm etiam ob alias quasdam particulas, quæ licèt actionem non habenat, vsum tamen quendam præstare videntur: sic etiam instrumentalium partium morbos, actioni nocentes deprehendi, quibus præcognitis, inueni deinceps continenter plurimos homines infestantes.
Quo circa primus modus dignoscendi tum cruditatem in aliqua parte genitam fuisse, ac inibi residen-

A reſidentem, tum partem inſtrumentalem affectam eſſe, ex actione læſa facultatis coctricis offenſæ partis organicæ alteratricis obnoxiæ, aut ceu partis intemperatæ ſimilaris, aut veluti partis inſtrumentaliter malè ſe habentis deſumptus eſt, tamquam ex vſu affecto nota certa, & ſcientifica acquiratur. Hinc ait Gal. vt à nocumento partis cruditate, ceu actione vitiata laborantis cruditas ipſa dignoſcatur tanquam partis, ea cruditate, imbecillis redditæ. Cæterùm quoniam actio læſa facultatis offenſæ, aut propter ſedem illius actionis affectæ per protopathyam ſuam, vel ob ſimpathyam ab aliqua alia parte lædente eſſe poteſt. Ideo Gal. ait. *Quippe vitiata actione ſemper inueſtigare ſtudebam, quænam ſedes, vel ipſe afficeretur, vel alteri conſentiret: quumque eam inueniſſe, &c. Præterea prædictis & ætatem, & naturam laborantis, tum anni tempus, ac terram, &c.* Poſtea vetò illico ait. *Verum ſuperioribus duobus libris hunc præcedentibus, niſi fluxa admodum fuerit memoria; didiciſtis affectas ſedes quinque modis poſſe deprehendi Nempe ab excrementis* exeuntibus *atq. ijs* accidentibus, ſymptomatibusùe, *quæ affectis partibus adnaſcuntur*, vt exempli cauſa affecto liene intumeſcit, ventriculuſque à liene læditur, totumque corpus improbè nutritur, cum ſanguis à melancholico excremento à liene affecto depurari nequeat. Vnde in hoc modo etiam notæ à poſitu, ſeu à ſitu partis læſæ cadit, cuius meminit Hippocrates, & Galenus. *Item actione læſa; quibus* tribus modis *connumeratur, & color præter naturam*, qui in habitu corporis contingit affecta aliqua parte, vt læſo ventriculo color albus, affecto autem hepate color flauus, ſeu pallidus, B ſeu auriginoſus fit, ſicuti liene offenſo color niger vſu venit, *& figura* per figuram verò non modò vltimam delineationem partis menſuratiuæ locatæ intendit Galenus, ſed etiam naturam, ſeu ſpongiformem, aut ſolidam partis in ſitu aliquo reſidentis, vt etiam ſtatuit Hippocrates, & vt iam lib. 1. cap. 16. iſtius operis dixi, cum dixerit Hippocrates partes intumeſcere ex *figuræ natura* partium fieri. Eamque ſanè ob cauſam natura læſa figuræ alicuius viſceris, vt iecinoris, ſeu lienis in ampliorem, durioremque figuram mutatur. Verum ad eam figuram ita præter naturã maiorem, ac duriorem percipiendam nobis ſignum diagnoſticum à ſitu, ſeu à poſitu, tactu manus acquirendum deſumptum eſſe debet. Vnde ſæpè Gal. partis naturam ſubſtantiam, actionẽ, vſum ac ſitum pro eodem accipit. Ait enim *Altera* nempe cognitio *per ipſius rei naturam, ſi quidem hęc tum cuiuſque particulæ ſubſtantiam æſtimabit, tum actionem, tum vſum, ſitumque, à quibus procedens, non ſolum quod ſanari non poteſt prævidebas: ſed etiam quod recipere ſanitatem poteſt de inaniendis ei remedijs deliberabis.* Addita tamen alia cognitione, quæ *per experientiam* acquiritur, *cui longo vſu eſt opus*. His nanq; modis Gal. ſemper ſedis affectæ, eruditatem generantis certas, ac infallibiles inuenit notas ex quo veluti doctiſſima quadam ambitione ductus, iſthæc verba ſcriptis mandauit. *Proinde primum inueſtigaui, quomodo cognoſcendæ* partes offenſæ *ſunt, inuenique earum quaſdã* C *ſcientifica deprehendi poſſe notitia, nonnullas verò artificioſa vocata coniectura, atque ideirco ipſas magna ex parte rectas* nimirum certas, & ſcientificas fieri; *Eiuſmodi enim eſt artificioſa coniectura vis. Verùm & has ipſas, & diſpoſitiones eis priores, quæ videlicet ſcientificam notitiam admittunt indigere ſemper inueni affectarum partium notione. Itaq; medicinam profeſſus vſq; ad ſenectutem nullam in hodiernum vſq; diem calumniam ſubij, neq; curando, neq; præſagiendo id quod celeberrimis quibuſdam medicis interdum accidere memini. Quod ſi gloriam quis ab artis operibus non à ſophiſticis ſermonibus aſſequi voluerit is nullo negotio facilè compendio colligere poterit ea, quæ per omnem ferè ætatem diligẽti inquiſitione inueni. Idque ſibi perſuaſum habeat hac via, & ratione morbos cognoſcas, & remedia inuenias, vtrumque quidem ſcientificè, aut certè cõiectura quadam, quæ ſit particeps artificij, &c.* Hinc *totius curatiui generis indicationem ſumere ſimul remediorum, & quantitatem, & qualitatem, & idoneam materiam inuenire;* Hęc habentur à Galeno, circa ſedis læſæ, & cruditatum, vt morborum cauſarum, dignotionem. His autem conſtitutis prius cruditatis fundi ventriculi ex iam hactenus fundamentis exploratis, notas rectas eliciam.

3. De ſym. cauſa c. 5.
3. De loc. affect. c. 1.
Ibidem.
Ex Hipp. lib. de natu. hominis 278.
Ibidem nempe 3. de loc. affect. c. 3.
De priſca med. 2. Ad Glauc. c. 2. & 7. meth. c. vlt. & alibi.
Lib. de priſca medicina.
3. Meth. c. 8.
Ibidem.
3. De loc. aff. c. 3

Primus modus dignoſcẽdi cruditatum in aliquo loco reſidẽtium ab actione læſa facultatis coctricis eſt ſeu ex vſu partis affecta.
Actio læſa ſeu vſus affectus vel per eſſentiã aut per conſenſum ab alia parte ſeu à toto.
Secũdus modus ab excrementis exeuntibus.
Tertius modus ab accidẽtibus, quæ ex affecta ſede oriuntur.
Quartus modus eſt à ſitu partis læſæ.
Quintus modus eſt a partis naturali formatione ſeu figuratione deſumptus.

D

C A P V T II.

Cruditatum pituitoſarum primæ regionis notæ rectæ ab actione ventriculi vitiata hauriuntur. Quocirca de ructibus agitur.



Ruditas itaque futura, nec non iam facta in chylificatione vitiata, ceu in læſa vẽtriculi actione ex ructibus quidem deprehenditur: cum ructus non niſi chylificationis læſę exhalationes ſint. Vnde vtiles conſpiciuntur ad actionem ventriculi lęſam patefaciendam, quia Gal. ait per ructus, actionem venturam chylificatricis facultatis ventriculi lęſam fore, indicare: ſicuti per deiectiones eam actionem iam lęſam fuiſſe nos dignoſcere poſſe, ſtatuit. Quippe quòd Gal. teſtatur, ructus plures, non modò cruditatem facultatis chylificatricis, tum factam, tum venturam oſtendere. Verùm etiam futuram ægritudinem denuntiare. Hinc ructus caſei bonitatem, ſeu malitiã exprimit, cum ex caſeo difficilis concoctionis, improbi ſucci, ac plurimi excrementi quidem, facillimè cruditas procreetur. Ructus nanque de genere profectò ſpirituum, flatuumque in ſu-

2. De vict. rat. in m. a. c. 12.
Lib. de arte parua c. 82
3. De alim. fac. c. 17. & 1. epid. c. 3. t. 1.
8. Epid. c. 3 t. 2. & 3. de ſympt. cau. c. 2.

Ructus definitio.

A

in ſnpetiore ventre genitus eſt; inutilis, qui à ventriculo ad os mouetur, pro naturę prouidentia inutilem rem expellentis ex materia in ventriculo exiſtente proditus. Cuius differentiæ ſunt, vt vel nidoroſus, ſeu fumoſus, aut acidus, aut fętidus, ſeu ſalſus habeatur. Nidoroſus autē ex ijs emergit, quę facilis coctionis, celeriſq. corruptionis ſunt, & à ventriculo calido, & ſqualido, ac igneo, aut à parte inſtrumentali, ſeu à parte ſimilari intemperata adnaſcitur, cum nobis poſteris Gal. prodiderit. *Quibus bilioſus humor, aut omnino prauum excrementum quoduis in ventriculo ſæpe congeritur, in ijs, quæ natura eoctu ſunt facilia celeriter corrumpuntur: veluti hominibus, quibuſdam, qui calorem natiuum habent non humidum, neque benè temperatum: ſed ſqualidum, atque igneum: hi enim, quæ alij facillimè concoquerit facilè alterata ea corrumpunt, ructusque eis accidunt omnino nidorulenti.* Sicuti etiam fumoſum ructum à calore ventriculi igneo, ac immoderato emanare Galenus aſſirmauit. Acidum verò ructum è contra ab imbecillo, frigido, ac infirmo ventriculo promanare aſſeuerauit: Nidoroſus enim ac fumidus idem prorſus eſt. Verùm ait nos diſtinguere debere, an nidoroſus ructus, & actio venticuli læſa ſimul fiat, vel ob intemperiem corporis ventriculi, vt partis ſimilaris, vel vt à parte inſtrumentali, cui inſit humor bilioſus, & an is in cauitate, aut in tunicis, aut in ore ventriculi inhæreſcat: & num quid is ſuecus in ventriculo genitus, an in hepate, an potiùs is ex vniuerſo genere venoſo, aut à corpore fluat: vt ibi eſt Galenum perlegere.

B

Ructus autem fumoſus, nidoroſusùe, vt ab ouis fritellaris ſentitur, indicat non benè cibos coctos fuiſſe, conſequenterque chyliſicationem adeſſe læſam, ſimulque corruptam. Pariter ait de acido, quo ad actionem deprauatam, non tamen corruptam. Nam totum in oppoſitum ructus acidus ſe habet. Vbi nanque is eſt, ibi quidem actio læſa defecta in frigida qualitate apparet, hinc etiam cruditas frigida, nempe pituita ab agente frigido producta indicatur in ventriculi fundo, in quo etiam manet: Quocirca ructus acidus perpetuò vt faſſus eſt Galenus, pituitam acidam crudam ſignificat, ex qua profluit; tametſi ex mala victus ratione ſine ventriculi quoque læſione promanare poſſit: cum Galenus deprompſerit. *Si autem ſupercenauerint acidum ructant. Quod autem ructus acidus fiat, & propter ventriculi frigiditatem, & propter pituitam ſæpius in eo aceruatam, & propter ciborum multitudinem, aut ſi pauci quidem ſint poteſtate tamen frigidiorum.* Cæterùm inuenio vtique acidum ructum etiam ex pituita acida gigni, quæ priùs in cerebro frigido cum genita fuerit, deinde ad ventriculi fundum deſcenderit, inibique collecta, vt ex Galeno colligo, quæ quidem pituita poſtea ventriculum lædendo cauſa eſſe valet, vt actio ventriculi propria, hoc eſt, chyliſicatio vitiata emergat: Proinde in acido ructu diſtinguendum eſt, an ex pituita fiat genita in ventriculo, aut in cerebro: nam ſi in cerebro priùs ea fluxio à capite tollenda eſt, vt ait Galenus 7. meth. cap. 11. & cap. 12.

C

Verùm fętidus ructus, qui etiam à raphano fit, aut ex cibis malè olentibus, ac fętidis, ſeu ex corruptione, & putredine putente cibi aſſumpti, aut excrementi retenti. Vnde ructus, is cruditatem putridam, ſeu corruptam denotat: Sicuti ructus ſalſus ex pituita à capite iam defluxa, ſalſaque, in capite genita, & craſſa exortus, pituitam, ſalſam in ventriculo exiſtentem, & in capite obortam fuiſſe oſtendit.

Ructus differentiæ.
Nidoroſus ructus.
Fumoſus ructus à quo calore fiat.
Acidus ructus à quo calore fiat.
Fumoſus ructus ſeu nidoroſus quomodo gignatur.
Acidus ructus quomodo oriatur & à quo.
Acidus ructus à pituita acida vel in ventriculo genita; vel in cerebro orta.
Fętidus.
Salſus.

4. De vſu part. c. 9.
6 Epid. c. 2. t. 32.
6. Epid. c. 5. t. 4.
2. De alim. fac. c. 6.
2 De temp. c. 6. & 1. de loc. aff. c. 4.
2. De temp. c. 6.
2 De loc. aff. c. 4 & 2. de vict. rat. in m. a. cont. 22. & 3. de ſympt. cauſ. c. 1.
1. De loc. aff. c. 4
3. De ſymp. cau. c. 1.
3. De loc. aff. c. 4
Gal. com. 6. aph. 2.
3 De ſymp. cau. c. 2 & 4. de ſim. m. fac. c. 15.
Com. 4. aph. 2.
2. De vict. rat in m. a. cont. 22.
2. De temp. c. 6.
Lib. Gal. attributo de ſim. me. cap.
1. De loc. aff. c. 4.
De raphano c. 89. F.

C A P V T III.

Idem fit à mala victus ratione præcedente, & ab alijs tribus externis erroribus.

D


Itiatam autem chyliſicationem, hinc etiam conſequenter ventriculi cruditatem iam ortam fuiſſe ventriculo quoque ſano, ac valido exiſtente oſtendunt, cibi, & potus incongrui præcedentes, ſeu in ſubſtantia, qualitate, vel quantitate, modo, tempore, ac ordine incommodo aſſumpti, vt ait Galenus, & vt dudum dictum eſt capite ipſo præcedenti: & lib. 1. iſtius operis capite 2. Vbi demonſtratum eſt errorem eternum, ex quo vitiatam chyliſicationem fieri videmus, quadrimembrem eſſe, alter enim *in excrementis, quæ in ventre habentur, Alius in cibis, &c. Alius in tempore ſomni, aut ſomnus exiguus*, quarum omnium rerum etiam cauſas expoſui, quibus alium externum addidi errorem, qui ex nimio veneris ſequitur vſu ex quolibet enim horum externorum errorum, chyliſicatio fruſtrari poteſt, cum tunc à calore naturali cibi concoqui nequeant, hinc cruditates neceſſariò vtique emergunt, vt iam vberrimè dictum eſt.

Cibi, & potus inſalubres cruditatum notæ ſunt.

1. De loc. aff. c. 4. & 3. de ſympt. cauſ. c. 1. & 2. de alim. fac. c. 6. & 4. de tuen. ſan. c. vltimo.
3. De ſimp cauſ. c. 1.

CAPVT

A

CAPVT IIII.

Cruditatum pituitoſorum copiam, in ventriculo genitam, in primaque cruditatum regione collectam eſſe, ab excrementis exeuntibus: nempe ex deiectionibus pituitoſis, aut pituitæ commixtis, elicitur.

De loc. aff. c. 4. 1. Epid. com. 2. cont. 44.



Ecrementa verò quoque vtilia ſunt ad chylificationem læſam, ſimulque cruditatem in ventriculo genitam patefaciendam, vt Galenus exarauit: Nam propriè ait deiectiones ſua forma cruditatem, ſeu concoctionem eorum, quæ in ventriculo coquuntur denotare: ſicuti excrementa, in cerebro genita, per nares expurgantur: Et ſicuti vrinæ coctionem, ſeu cruditatem in hepate, totoque genere venoſo iam factam oſtendunt. Quemadmodum ea, quæ per tuſſim excer- *(Excrementa cruda exeuntia cruditatum nota sunt.)*

B nuntur, ea, quæ in pectore, ac pulmone reſident, manifeſtant. Ideoque ſi fęces ſubalbidæ, ſeu defectæ inæquales, aſperæ, hinc quidem congeſtæ non fuerint; exiſtente pituita copioſa in prima regione, ſaltem vnà cum fęcibus pituita mixta erit: præſertim ſi octo diebus pituitæ præparatio oximelle copioſè adhibito ſingulo manè iam facta, poſtmodumque iniectio enæmate ex benedicta laxatiua compoſito: Quandoquidem tunc vnà cum deiectione pituita copioſa oculorum intuitione, glutinoſaque certè tibi apparebit, vt ſemper infinitis meis ægris vſu veniſſe exploratum habui: inter quos præſertim Illuſtriſſimus D. Paulus Bragadenus eſt, cui in quacunque tali deiectione iam præparata copioſiſſimam pituitam egreſſam fuiſſe vnicuique, deiectionem introſpicienti, patenter notum eſt.

CAPVT V.

Idem ex pituitoſorum vomitionibus colligitur.

C

De ſalubri dieta tex. 15. ad 1. 31.
2. Ad Glauc. c. 24. & 3. de vſu par. c. 4.
3. De ſymp. cau. c. 3. & c. 4. Gal. com 7. aph. 3.
1. Ad Glauc. c. 34. & 2. de ſim. med fac. c. 12. & 13. & 14.



Aciliùs verò longè hæ cruditates primæ regionis ab excrementis, per vomitiones exeuntibus, cerni poſſunt, quàm deiectionibus: Hinc non aliunde Hippo. inquit pituitam, hyeme genitam in ventriculo vomitionibus facillimè educi: nec non totum corpus æſtate purgandum per ventrem ſuperiorem fiat, cum faciliùs tùc adminiſtretur, quàm per ſeceſſum. Inſuper Gal. aſſerit cruditatum copiam primæ regionis, à vomitibus hercle eiuſdem copiæ cruditatum eductæ inueſtigari, cùm id, quod in vomitibus cernitur, in ventre manifeſtius ſit. Hinc ſingultus, & angor ſtomachi, ſeu morſus oris ventriculi fit.

CAPVT VI.

Cruditatum primæ regionis copiam, ex figuræ natura partis læſæ mutatæ à ſuo naturali ſtatu deprehendi, necnon à ſitu, manibus tactu ſedis affectæ colligi, oſtenditur.

D

De priſca med. & Gal. 2. ad Glauc. c. 2.



Formatione autem, ſeu à figuratione, tum ſubſtantiæ, tum naturæ, ſimulque à magnitudine, & à ſitu ſedis offenſæ primæ cruditatum regionis tales cruditates in primis reſidere venis inuenies, vt ex Hipp. & Gal. iam patet, vt alibi fusè demonſtratum eſt. In prima nanque regione meſenteteon, ac pancreon vtique reperiuntur, quæ ſubſtantiam continent ſua formatione, ſeu figuratione, vacua, molli, rara, non magna, compreſſionique facillimè cedente, velut ſpongia ſe habet. Proinde, ne dum à cruditatum craſſitie, & viſcoſitate obſtructionibus læduntur, vt renes faciunt, qui duri, ac denſi apparent. Verum etiam multò plùs à cruditatum copia facilè obſtructæ euadunt: Eamque certè ob cauſam his partibus à cruditatum copia repletis ſecùndum totam earum figurationem naturalem, ne dum in venulis, ac poroſitatibus, ſeu ſpatijs ſuis hę partes replete, denſæ, tumefactæ, magnę, durę, compreſſionique nihil cedentes neceſſariò iam factę erunt. Vlterius etiam his cruditatibus earum partium calor natiuus ſuffocatur: Vnde intemperatę, ac imbecillę euadunt, quippe quòd interdum contingit, vt à ſuo naturali calore imbecilli, cruditatum pars tenuior reſoluta, manente parte craſſiori, ac viſcoſiori, hę partes lapideſcant, ac tumore ſcirrhoſo concitentur: Quocirca hę cruditates facilè tunc tactu manuum percipiuntur.

CAPVT

A

CAPVT VII.

Cruditatum primæ regionis copiam ex accidentibus, quæ eas cruditates consequuntur, deprehendi posse demonstratur.

Affectiones quę ex pituita fiũt.



SYmptomata verò, quæ vt vmbra corpus cruditatem copiosam pituitosorum primæ regionis cruditatum subsequuntur, herclè sunt & primo, vbi pituita cruda, vitrea, non acida, à Praxagora, & à Philotimo cruda propriè appellata in vẽtriculi fundo fuerit, ad stomachumque ascendens, inappetentiam ciborum efficit, vt Galenus ratus est: sicuti si ad cerebrum peruenerit, soporosam affectionem parit, vt etiam à dulci pituita somnolentia fit; At verò ab acida, & salsa pituita vigiliæ exoriuntur. Verùm ea acida pituita in ventriculi fundo iacente, si ad os ipsius ventriculi se raperet, procul omni dubio semper homines famelici euaderent, vt etiam à bile acida atra, & à melancholia naturali, idipsum emanat, ob aciditatis constrictionem: Sicuti rotum in oppositum pallida bilis, seu flaua, vitellina, & crocea ob amaritudinem stomachum lædendo nauseã inuehunt. Ex salsa autem pituita sitis sequitur. Prætetea pituitosos. & crudos succos habentes inędiam multam ferunt. Insuper dolor grauatiuus, & anxietas ventriculi, atque quam plurimæ, ac fere infinitæ affectiones, quæ circa stomachum oboriuntur ex cruditatum pituitosorum copia: Verùm pręsertim ructus, ægræ concoctiones, tormina, voluuli, seu inflationes, aut flatus, & affectiones omnes, ad os ventriculi spectantes à Galeno traditæ, vt ijs in locis eum est videre: Cæterùm ex mesenterei læsione hę affectiones emanant. Ait enim Galenus: *si vel lienis causa, vel ventriculi, vel intestinorum vniuersorum maximè ieiuni, mesentericæ venæ omnes habituali intemperie afficiantur, facilè etiam vnà refrigerare possunt omnes simarum iecoris partium venas: quo fit, vt ad hepatis quoque vniuersum corpus intemperies ipsa perueniat*. Vnde inuestigandum est, an à mesentereo, vel à ventriculo, aut à liene, seu intestinis afficiatur; Porrò interdum meseraicę venę à iecinoris cauo, phlegmone affici possunt. Ea propter mesenterei inflammati signa Galenus posuit, & Fernelius: sicuti etiam supurati mesenterij signa ab Hippoc. & Galeno. Cæterùm notatu dignum esse inuenio. Aliquos fuisse, vt ait Gal. falsò existimantes fluxum hepaticum ex facultate iecinoris attractrice obnoxia, reuera chylum ad sese non attrahente exortum nõ esse hepaticum affectum, immo mesentericum tantùm; putantes, quòd *iecur meseraicis venis, veluti manibus, quæ ex ventriculo ei cibum afferant, vtitur*, hinc ijs cruditatibus, læso mesentereo, *vident cibum per venas meseraicas, & mesentereo intextas distribui non posse, vt solebat*.

Lib. de pleni. c. vlt. f. 81. G.
4. De tuen. san. c. 4. & 2. de diff. feb. c. 6.
Gal. lib. de ple. c. vlt.
6 De loc. aff. c. 2
Ibidem.
12. Meth. c. 1.
5. Epid. ex Foes. 3030. 3031. & Gal. 2. ad Glau. c. 14. & 22. Met. med. c. 3.

B

8. De com. m. 5. l. c. 3. &c.
1. De san. tuen. c. 9 & 4. de san. tuen. c. 5 & 5. de loc. aff. c. 6.
5. De loc. aff. c. 6 & 2. ad Glauc. c. 14. & 22. met. c. 1.
13. Meth. med. c. 14.
5. De loc. aff. c. 7 & c. vlt.
Lib. de morb. pu. c. 7.
6. Epid. c. 2. t. 38 & 39.
5. De loc. aff. c. 7.

C

Verùm enim verò, cum non detur vlla naturalis vis, influens non modò in mesentereo, nec ventriculo, verùm nec etiam in hepate, vt alibi contra Auicen. iam dictum est, vt Valesius statuit: Nihilominus non est negandum mesentereum, quod facilè à sanguine malo, crudo, crassoque obstruitur, vnà cum sima hepatis parte, ob eorum venularum magnam angustiam ita obstructum, ac veluti à radicibus angustissimis suis, hepar impedire, quominus hepar ipsum ab ijs radicibus suis obstructis alimentum à ventriculo nempè chylum sanguificandum attrahere valeat, & ita mesentereõ in plutibus ęgris vidi concausam fuisse fluxus hepatici. Cæterùm potissimùm hoc affectu Reuerendum Plebanum hic Venetijs Ecclesiæ D. Thomæ Augustinum, nomen sortitum perijsse reminiscor. Ad hęc autem mesentereo ita obstructo improbæ sanguificationis quidem dispositiua causa esse potest; Quandoquidem iam dictum est Galeni sententia, chylum primam rubedinem, ac primam sanguinis alterationem in venis mesenterei, acquirere. Si itaque hæ venæ obstructæ, caloreque suo naturali destitutę sint, nunquam chyli eam primam alterationem sanguificam ingredi poterũt: sed sanguificatione à mesentereo quidem non disposita, nec hepar probum procreare sanguinem valebit, hincque ob mesentereum ita lęsum sanguificationem deprauatam, seu defectam esse, tunc manifestum erit. Verùm cruditates copiosas in prima regione coaceruatas esse, ventris profluuia facilè denotant, cum mesentereon per intestinum rectum expurgetur, nec non ventriculus, ac hepatis cauum: Denique à copiosis cruditatibus primæ regionis, difficiles anhelitus, tusses, ac lypothymię syncopes, & mors ad cor perueniendo fluentibus, gignuntur.

2. Contro. c. 15.
Etiam lib. Gal. attributo de compag. membrorum c. 10.

D

6 Aph. 2.
22. Meth. c. 29.
6. Aph. 2.
Gal. 2. meth. c. 3 & Paul. lib. 2. c. 77.

❧

CAPVT

A

CAPVT VIII.

Cruditatum primæ regionis copiæ maioris, & minoris notæ exhauriuntur.



Rimæ autem regionis cruditatum copia maior, ſeu minor à ſymptomatum quidem partium iſtius primæ regionis magnitudine grauiori, ſeu remiſſiori, ſimulq́ue à partis læſæ maiore, ſeu minori imbecillitate deſumitur. 3. De sympt. caus. c.3. Cruditatis nanque magnitudo, vt ait Galenus maior, aut minor vtique pro vt plura, aut pauca, ſeu efficaciora aut mitiora ſymptomata, ab ijs cruditatibus concitata habeantur, elicitur. 3. De sympt. caus. c.3. Quocirca ſi cruditates multæ fuerint, etiam hominibus tremorem inducere poſſunt.

B

CAPVT IX.

Cruditatum ſecundæ, tertiæ, & quartæ regionis ex cap. 4. lib. 4. de tuenda ſan. Gal. notæ in ſequentibus capitibus explanandæ proponitur. Vrinamq́ue ſolam ſucci ſecundæ regionis firmum ſignum eſſe demonſtratur.



Onſtitutis autem primæ regionis cruditatum notis, nunc ſecundæ regionis cruditatum notas enucleabo. At vero quia Galenus ſecundæ, tertiæ, ſimulq́ue quartę regionis ordine miro ſtatutas omnes patefacit cruditates, etſi quoque harum trium regionum clarioris doctrinę gratia, primę regionis cruditatum tangat. Eamq́ue ſanè ob cauſam Galeni caput explanare enitar, vt promptuarium id omnino Galeni doctrina decoretur. C 4. De tuen. ſan. c.4. Proinde cum Galeni locum dilucidans, primo ſecundę, mox tertię, denique quartę regionis cruditatum rectas declarabo notas. Ibidem. De ſecundę itaque regionis cruditatibus ait. *De ijs vero, quæ intra venas ſunt, nullum manifeſtum nec euidens ſignum habemus, præter ſolam vrinam*, ac poſtea ibidem idipſum confirmando, ait. *Ac ſudor quidem ſuccorum, qui in vniuerſo corpore continentur nota eſt: vrina verò eorum tantùm, qui in vaſis continentur*, & paucis verbis interceptis, inquit. *Sicuti verò vrina ſuccorum, qui in vaſis ſunt.* Vrina cōctionem ſeu cruditatem ſuccorū in venis generis venoſi adeſſe denotat. 2. Progn. ap. 36. vſq ad 37. & 2. epid. com. 2. cōt. 44. & 1. de criſibus c. 7 & c. 12. & lib. de vrinæ ſignific. ſp 78. F. 3. Epid. c. 1. 1. 3. Cęterùm cum id mille alijs in locis Hippocratis mente confirmarit, alijs autoritatibus non eſt opus, niſi vbi de vrinę rubeę ſignificatione mentionem fecit, hoc modo. *At verò ſanguinem abundare crudiorem, & ſeroſiorem rubra indicat vrina, qui in venis videlicet iecoris, & profundi corporis* ipſius hepatis *continetur*. Cauſa cur vrina hæc oſtēdat redditur. Vrinæ natura. Cauſa verò cur vrina concoctionem probam, ſeu vitiatam ſuccorum generis venoſi oſtendat, eſt; quòd vrina non niſi ſeroſa humiditas ſuperflua, ac inutilis à natura expulſa, quę priùs in chylo reperiebatur, veluti ſua tenuitate, vehiculum chylum ipſum quadantenus craſſum per anguſtiſſimas meſenterei venulas, ad hepar ducens. Vnde priùs hęc ſeroſa humiditas cum ea diſpoſitione ſanguificationis in venis meſeraicis factę inuenitur, poſterius verò tum in venis hepatis, tumq́ue in ſinu generis venoſi vnà cum ſanguine celebrato, ſeu concocto exiſtit, hinc ſicuti ſanguis, in meſeraicis venis D pręparatur, ac in venis hepatis, nec non in toto genere venoſo coctione perficitur, ita quidem vnà cum ſanguine neceſſe eſt, vt ęquè ſeroſum id quoque excrementum alteretur. Eamq́ue ſanè ob cauſam neceſſariò, qualis ſuccus in genere venoſo repetitur, talem vrinam ſemper denotare, pro comperto habetur.

CAPVT X.

A

Aliqui modi, quibus vrina impeditur, quominus ipsa succos in genere venoso residentes ostendere queat, promulgantur, simulque explanantur, ne decipiamur.



T verò speculationibus dignum esse inuenio, interdũ impedimenta per accidens adesse, quæ inhibent, quominus vrina succorum generis venosi concoctionibus, seu cruditatibus cognoscendis conferre possit: hinc hęc omnia impedimenta explorauda summo iure veniunt; vt ijs cognitis in vrinis, hac doctrina, à Galeno statuta, nihil decipiamur. Quandoquidem vrina deprauari valet ab aliquo succo alieno, extra genus venosum iacente, qui tamé, dum vrina extra venas est egesta, ipsi vrinæ postea commisceatur, aut albus, vel niger, aut flauus, aut viridis fuerit, ac ita colore, liquore, substantia, & contentis, eo succo deprauari potest. Humor nanque pituitosus in prima ea cauitate *inter ventriculum, & septum transuersum* iacens conclusus, vbi *per vrinas in vesicam versa pituita, morbi fit solutio*, vt Hip. ait. Prętereà etiam pituita, & in mesentereo, & pancreo, & liene, aut hepate, seu vtero, vel capite, verum potissimum in vètriculi fundo coaceruari valet: postea verò à natura per vrinam expelli potest: Vlteriùs Melancholia, seu atra bilis, vel niger succus nondum in atram omnino conuersus bilem in liene; atq; bilis flaua in hepatis gibbo residés: omnes nanq; humores isti facillimè vnà cum vrina laudabili, tum sua substantia, coloreq; tum suo liquore, & contentis extra genus venosum commisceri potest, ac exinde per vesicani educi; aut vnus, aut duo simul commixti succi: Vnde ex quo hi humores quidem eam laudabilem, concoctamque vrinam, quę prius in sanguine probè coctò generis venosi inerat suo colore tingere possunt, sua substantia incrassare, suoque liquore opacam reddere, atque etiam vrinæ contentos deprauare: Hinc videmus interdum vrinam albam, aliquando flauam, quandoque verò nigram: nonnunquam autem viridem: ex bilis flauæ, & atræ permixtione in vrinam delapsa, vt in Vxore D. Dominici, Caluo, mei amicissimi, frequenter contingere solet, cum vti unqne eius Mulieris hypochondrion tensione offensum sit. Verum prꝛter melancholiæ, atræque bilis nigredinem, alia vtique nigredo, nempe sanguinis grumosi in aliqua parte collecti, nigrique penitus iam facti accidere potest: quæ nigredo vrinę cum permisceatur, vrinam nigram producere quoque valet: vt Montanus adnotauit. Porrò in toto genere venoso vrina concocta contineri potest, simulque succi concocti; attamen vrina profectò ob renum obstructiones propter renum imbecillitatem calidi innati prohibetur quominus contenta, & materia vrinæ colore citrino naturali decorata per renes ipsos pertransire valeat, quippe duntaxat vtinę aquositas tenuis, & alba transit: Ac tunc vrina cruditatem denotat, non tamen res ita se habet. Prætereà albedo quoque in vrina vltra pituitæ albedinẽ à pure fętido in aliqua particula genito, ac in cyathi fundo mox descendente. At verò alijs tribus modis vrinæ significationem eorum, quæ in sinu generis venosi sunt aliquod impediens deprauare valet. Quandoquidem & à capite valde calido, & ab aliquo prætet naturam circa septum tranuersum iaceute, nec non à læsa vesica vrina deprauatur. De primo enim modo Hippocratem inuenies afferentem *cum caput supra modum percalfactum fuerit copiosa vrina redditur. Si quidem in eo liquatur pituita, quæ liquata partim quidem ad nares, partim ad os, partim etiam per venas, quæ ad pudendum tendunt, secedit, quo cum peruenerit vrinam albam reddit, & veluti vrinæ stillicidium afficitur*. Verum aduerto id fieri non tantum à pituita in capite residente, ac inibi quoque liquata, sed etiam à pituita prius in ventriculi fundo existente, mox à capite multo calidiori attrahente, veluti à cucurbitula excalfacta attrahitur ad se, quę denique à capite ad vesicam profluit. De secundo etiam modo Hipp. nobis posteris prodidit. *Quibuscunq; tenuem, & crudam longo tempore mingentibus vrinam, si cætera, vt in conualituris inditia fuerint, his abscessum ad partes septo transuerso inferiores expectare oportet*. Tunc enim pars vrinæ crassa vnà cum vrina quidem non egreditur: immo ijs in partibus, in quibus expectandus abscessus manet. Eamque certè ob causam, vrina tunc temporis talia excrementa haudquaquam indicat, qualia venis insunt. Tertij verò modi Dominus senex ita meminit. *Nec te decipiat, si vesica ęgrotās aliquā talem reddiderit vrinam: non enim totius corporis morbum ostendit, sed ipsius solius*. Idem verò contingit rene læso, seu ambobus obnoxijs renibus. Hinc iure Galenus statuit vrinam non semper verum denotare, cum tantum vrina supra morbos febriculosos vniuersales totius generis venosi ostendat, vt antea iam satis ostensum est, nullo tamen impedimento intercepto. Vrinę etenim biliosę interdum propter renes, & vesicam accidunt, vt ait Galenus: Quare ait quoq; vrinam supra venas, & supra renes, & supra vesicam significare.

Impedimenta quæ ex accidẽti accent quo mi nus concoctionem in venis assidentẽ vrina denotare possit. Vrina à pituita deprauari põt.

B

7. Aph. 54. 3. De nat. fac. c. 13. & 2. de tẽp. c. 6.

Vrina à melancholia deprauatur & à bile flaua.

13. Meth. c 15. & 1. ad Glauc. c. 1.

A sanguine grumoso idipsum euenire potest.

C

2 De vrinis c. 2. p. 106. Montanus ibidẽ p. 104. tergo. Vide Gal. 2. de loc aff. c. 1 & 6. de loc. affect. c. 4 Montanus ibidem p. 205.

A renũ obstructionibus idem fieri valet.

A pure perfecto etiam id accidit.

A capite valde calido copiosa vrina.

Lib. 2. in princ. in Foes. 450.

Cum in e multa pituita lique fcit, qua liquefacta ad venas, & ad vesicã vnà cum vrina pergit vnde à pituita à capite facta vrina alba fit.

Ab abscessu sub diaphragma septo, idem fit.

D

Hip. 4. de morb. 504. 2. Prog. 34.

A vesica obnoxia idem fit.

2. Prog. 37.

3 De præsag. ex pul c. 4. Com. 2. prog. 26 Com. 1. prog. 17 Com. 4. aph. 77. & Hip. 4.

Vrina supra venas, supra renes & vesicam ostendit.

CAPVT

A

C A P V T XI.

Alij fontes à Galeno conſtituuntur, à quibus cruditatum ſecundæ, tertiæ & quartæ cruditatum regionis ſigna indicatiua, ac etiam prænunciatiua apprehenduntur.



Is autem ſtatutis caput Galeni explanabo: Galenus enim poſtquam ſibi cruditatum venoſi generis notas ex vrina declarandas propoſuerit; Antequam eas notas in ſpecie explicet: illico alia ſigna, in genere deſumpta, cruditatum ſignificatiua, vt cruditatum cauſæ procatarticæ ex alijs fontibus capienda, tum ſecundę, tum tertiæ, tumque ſimul quartæ regionis explanare pollicetur. Et ratio eſt, eò quòd hæc ſigna cognitioni ſignificationum vrinæ conferunt. Ideoque cum à notioribus, & à faciliotibus cognoſcendæ veritatis doctrina ſit; hinc ante vrinæ ſignificationes iſthæc poſuit: & primò in genere, mox verò vt capite ſequenti in ſpecie. Artem itaque medicam illuſtrando, inquit. *conijcere tamen ex his licet. Primùm exiſtimabimus quonam qui affligitur: vſus ſit victu: ſecundo ſolitus ne ſit malum ſuccum naturæ ſponte congerere*, an non: *Ad hæc an naturalis aliqua, & conſueta excretio iam deſierit*, qua excretione ſuppreſſa, cruditatum copia exorta poſtea ſub hoc tertio ſignorum genere etiam cadit, meo quidem iudicio, quando *vel mutilato aliquo membro, aut vbi quis in exercitatione educatus ad ocium ſe conuerterit*, vt Galenus ait, ibi enim tam cacochymia, quàm plethoria colligi põt, hic autem Gal. non poſuit omnes excretiones ſolitas, quæ dum retinentur, copiã cruditatũ colligunt. Sed poſuit 7. meth. c. 11. *Quarto an excretione, aut purgatione, aut vomitu, aut geſtationibus, aut vſu aquarũ ſponte naſcentiũ ſoliti ſuperuacua expellere id intermiſerint.* Quinto. *Atq; in victu quidem videndum an cruditas, et crebrior, & maior, quam ex cõſuetudine præceſſerit: an mali ſucci cibis copiosè ſe impleuerint, an vinum pro antiquo muſtum, pro tenui craſſum; an aqua marina mixtum biberint: an etiam prorſus à vino ſe ad aquæ potionem tranſtulerint: nec ſemel, biſue in quolibet horum peccauerint: ſed aſſiduè, bonoq; tempore*, nempè longo tempore. Hæc enim quinq; cauſarum procatarcticarum cruditatum procreandarũ genera conſpiciuntur, quorum quintum genus in ſuas ſpecies diuidit, quæ omnia, cum ex ſe eluceſcant, nulla explanatione egent. Omnia itaq; iſthæc, ceu cruditatum cauſæ, ſeu occaſiones ſemper cogitandæ ſunt, in cruditatum rectè curandarum cognitione rectâ pręſtanda, vt etiam lib. 1. c. 2. obiter partim iam dictum eſt: At verò cum Gal. in eo capite ſigna quoq; ſtatuere intendit, quibus in vlceroſa laſſitudine, quæ vitio mordacium cruditatum exoritur dignoſcere poſſumus: an acres ſucci crudi in genere venoſo etiam, an ne tantùm in ſolidis partibus, ſeu ſpecie carnoſa inſint: cum antea exararit. *Quoniam igitur eiuſmodi laſſitudo vitio acrium excrementorum oritur: ante omnia conſiderandũ eſt in ſolidis, ne tantum corporibus, an intra venarum ſinus malus ſuccus contineatur.* Idcirco priùs ſigna generica harum cruditatum ex parte ſecundę regionis, poſtea tertię, & quartę regionis, in quibus laſſitudo ea vlceroſa ſit, conſtituit eò, quia hæ cruditates prius in ſecunda regione reſident, mox in tertia, & quarta iacent regione: cùm ad eam tertiam, & quartam regionem accedant hæ cruditates, à ſecunda promanantes regione. Aduerte autem hęc omnia ad cognitionem cruditatum primæ etiam regionis conferre.

Margin notes (left): B — Ibidem. 4. De tuen. ſan. c. 4. — 3 De loc. aff. c. 7 — Ibidem 4. de tuen. ſan. c. 4. — C — Ibidem.

Margin notes (right): Contextus. — Textus & explanatio. Cruditates à ciborum vſu, & ab ocio. A cumulo aſſueto. Ab excretione conſueta ceſſata. A membro aliquo magno mutilato. A purgatione conſueta omiſſa. A victus ratione mala adhibita. — Textus. Cruditates ex laſſitudine vlceroſa acres eſſe dignoſcuntur. Verum in qua nã regione ſint an in duabus regionibus ſeparatis cogitandum.

C A P V T XII.

Signa capite præced. à Gal. generica ſtatuta, nunc in ſuas ſpecies ab eodem Gal. ſecantur. Notaſq; mordacium cruditatum tertię, & quartæ regionis nobis Galenus aſſignat.

D



Is autem genericis notis conſtituris: modò duo facit Gal. primo nanq; has notas, hactenus in ſuas ſpecies non diſtinctas, diſtinguit, vnà & cruditatum mordacium, tum in ſolidis corporibus, ſimulq; genere carnoſo, tum in cute reperiẽtium, ex ijs notarum ſpeciebus nobis tradidit. Ideò pergit, & inquit. *Secundo ſicuti diximus æſtimandum num ex eorum numero, qui facilè malum ſuccum cogerũt, laſſatus ipſe ſit. Deprehendas id per contactus an ſcabie, aut lepra, aut vitiligine, aut pruritu crebro, ſit affectus, aut herpes, aut elephanciaſis, aut ophiaſis, aut alopeciaſis, aut puſtulæ crebræ, aut epinyctides, aut denique vllum ſymptoma, quod ex vitioſo ſucco, & natum, & auctum eſt, illum malè habuerit.* Cum Galeni intentio prima ſit in hoc textu propoſito, has notas in ſpecie diuidendo, nos docendi quomodo tertiæ & quartę ſimul regioni cruditatum mordacium copiam ineſſe dignoſcere valeamus: Ideo in executione, id, quod eſt ſecundum in intentione, primò ponit, nempe cathalogum affectionum cutaneorum, quæ etſi cutaneę ſint: attamen in partibus quoq. ſolidis, ac in ſpecie carnoſa adſunt: Quo facto, deinde id quod primũ erat in intẽ-

Margin notes: 4. De tuen. ſan. c. 4. — Contextus. — Textus & explanatio. Signa vt cruditates mordaces tertiæ & quartæ regioni inſint cutaneis affectibus.

tione declarat; duo eodem tempore dilucidando. Nam illico in species geneta allata secando, A nobis assignat modum, quo ex his notis specifice acceptis, eas cruditates mordaces in tertia, & quarta cruditatum regione repositas esse deprehendere valeamus: inquiens. *A considerandavero diximus consueta ne vlla excretio retenta sit per vomitum, vel hæmorrhoidas, vel fistulam aliquam* a si verò Galeni tempore cauteria in vsu fuissent, vt nostro æuo sunt in vsu, proculomni dubio Galenus etiam dixisset, *vel cauterium aliquod*, Postea verò ait *vel dysenteriam, vel si mulier est per menstruum profluuium. Deinde num ipsa medicamento se purgare semper solitus id intermiserit. Nonnulli enim sunt, qui deiectorijs medicamentis, alij vomitorijs, aut vrinam, sudoremue cientibus, aut vsu sponte nascentium aquarum vtique quibus aut sulphuris, aut bituminis, aut nitri vis inest: vere, vel autumno, quotannis soluti excrementa vacuare al quando id negligunt*. Quod valde nocet: cum ea assuetudo iam in naturam acquisititiam conuersa sit. Assuetudines nanque in robustis, ac senibus, etiamsi malæ fuerint permutandæ consuetumi, malum sit, potissimumque in senibus. *Gaudent enim natura hominum consuetis rebus* ait Galenus ex Hippocratis mente. Cæterum Galenus subinde ait. *Atque ex bis quidem de mali succi modo coniecturam facere oportebit*. Conjectura verò recta, ac scientifica, hinc certa quoque acquiritur.

Textus & explanatio.
A vomitu retento ab hæmorrhoidibus suppressis
A fistula sanata.
Textus
A dysenteria consueta non acta.
A menstruo consueto profluuio.
A purgatione assueta relicta.
Textus & explanatio.

Ibidem. Idem ferè 7. meth c 11.
Hip II. de med. officina com. 3. t.10.& Gal. 2 de mor. vulg. t.3 & 3. de sim. me. fac. c. 18. & alibi.
5. De tuen. san. c 10.
* Meth. med. c. 5.
4. De tuen. san. c. 4.

B

CAPVT XIII.

Curationem copiæ harum cruditatum secundæ, tertiæ, & quartæ regionis acrium, suo ordine, digestam moliendam mensuram præsidij vacuatorij à capacitate loci affecti copia laborantis inueniendo sibi proponit Gal. vt ea methodus copiam cruditatum regionum cognoscendi recta, & certa pateat.

Contextus.
Diuisio.

Subinde autem harum mordacium cruditatum secundæ, tertiæ, simulque quartæ regionis curationem quoad earum copiam adimendam proponendam statuit, tria faciendo, primò enim copiæ mensuram educendam, inueniendam sibi proponit. Postea verò per eam maiorem copiæ mensuram, seu minorem, peccantè, ac tollendam, copiam tertiæ regionis à quarto cruditatum loco segregat. Tertio à faciliori, & à notiori nobis copia curanda exordium desumêdo, prius sibi proponit agere de curatione quartæ regionis, oculorum intuitione nobis manifestæ, secundò curationem, tertiæ regionis; deniq; curationem secundæ regionis, copia acrium succorum laborantis, pertractare pollicetur; qui ordo omnino opponitur ordini curandi cum hic ordo dignoscendi à C loco, sensui noto, ordiatur. Primùm itaq; hoc modo statuit. *Ac remedium ad mensuram eius quantitatem proportione inuenire*. Quam mensuram certè quantitatem præsidij copiæ educendæ, à loci affecti capacitate cruditatum, nec non acri, & mordaci quidem succo repleta, Galenus inuenit, prout in cute profunditate carente exiguus succus peccet, in solidis verò partibus, seu carne profunditate prædita, mediocris succus collectus sit, in venarum verò sinu eximius reperiatur. Cù sinus is venosi generis in profunditate maiori amplissimus sit: cû dixerit. *Mediocrius si omnino sit exiguus, & ad cutem tantum collectus: valentius verò si multus, & in profundo*. Nam superficie sine profunditate existenti, non nisi exiguus succus inesse valet: hinc tunc *remedium mediocrius inuenire* iustum est: Si verò in profundo corporis, hoc est in sinu venarum, tunc sanè *multus* succus, acer, & mordax erit; ideo ibi *remedium valentius* eductiuum *inuenire* æquum est. At verò sin partibus solidis, seu spetie carnosa succus mordax fuerit, tunc medio modo copia peccans erit, quocirca eo tempore *remedium* vtiq; medium vi eductiuum, inter *mediocrius, & valentius* se habens *inuenire* D *par est*. Subinde verò tertium propositum agere pollicetur, hoc modo. *Prius verò eius, qui exiguus & iuxta cutem est curatio dicetur: deinde eius, qui in carne residet: tertio ab his loco eius, cui totus sanguis impurus, excrementitiusq; est*. Pro quarum dilucidatione, primò perpende, vt antea diximus Gal, quartæ regionis cruditatum, primò curationem constituendam esse proposuisse, vt à faciliori, & notiori sit ordo doctrinæ: Quam sane ob rem modò non ordinem curandi has tres cruditatum regiones, simul cruditatum acrium copia infestas, proposuit. Quandoquidem ibi totum in oppositum ordo seruandus est eò, quia tunc secunda regio, ceu totum corpus respiciens primò curanda esset, supposita quoque primæ regionis prius curatione molita, postea tertia regio, deni, que regio quarta similiter à cruditatibus ijs liberari deberet; quippe duntaxat ordinem doctrinæ cognitionis curationis harum cruditatum in regionibus comprehensiuum terminat. Præterea perpende per sanguinem impurum, excrementosumque, sanguinem acrem, seu mordacem, vel biliosum acidum, vel biliosi m amarum, seu melancholicum, aut pituitosum salsum Galenum intelligere, qui sanguis talis est, quatenus superuacaneo, impuro, seu excrementoso humori commixtus est, tempe vel bili amaræ, aut acidæ, seu melancholiæ, aut pituitæ salsæ admixtus fuerit.

Textus & explanatio.
Textus & explanatio.
Textus & explanatio.

a De tuen. san. c 4.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
a 4.1
c. Epid. c. 2. t. 38 & 10. de sim. m. 1 c. f. 5. F. & 2. de diff. feb. c. 6.

A fuerit: Hinc lib. 2. de mag. ſang. diſcrimen inter ſanguinem acrem, & pituitoſum aſſignaui, quoniam ſanguinẽ pituitoſũ Gal. *malum ſanguinem* vocauit nondum coctum, & ante ſanguinis generationem ortum, *qui in primis maximè venis circa iecur, & quod meſentercum vocat colligitur*, qui cum eo inſit dulcedo mitis, nihil exhalata, adhuc in ſanguinem probum conuetti valet: ideo ita euacuatione non eget, vt alius ſanguis impurus, ſuperuacaneus, ac excrementoſus vltra ſanguinis generationem productus, qui ex parte excrementi, ſeu crudi ſucci, à quo iam pars dulcis outritiua exhalata eſt; vt in cinere combuſto apparet, qui non amplius ad benignum nutrimentale reduci valet: proindeque ratione ipſius cinerulenti ſanguinis, omnino vacuatione ſui ipſius indiget. Tandem ſpeculor copiam cruditatum acrium, in his regionibus reſidentem, poſſe dignoſci ex notis, hue vſque explanatis, ceu ex rectis, ac certis ſignis diagnoſticis.

C A P V T XIV.

B Primò curandi quartam, ac tertiam regionem, à copia cruditatum acrium laborantem, doctrinam, ac methodum cognoſcendæ curationis agendæ, nos docet Galenus: mox ſecundam regionem: vt cap. præcedenti iam pollicitus eſt.



Oſtmodum verò Galenus ſuum intentum primum quidem attingit, hoc eſt, acrium cruditatum, in cute, aut circa cutem reſidentium curationem adminiſtrandam nos docet; poſteritatem docendo, ita. *Sed ſi quis iam inſtitutum mihi ab initio repetens, &c.* pergens vſque ad hæc verba *qui copora ſic affecta curat, vt excrementa, quæ circa cutem ſunt, educat: propterea quod affectus in hac vna conſiſtit.* Hoc cognita copia cruditatum, his notis iam ſtatutis, facilè eam copiam educere erit. Subinde autem curationem conſtituit, ſi mordaces ſucci, oe dum circa cutim, & carnem fuerint copioſi; Verùm etiam in toto venarum venæ cauæ ſinu adfuerint, hoc modo exarando. *Itaque rurſus detur eundem iuuenem præter alia, quæ eadem ſint &c.* Maiori autem eductione eget copia, in genere venoſo iacens, vt iam dictum C eſt, tum etiam quia priùs ipſa & venæ ſectione, & ſucci copioſi acris, & mordacis aluina, fortaſſiſque vomitiua euacuatione purganda; ait enim ibidem. *Nam ſi quum ſanguinis copia, aut vena incidenda &c. Poſt hæc aluus eo medicamento deijcienda eſt, quod maximè accomodatum malo ſucco ſit: Quod ſi vitioſi ſucci tantùm, hique citra ſanguinis copiam ſubſint, purgatio petenda eſt, quæ infeſtanti excremento ſit accomoda. Infeſtat verò aliàs bilioſum, aliàs atræ bilis, aliàs pituitoſum; ſed quod vel ſalſum, vel acidum ſit. Atque horum quodlibet aut craſſius, aut ſero propius, aut mediæ cuiuſpiam conſiſtentia; de quorum diſcernendorum notis nunc agamus.*

9. De tuen. ſan. c. 4. — Connexus. — Textus & explicatio. — Ibidem. — Textus & explanatio. — Textus.

C A P V T XV.

De cruditatum craſſarum, aut ſeroſarum, aut mediæ cuiuſpiam conſiſtentiæ notis rectis Galenus agere aggreditur.



D Vm hactenus Galenus cruditatum notas prænuntiatiuas ceu cruditatum copiæ generationis cauſas, ſeu occaſiones externas procatarcticas appellatas conſtituerit: Poſtea verò connumerando ea excrementa, quæ noſtrum corpus infeſtant, vt iam dudum vidiſti, iſthæc excrementa in craſſiora, ſeroſiora, atque medio modo in conſiſtentia ſe quoque habentia diuidendo: de eorum agnoſcendorum notis indicantibus tractationem efficere velle; ipſe aſſeuerat, inquiens *de quorum diſcernendorum notis nunc agamus, ſi cum puſtulis laſſitudinis affectus conſiſtat, ex his facilis inuentu erit excrementi ſpecies. Sin abſque his in boni ſucci quidem corporibus tum ex iis, quæ præceſſerunt cibis, tum reliquis, quæ ipſis corporibus inciderunt. In iis verò, qui malos ſuccos natura colligunt, hinc quoque nonnihil capiendum; ſed de eiuſmodi temperamentis vberius poſt agetur. Nunc de reliquis agamus; ex quibus licet de mali ſucci ſpecie coniecturam accipere.*

Connexus. — Explanatio textus. — Textus.

A

CAPVT XVI.

Causas procatareticas cruditatum pituitosarum notas quidem horum cruditatum esse: Pariter causas externas cruditatum mordacium notas quoque esse. Vnde sicuti cruditas pituitosorum, & mordacium seorsum contraria sunt, ita quoque earum notas contrarias esse Galenus ostendit, ex otio, & multo labore, breui, & longo acto, aut cum sudore, vel sine sudore.

Connexus.

Textus & explicatio.

4. Aph. 32. & de optima nostri corp. constit. 3. f. 38 B.

2 De com med. 5. d. c. 1.

Com. 1. aph. 16.

De causis mor. c. 3.

Ibidem.

Textus explanatio.

Textus & explanatio.

Ibidem.

Otium & labor duo principia salubria seu insalubria.

C. 2. de nat. hu. t. 1. & li. de flat. p. 273. ex Foes.

1. Epid. com. 1. cont. 4.

C. 1. de nat. hu. cont. 1.

Otium causa est generationis copiæ cruditatum pituitosarum multis modis.

De constitutionibus c. 4. t. 1. 3. f. 61 E.

Lib. de caus. m. c. 3.

1. Epid com. 1. cont. 78.

Com. 3. de articulis cont. 80.

Cur otium causa est, vt corpora gracilia fiant.

5. De tuen. sanit. c. 3.

Ibidem.

GAlenus autem pergendo, nos docet causas externas, seu occasiones, tanquam notas cruditatum pituitosarum, notis quidem, quæ etiam causæ pariter externæ, seu occasiones cruditatum acrium, & mordacium omninò contrariè oppositas esse. Primò itaque id, ex otio, & multo labore demonstrat, inquiens. *Qui in otio degunt, hi pituitosum aceruare succum solent, quos multus labor exercet, hi biliosum, vel melancholicum illum æstate, hunc autumno gignunt*, otium enim, & multi labores, tum causas procatarcticas antegressas à Græcis appellatas, quæ ad cognitionem tam cruditatum, quàm morborum valde faciunt, tum occasiones, simulque notas rectas æquè tum præcognitiuas, tum indicatiuas cruditatum esse, iam satis patet. Insuper eas notas quoque seorsum cõtrarias, extremas, ac longinquas cruditatum proportione contrariè oppositarum haberi etiam pro comperto habetur. A nimio nanque, & multo labore, ceu à vehementi motu admodum calfaciente, siccante, simulque tenuante, non nisi herclè humor proportionalis, calidus, siccus, ac tenuis progigni valet, qualis succus biliosus est amarus; alioquin saltem melancholia emergit. A quiete verò omnimoda totum in oppositum res se habet; Vnde succus crudus frigidus, humidus, & crassus oboritur, qualis pituita vel acida, aut vitrea reperitur. Hinc otium morborum frigidorum, humidorum, crassorumque causa esse conspicitur. Differentiam verò inter labores diuturnos, ac breues, cum statuerit, ait. *Quin etiam an diuturni labores fuerint inspiciendum est: quãto enim fuerint longiores, tanto sunt ad atram generandam bilem magis procliues*. Nam continui labores, ac longiores ita humores deurunt, vt eos humores in cinerem, hoc est, in atram bilem omnino præternaturaliter vertant. C Verùm tertio causam procatarcticam, seu occasionem, hinc etiam notam crassioris, tenuiorisue excrementi collecti, ex labore multo sine sudore, aut cum sudore adhibito eliciendo, inquit. *Praterea qui cum sudore multo obeunt: hi crassius excrementum faciunt: Qui sine sudore peraguntur magis tenue, veluti qui hyeme, & frigido aeris statu suscipiuntur.* Quandoquidem labores multi non nisi sanguinem tenuare valent, quo tenuato, ac in excrementũ serosum, tenueque redditum, & copiosum præsto est quidem, vt in sudorem euacuetur; si vtique id per sudorem educatur, tunc lanè crassius excrementum manebit; sin excrementum id à labore diuturno in magis tenue iam conuersum per sudorem non educatur, ibi quidem coaceruatur, ibidemque manet. Cæterum vt penitiori studio isthæc penitus elucescant ex Hippocratis doctrina quidem speculor, otium, & laborem veluti duo principia salubria, & insalubria artis medicæ vicissim contraria nos intueri debere. Hinc etiam Galenus inter notas allatas otium, & laborem constituit à priori desumptas, ceu causas procatarticas, vt dudum ostẽdi. Vlteriùs cum per otium ne dum pituitæ generationem absolutam habeamus, verùm etiam simul pituitæ copiam attingamus; otiosis enim hominibus, mulieribusque corpus facillimè excrementis motu non consumptis impletur, cum otium repletionem pareat. Cæterùm otium causa generationis copiæ pituitæ introspicitur, non modò quatenus in otio excrementum pituitosum non destruitur, verùm etiam in eo, quod calor innatus partium, & calor influens in nostro corpore, neque D ad concoctionem excitatur, neque viuidus fit, vt in labore moderato vsu venit: Quippe quòd otium gemina de causa allata, calorem tum partibus insitum, tum influentem suo proprio calore priuando, pigrum, imbecilléque reddit: hinc calor naturalis tum ventriculi, tum hepatis crudum frigidum, humidum, & crassum nutrimentum procreat: Hinc otium morborum frigidorũ causa à Galeno assignatur; otium insuper eò, quia causa est, vt pori, per quos omnis pars carnis, seu solidi corporis suum alimentum extrauenatum attrahere potest, occlusi fiut, dum hi pori excremento pleni sunt. Proinde non aliunde Galenus otium exilitatis, gracilitatisque membrorum causam esse constituit, cum hæ partes alimentum sufficiens attrahere nequeant. Eamquessanè ob causam Galenus quoque excrementis, his porositatibus obstructis, frictiones validas, simulque picationes ad poros aperiendos in partibus hoc modo exilibus, & gracilibus idoneas esse asserit: Ideoque omnibus in ambulationes, & vtroq; genere exercitationes validioribus conferre statuit. Hinc ante cibum mane deambulandum, vt priùs hi pori aperiantur, quibus apertis

quæcun-

A quæcunque corporis pars ſuum alimentum attrahere valet. At verò ita per contrariam doctrinam bilioſi, melancholici, & atrabilares ſupervacanei dignoſcuntur humores: cum per motum nimium non ſolùm ſanguis in eos humores vertatur: verum etiam calor naturalis hepatis, ac influens calor igneus admodum euadat. Præterea quia humidi radicalis, naturaliſque vnà cum innati, & influentis caloris ſubſtantia à nimio motu per euaporationem exhalatur, ſimulque diſſipatur, ac extinguitur; hinc humo bilioſior redditur. Hinc quo motus maiores, longioreſq; ſunt, eò quoque aduſtius excrementum emanat.

C A P V T XVII.

Ichorum humorum natura dilucidatur, vt faciliùs poſtea pateat, quomodo humores maſſæ ſanguineæ in multo labore tenuati, ac in ichores conuerſi, ſi per ſudores egrediantur, craſſiuſq; excrementum colligatur: ſin per ſudores non educantur, tenuius excrementum coaceruetur.

B



Æterùm, vt Galeni textus pars poſtrema prorſus quoque manifeſta ſit, & etiam aliæ partes vberrimè pateant, contemplor in vehementi motu laboris propoſiti ſanguinem quadantenus ita tenuari, vt partim in ſeroſam humiditatem, ichoremùe ſanguis ipſe tranſmigret. Quatuor autem maſſæ humoralis ſucci quidem ſunt præter excrementum ſeroſum, quod per vrinam non vacuatur, immo vnà cum ſanguine in toto venarum ſinu commixtus reſidet, & quod per ſudorem expellitur à natura, ceu inutile nempe ſanguis, bilis flaua, ſeu pallida, pituita, & melancholia. Omnis autem humorum horum vtique ſuum ſerum, vel ichorem, vel ſaniem appellant Medici, continet, vt lib. 3. de morb. magni ſang. cap. 16. etiam dictum eſt, quæ excrementa, deterrima hercle ſunt, à quibus noſtrum corpus omnino liberari debet: ſerum nanque ſanguinis pituitæ, bilis amaræ, & atræ, nec non melancholiæ, ſimulque ſymptomata, quę ab his ichoribus concitantur à Galenus adamuſſim dilucidantur. Qui ſane ichores cum tenuiſſimi ſint, facillimè vnà cum ſeroſo excremento, per corporis humani ambitum procul omni dubio à natura, vt deterrimi, ac morboſi, ſeu inſaluberrimi expelli poſſunt: ſicuti pituita, cum ſit craſſa, per ſudorem educi nequit, vt Galenus teſtatus eſt: quoniam per ſudorem tantùm tenuia excrementa ſuperflua à toto habitu educuntur. Proinde ait Galenus in textu *qui cum multo ſudore obeunt, hi craſſius excrementum faciunt*, cum ibi ſeroſi omninò educantur ſucci, manente craſſiori excremento: At verò *qui ſine ſudore peraguntur magis tenue, veluti qui hyeme, & frigido aeris ſtatu ſuſcipiuntur.* Cū ibi ſanguis tenuatus maneat; quamobrem hyeme excrementum magis tenue pro veris tempore colligitur, æſtate verò craſſius excrementum pro autumno aggregatur. Ideoque verè morbi cutanei plurimi fiunt, autumno verò morbi interni concitantur. Quandoquidem ſicuti excrementum tenue per cutim facillimè vacuatur: ita craſſum in centro, & genere venoſo manet. Cæterùm in ſpecie omnes iſti ichores à notis ſuis dignoſcendi ſunt quæ notæ ab effectu quidē producto ichoris, quiſnam ſerum ſit in ſinu venoſi generis ſanguineam maſſam coinquinans facilè deprehendi poterit: Si nanque ſanguineus fuerit ſerus, tunc vtique ſanguinis pars tenuior, & crudior cum ſit, vrinam rubeo colore tingit. Hinc vrina rubea morbi ſecuritatem oſtendit, cum humor benignus ſit: attamen difficile iuditium portendit, hoc eſt morbi longitudinem, quia à crudiori ſanguine morbus emanat: ſanguinis autem ſerum, vt ait Galenus *omnium mitiſſimum* eſt. De pituitæ ſero Galenus ait. *Timiditatem quidem pituitæ ſerum facere par eſt, non tamen vigiliam, aut perturbationem, aut animi motum cum terrore; torpor enim ipſi, & frigus ineſt ſolum, non mordacitas atque malignitas, niſi forte, & ipſa plane vitiata acida, aut ſalſa euaſerit.* Vnde ex quo liquet, pituitæ ſalſæ, & acidæ ichorem, animi quidem perturbationem, motumque cum terrore, & vigiliam, ac pauorē inferre poſſe, ſi ad cerebrum peruenerint, harum pituitarum ichores: Sed à vitreæ pituitæ (crudus ſuccus à Praxagora vocatæ) ſero, pauorem, frigus, ſimulq; torporem hoc eſt ſtuporem, ſomnolentiamque duntaxat produci poſſe, iuſtum eſt. Cæterum bilis flauæ ichor valde infeſtus, prauuſque conſpicitur: Infeſtiſſimus verò atræ bilis ſanies, ichorùe, cum ambo timorem, ac mæſtitiam inducant mordacitatis cauſa, cum Galenus deprompſerit, vt etiam lib. 3. de mor. magn. ſang. cap. 16. iam dictum fuit. *Timores verò magnopere aeris, & denſæ flauæ bilis ſymptomata ſunt; cognatæ iam timoribus ſunt mæſtitiæ:* & alibi ait ex Hippoc. mente, aſſentientis. *De ſanguine ichoride, quod in pauidis talis, aut in vigilantibus, & ſiue malus, ſiue bonus* inquit enim in commento Galenus. *Non ſimpliciter tenuem, & aqueum ſanguinem ab ipſo* Hippocrate *ichoroidea vocari ſuſpicandum eſt, ſed eum, qui venenoſa aliqua, & maligna facultate præditus ſit in ſecundo nāq;*

C

D

epidem

Marginal notes (left):

1. De ſan. tuen. c. 12.
6. Epid. com. 2. t. 38. & 8. de dec. Hip. c. 5. & 2. de diff. feb. c. 10. & 2. de nat. fac. c. 9
Ibidem nempe 2. de nat. fac. c. 9
6. Epid. com. 2. cont. 38.
3. De vict. rat. in mor. a. cont. 62.
Li. de atra bile cap. 4. & lib. de cōſtan. medi. exc. 19.
4. De tuen. ſan. c. 4.
3. Epid. c. 1. cont. 9. & 1. prog. c. 2. cont. 27. & 3. de criſib. c. 12.
1. Prog. c. 2. cōt. 27.
6. Epid. c. 3. cont. 18
Ibidem.
4. De tuen. ſan. c. 4.
6. Epid. c. 2 cōt. 18. & 1. epid. c. 1 cont. 74
Ibidem.
6. Epid. c. 3. cōt. 18.

Marginal notes (right):

Textus pars vltima penitus explicatur.
Quilibet humor ſuū habet ichorem.
Textus & explanatio.
Hyeme excrementa tenuia cumulantur Æſtate vero craſſa colliguntur excrementa.
A quo nā ichores in ſpecie dignoſci valent.
Ichor ſanguinis quid ſit, & quomodo dignoſcatur.
Pituitę ichor natura & dignoſcitio
Pituitæ ichor acidæ & ſalſę maligna.
Bilis flauę ichor in ſua natura & cognitione dilucidatur.
Et ichor atræ bilis.
Ichores hi ex Hip. Platone, & Gal. dilucidantur ad verbum omnium autorum.
Hippocrat. Galenus.

Hippocrat. *epidem.sect.1.statim in principio ipse scripsit. Et sub cute ichores creabantur, inclusi autem calescebant, & pruritum excitabant; deinde pustulæ, vt ambustis exurgebant, & sub cute vri se putabant*, constat igitur vt ex ichoribus haud exigua symptomata oriri dicat Hippocrates. A

Plato. *Plato etiam in Timæo per hanc vocem, ichores, tale quiddam significat hæc inquiens ichor autem sanguinis quidem serum mitis; nigræ verò bilis, sed acidæ serus.*

Galenus. Vnde concludendo Galenus exarat *ichoroides itaque sanguis vocatur in se prauam, ac tenuem humiditatem continens non aqueam, & morsu carentem, sed mordacem, & erodentem.*

Plato. *Dicente autem Platone ichor verò sanguinis quidem serum mitis, nigræ verò bilis, sed acidæ serus nobis declaratum est.* Hoc autem facio, subinde ichorum discrimina statuens, ait.

Galenus. *Differt autem inter se secundum eorum scilicet humorum naturas, quorum serum esse dicetur: & erit infestissimum atræ bilis serum, minùs infestum flauæ, minùs item, quàm hoc pituitæ, sed omnium mitissimum est sanguinis serum, & ichor.* Ibidem. De ichore sanguineo autem excrementoso acri, & mordaci, erodenteque verba cum fecerit, inquit, *omnino quidem pauidos, hoc est, cum terrore perturbatos, prætere etiam vigiles, ichoroides sanguis efficiet.* Ibidem. *Quod si vitiosi alicuius succi non modò sanguinis serum in sanguinariis vasculis porositatum contineatur*, ac ad cerebrum ascenderit, *& delirio, & phrenitidas, & furores pariet*: quod etiam 3.epid.cap.1.cont.5.exarauit. Hæc autem symptomata nedum ichorum succorum allatorum copiam ostendentia in venarum vasculis coaceruatam esse existimantur: at verò etiam excrementi serosi sanguinis per vrinam haudquaquam expulsi copiam denotant, quod excrementum per sudorem educi solet, cum sudor eandem serosam obtineat materiam quam etiam vrina continet Galeni sententia; cum qua vtique sudoris materia tenui, ac serosa, facilè ichores in medium allati simul cum sudore emittuntur; quippe quòd natura semper ichores expellere protensa inspicitur: cum hi ichores mordaces, ita praui sint, vt etiã sanies sint: Vnde non modò nihil nutrire valent. Verùm etiam plurima, & praua excitare symptomata solent: Hinc sua mordacitate ichores illi dum per sudorem egrediuntur partes sentientes neruosas tangendo horrorem, rigorem, tremoremùe ante sudorem concitant. B

10. De simpl. m. facul. c. de sudore f.75. A & de atra bile c.2. 8. De dec. Hip. c.2. & 3. de com. med. 5.l.c.7. 2. De vict. rat. in m.a.t.44. 6. Epid.c.2.t.58. & 3.epid. c.a.t.5 3. Epid. c.v.t.64. & 1.epid. c.2.t.95. & lib. de trem. palp. & conuul.c.6.

C A P V T XVIII.

Ex sudore, à sapore iudicato secundæ, tertiæ, & quartæ cruditatum regionis cruditates, in speciebus, distinctas Galenus nos dignoscere docuit.

Connexus. Textus & explanatio. Sudor acidus salsus.

VErùm amabo ad Galeni textum redeamus, cum dixerit pergendo *considerãdum, ad hæc est non solùm de vrinæ multitudine, & qualitate, sed etiam de sudoris qualitate: hic nanque partim acidus*; tuncque vel ichor pituitæ acidæ, aut melancholiæ, seu atræ bilis, materiæ sudoris serosæ commixtus erit *partim salsus est*. Tametsi omnis sudor salsus aliquantulum sit, ob serosum excrementum, quod sanguinis vehiculum est, & quod vrinæ superfuit, quodque eu sudoris materia in quocunque sudore principaliter efluit. Nihilominus de hoc Galenus minimè loquitur, immo quoniam sudor adhuc salsus magis euadit, aut salsæ pituitæ ichoris commixtione; vel paucæ portione ichoris bilis amaræ, qui cum sero sanguinis commixtus causa est salsi humoris, vt lib.1.c. de pituitæ salsæ generatione, iam dictum est in hoc opere, nec non qui per sudorem egreditur. C

4. De tuen. san. c.4. 8. De dec Hip. c.5 & 6. epid. c. 2.t.28. 1. De san. tuen. c.12. 2. De diff. feb. c. 6. 10. De sim. me. fac. f.75. 3. De vict. rat. in m.a.t.61 & 1. de ar. cur. ad Glau. c.9. & 4 de tuen. san. c.4.

C A P V T XVIX.

Idem Galenus ex lutoso sudore efficit: Vnde de tertiæ concoctionis excremento verba fiunt. D

Sudor lutosus.

PErgit autem Galenus depromens *partim veluti lutum* sudor nanque lutosus, sordidusue, me quidem iudice ex sordis in summo corpore collectæ permixtione consurgit: cum in qualibet concoctione duo quidem excrementa reperiantur, quorum alterum tenue, aliud verò crassum est: Sudor autem, vt Galenus fassus est, vtique tenue excrementum est tertiæ concoctionis, attamen impropriè sudor naturalis excrementum tertiæ coctionis tenue habetur; sicuti etiam impropriè vrina excrementum secundæ coctionis tenue existimatur, cum propriè secundæ coctionis tenue excrementum bilis hercle sit sub hepatis cauo in cysti felleo reposita; Manet ergo tertiæ coctionis inuisibilem certè ambitus totius corporis perspirationem tenue excrementum esse: vt clarè ex his Galeni verbis elicere poteris. *Verùm in ipsa prima carnis generatione duplex prouenire excrementum necesse est, alterum crassius, alterum tenuius excrementum sequitur. His excrementis*

4. De tuen. san. c.4. 5. Meth. c.3. 2. De tuen. san. c.13. 3. Meth. c.9.

Sudor tertiæ cõctionis tenue excrementũ nõ est propriè. Tertiæ concoctionis excrementum tenue est inuisibilis perspiratio.

etiam

A *etiam per vniuerſum corpus ſemper prouenientibus, quod tenuius eſt, ipſa inuiſibilis eſt perſpiratio* fuliginum, ſeu fumidi, ſeu euaporoſi excrementi: *Quæ perſpiratio etiam ſubinde fit viſibilis, quoties vel naturalis calor languet*, illhæc enim fuliginoſa, ſeu fumida, aut vaporoſa expellere cum non poſſit, immo calore naturali deficiente hæc excrementa aerea, ac inuiſibilia craſceſcunt, ac in aqueam tranſmigrando naturam viſibilia euadunt: *vel nutrimento vtitur ampliore, quam iuſtum ſit*, tunc etiam excrementa ea aerea, in aqueam vertuntur, iiſdem rationibus allatis, grauato nempe calore innato: *vel motus quiſpiam vehementior animali contingit*, quo tempore calor naturalis coquere optime nequit, hinc ea excrementa aerea in aqueam euadunt ſubſtantiam. *Alterum nimirum tertiæ coctionis craſſum excrementum eſt ſordes, quæ in ſummo corpore noſtro colligitur.* Quorum etiam excrementorum hoc modo Galenum meminiſſe inuenio. *Nam ſi ſordes eſt craſſum illud, ac terreſtre, quod reliquum eſt eorum, quæ per latentem tranſpirationem euacuantur.* Si itaque ſanguis in ſecunda coctione admodum excrementoſus, ac lutoſus, craſſiorque valde æquè contingat: tunc etiam in tertia coctione facillimè excrementum craſſius longè maiori in copia quàm par eſt oboritur: quod ſi ſudori commiſceatur, ſudor vtique non niſi ſordidus, ſimulque lutoſus egredi valet: ſicuti vnctuoſus ſudor colliquatiuus ſe habet, cum in carnis colliquatione, ac omnino præter naturaliter fiat: ſæpe autem ſudor is vnctuoſus, ſordidus quoque

B ſimul contingere ſolet: cum lutoſus etiam à calore vſtiuo fiat, dum calor ipſe vſtiuus ſanguinem craſſiorem, ſordidum, ac lutoſum in ſudorem eum conuertit, frequenterque etiam cibis exiſtentibus craſſioribus, ſordidis, ac lutoſis, ex quibus talis ſudor facilè emergit.

Quæ viſibilis fit tib. de cauſa Prima. Secunda.

Tertia cauſa.

Tertiæ cōcoctionis excrementū craſſum eſt ſordes.

10 De ſim. med. fac. c. vlt. & 1. de com. med. 5. loc. fol. 151. B.

Sordidi ſudoris cauſa.

7. De ſympt. cauſ. c. 2.

Vnctuoſi ſudoris ratio.

CAPVT XX.

Idem Galenus ex ſudore fœdo odori iuncto oſtendit.

4. De tuen. ſan. c. 4.

8. Meth. c. 7.

Gal. ibidem.

Sudor fœtidus & eius cauſa.



GAlenus autem ſuum inſtitutum pergendo, exarat, *aut virus planè olet* is ſudor etenim non niſi vtique putredinem in venis extremis magnam, fætentemque ſanguinis, humorisue indicat. Non enim à parua putredine in extremis concitata venis ſudor fœtidus inuehitur: neque à magna putredine in intimis venis cordi propinquis orta, fit: Attamen interdum in corporibus calidis, ac humidis, ſanitate integra gaudentibus: quæ ad putrefactionem valde parata apparent, ſudores fœtidos profiui patet: hinc partes ſub

C axillares fœdo ſudore fœtere liquet, cum hæ partes carne denſæ, non perſpirabiles, & concauæ ſint: Vnde in carne, carniſque poroſitatibus tunc eò, quia omne tertiæ concoctionis excrementum allatum tam tenue, quàm craſſum retinetur, inibique ſine perſpiratione incluſum: non niſi putreſcere poteſt: hinc etiam conſequenter neceſſe eſt, vt fœtidus ſudor effloreſcat, qui etiam in cute manet concauitatis cauſa; quare vlteriùs eum ſudorem fœtere quoque iuſtum eſt. Quocirca ſudores fœtidi, cruditates, in venulis extremis, aut poroſitatibus facilè putreſcibiles adeſſe denotant. Sed inſuper, vt ait Galenus ſudores malè olētes ab omnibus eduleis cibo aſſumptis, acidis, ac ab alijs ijs ſimilibus facilè corruptibilibus oriri pro comperto habetur, dum humores putridi, fætidique, ex ijs alimentis oborti, ſero ſudorifico commiſcentur: præterquam quòd etiam hi humores ſanguineæ maſſæ ſeroſum excrementum ſudorificum tetro odore parere valent.

De à tenuante vict. rat. c. 1.

CAPVT XXI.

Sudorem vniuerſi corporis omnium quatuor cruditatum regionum ſuccorum notam eſſe indicatiuam. Quomodoque ſudoris horum ſuccorum colorem, & ſaporem deprehendere nos poſſe, Galenus docet.

D



CÆterùm quæſo huius ſudoris ſermonem laconicè perpendamus, vt ad alia ſigna accedamus vtiliora. Inquit Galenus pergens, *licet autem hoc ex ſtrigili deprehendere cum lauantur. Sæpe nanque amarus planè apparet, qualis vtique morbo regio laborantibus emittitur*, quia cum ſudore erit amara bilis aquoſa, cuius amari ſudoris etiam meminit alibi, *eius verò dignotio etiam citra guſtum facilis eſt ex ſolo colore*, cum dixerit ſudores odorem & colorem, & guſtum excremento, quod per ſudores euacuatur ſimilem habere, quod de ſudoribus præternaturalibus intelligas, ſuccos incoctos in vniuerſo corpore inexiſtentes indicantibus, ſicuti ſudores naturales habent odorem, colorem, & guſtum ſeroſæ tantùm humiditatis, quæ excrementum tertiæ coctionis eſt tenue, iam propriè iam enarratum. Quoniam igitur de cruditatum vniuerſi corporis dignotione, ex guſtu, & odore,

Textus, & explanatio.

4. De tuen. ſanit. c. 4.

14. Meth. c. 1. 10 De ſim. med. fac. c. de ſudore. 3. De ſym. cauſ. c. 2.

Sudores qui præternaturales, & qui naturales.

Cruditates totius vniuerſi corporis ex ſudore à guſtu, ab odore & à craſſitie ſudoris agnoſcuntur.

Textus & commentus. Sudores biliosi colore flauo. Aut colore pallido. Vel colore cōposito ex flauo & pallido. Textus & commentus. Textus & commentus. Textus & commentus. Textus & commentus.

A 4. De tuen. san. c.4. Ibidem. Ibidem. Ibidem. B Ibidem.

& odore, & crassitie, sudoris desumpta verba iam fecerit, proinde idem per sudoris colorem hauritur, cum sudor eo excremento crudo suo colore tingatur, exarans *quippe pallidus pro eiusmodi bilis ratione apparet; sæpe tamen post validissimos labores, & vehementem æstum planè flauus conspicitur* omnibus enim patet in maximis laboribus, ac in ingenti æstu sanguinem venæ cauæ ignescere, ac sanguinis igniti partem tenuiorem bilem colore flauo fieri, quæ vnà cum seroso recremento sudorifico per cutis poros facilè exitum habet. *Aliquando medius, atque ambobus mixtus cernitur veluti quodammodo ex pallido flauus. Ad eundem modum & ipsius bilis humor se habet, quando hunc quoque in vomitu, deiectioneque, aut pallidum, aut flauum, aut ex vtroque compositum licet intueri.* Hoc autem declarato exemplo vomitus, ac deiectionis, ait, quod quislibet horum trium humorum sero sudorifico commixtus fuerit in sudore, semper eum suo colore deprehendere possimus. *Qualiscunque vero is in corpore habetur, tale necesse est appareat serum.* Deinde epilogando, ait sudores per gustum, odorem, substantiam, & colorem notam esse excrementorum eorum, quæ vniuerso corpori insunt, sicuti vrina tantùm eorum, quæ in genere venoso abundant, nota est. *Ac sudor quidem succorum, qui in vniuerso corpore abundant nota est: vrina eorum tantùm, qui in vasis continentur. Omnino ergo nihil omittendum, sed sudor quoque ipse, (ut modò diximus) inspiciendus.* Et ait vt nobis liceat, quòd patientes, ac sudore laborantes doceamus, vt suum degustent sudorem. *Aliquando verò ipsum qui afficitur gustare sudorem suum quo certius internoscatur, iubemus.* Id quod aliquando sua sponte accidere solet, dum ex fronte, & eius partibus in os sæpe dilabitur.

CAPVT XXII.

Cruditatum secundæ regionis, hoc est, generis venosi notas ex vrinæ consistentia, colore, quantitate, odore, liquore, & contentis desumptas Galenus colligit.

Connexus. Text. nota per vrinam. Commentus. In vrina substantiæ consistentia, color, quantitas, odor, liquor & contenta perpendenda sunt.

Ibidem. C



POstea verò Galenus (vt promiserat) notas cruditatum per vrinas capiendas, succorumque in venarum sinu existentium nobis tradit, inquiens. *Aestimare prætera vrina tum consistentiam, tum colorem oportebit: Sed nec quæ in ea pendent, aut sidunt prætermittere conueniet, sed omnia perpendere.* In vrina præter substantiæ consistentiam, & colorem, & quantitatem etiam odor, liquor, & contenta, seu hypostases sunt, quę omnia expendenda sunt ait Galenus ad humores inconcoctos, seu coctos dignoscendos. *Cuiusmodi enim sanguis sit, qui in vasis continetur, ea planè ostendunt, quando si is biliosus sit, serum quoque eius biliosum esse necesse est, idque pro vtriusius bilis ratione simili modo pituitosum si is sit pituitosus.*

CAPVT XXIII.

Vrinam, cruditatem, seu concoctionem succorum venarum ex colore, vt ex faciliori, & notiori nobis significare ait Galenus, Vrinæque colorem naturalem subrufum esse demonstratur.

Connexus. Vrina quid sit. Vrinæ color naturalis subrufus, & aqua causa. Mercurialis. Montanus. Cui subrufi coloris vrina naturalis sit, a Montano redditur causa.

D In 1. de morbis vulg. com. 1. t.5 & de anat. viu. c.12. De atra bile c.2 in fine. Mercu. lib. 1. de excrementis c.4. Mont. a. de vrina c.2.



AB vrinæ colore exordium desumit Galenus, ceu à faciliori nota, ac vniuersaliori. Quandoquidem vrinæ naturalis color, seu serosi recrementi, quæ vna superfluitas totius massæ sanguineæ est secundæ concoctionis in venis contentæ ex aquosa, & serosa humiditate prodita citrinus quidem clarior, & pallidus clarus esse debet, vt medius color inter extremos colores vrinę, vt adnotauit Mercurialis ex Galeno primo de Cris. cap.12. ità exarante. *Quæ quidem optimè cocta in ijs, qua supremum sanitatis gradum considerare oportet: talis enim est subrufa, & subflaua, magisque subrufa, quàm subflaua,* & etiam deinde ait, *optima autem omnium vrina subrufa, ac subflaua est, quemadmodum antea diximus,* & ait etiam. *Post hanc est subpallida, pallida verò iam, & subrufa est.* Montanus verò de hac re ita exarat. *Est enim color medius inter album, & flauum sicuti est cortex citri, & iste color, color subrufus est, qui parum declinat à colore citrino magis versus pallidum, quemadmodum est palea hordei, is erit color subrufus: sed talis vrina optima habet talem colorem, quia ei non est admixta flaua bilis, sed est ab ea separata. Sed vnde, & quare habeat huiusmodi colorem subrufum? adquirit à concoctionibus talem materiam, vbi semper relinquitur aliqua pars sanguinis, & ei admiscetur. Verùm quia bilis nihil aliud est nisi pars sanguinis spumosa, feruens, & tenuis, inflammans in concoctione* aquosita-

A *aquoſitatem, quæ ei admiſcetur; ideo cum fit concoctio ſanguinis ſemper bilis ei admiſcetur, & in ipſo eſt, quæ eſt pars inconcocta, licet enim ſeparata ſint omnia excrementa, tamen quia, vt diximus ibi eſt pars ſanguinis valde ſubtilis, quæ eſt pars minima, ideo quod facit, ibi parum eſt, & tamen tingit vrinam eo modo quo diximus, & ideò hæc vrinalis aquoſitas fit in colore ſimilis paleæ hordei.* Mihi autem videtur vrinam optimum ſanguinem indicantem colore eo ſubruſo decoratam eſſe non modò, vt in ſanguificatione facta in hepate à calido innato à bile eum acquirat colorem, verum & tum à bile flaua, tum à pituita tingatur & ſicuti ſanguis profectò ſua forma *in medio eſt bilioſorũ atque horum, quorum vtique genus vno vocabulo appellare licet, vel crudum ſuccum, vel pituitam,* ita etiam congruum eſt, vt humiditas ea ſeroſa, & aquoſa, quæ ſanguinis ſuperfluitas eſt, medium acquiret colorem ab vtriſque ſanguinis extremis allatis. Vnde Gal. ait tu ſum colorem de albedine, de flauitie, & rubedine participare, vt lib. 1. c. 2. iam dixi. Vnde is color æquè tum à ſanguine, tum à melancholia naturali, tum à bile flaua, tum à pituita naturali neceſſariò in vrina acquiritur: etſi non videatur à melancholia eam tingi poſſe, ob melancholiæ denſitatem colorẽ eius non relinquentem. Quocirca naturaliter vrina eſt ſubruſo colore tincta, ceu color ſubruſus medius ſit æquè participans, tam de albo pituitæ, quàm de flauo bilis, ac de rubeo ſanguinis colore.

4 De tuen. ſan. c. 4.

3. De criſ. c. 12.

Propria exiſtimatio curunnæ naturalis color ſubruſus ſit, cauſa aſſignatur.

B Præter naturaliter verò vrinæ commiſcetur vnumquodque excrementum omnium humorum venarum; immo etiam per vrinam quandoque abſceſſus excernuntur, nec non ſpiritus flatuoſus euacuatur. Neque obijcias ſi dixeris ſerum nudum eſſe album per ſe. Vnde à pituita non pẽdet, vt ab albo agente. Quia dico quòd ſerum, vt frigidum, & humidum, ac album eiuſdem generis eſt pituitæ vnà cum pituita ſimul cum chylificatione in ventriculo genitum. Exinde vnà cum chylo in hepate in ſanguificatione ſubſtantiæ conſiſtentiam mediam inter craſſam, ac tenuem æque tum à pituita, tum à bile acquirit, vt vrina laudabilis fiat, hinc etiam coloratur ab vtroque excremento. Verùm cum Gal. de cruditatibus bilioſis principaliter curandis agat; ideò prius ait, ſi cruditates in venis bilioſæ fuerint, ſerum quoque bilioſum eſſe neceſſe eſt: poſterius verò de cruditate propriè verba fecit, nempe de pituita, & ſicuti flaua, aut pallida vrina bilem crudam notificat venis ineſſe, ac ſanguinem ſupra iuſtum modum eſſe percoctum: ita alba vrina pituitã crudam enunciat, ac ſanguinem inconcoctum, vt ex ijs Gal. verbis licet colligere, *illa namque ex ſanguine fiunt, vbi ſupra iuſtum modum eſt percoctus; hi verò ex eo nondum perfecto.* Hinc vrina alba, & cruda in omnibus debilitatem, & corporis frigiditatem ſignificat, lib. Galenus ſpurio cum dicat Hippocrates. *Quibus vrinæ albæ, & perſpicuæ, mala, præſertim ſi in phreniticis appareant.*

1. 6. de morb. vulg. com. 5. tex. 35.
In prog. com. 2. tex. 37
Gal. com. 4. aph. 71.

4. De tuen. ſan. c. 4.
De dynamid. lp. 35.
4. Aph. 72.

Vrina naturaliter à ſanguinis rubeo colore, & à pituitæ albo core, & à bilis pallido colore flauo atque ſuũ colorem ſubruſum acquirit, non autẽ à melancholia.
Obiectio.
Solutio.

Vrina flaua tincta colore cruditatem bilioſam flauam in venis adeſſe denotat. Sicuti alba vrina pituitam crudam oſtendit.
Vrinæ albæ ſignificatio.

C Et Gal. in comm. ait *Aquoſæ autem vrinæ (tales enim ſunt albæ, atque perſpicuæ) magnam cruditatem oſtendunt, & præterea flauæ bilis totum impetum, ſurſum in caput factum fuiſſe.* Aquoſus enim humor frigidus, ac humidus, & albus ex pituituoſi humoris genere eſt, per modum cruditatis genitus in ventriculo primo, deinde in hepate, vt antea aſſerui veluti ferè ſit pituitæ pars tenuior, & crudior, ſicuti vrina rubea ſanguinem abundare ſeroſiorem, tenuiorem, & crudiorem in iecinoris venis, ac in profundo corporis hepatis contentum, nempe in genere venoſo ſignificat. Quam vrinam albam, tenuem, & aquoſam in textu illico ponit hoc modo. *Ergo vbi crudus planè is eſt, vtique tenuis, aquoſaque vrina cernitur, nihil nec quod ſidat, nec quod pendeat in ſe habens. At vbi is concoctus eſt, hæc in vrina apparent; atque etiam nubecula quadam deſuper tenues ſuperſtant, veluti quod in ſummo lacte colligitur, & quod in ſummo refrigerati iuſculi concreuit.* Hic vrinam iam allatam, crudum ſanguinem oſtendentem ponit, nec non vrinam laudabilem ſeu bonam, ſanguinẽ concoctum ſignificantem ſtatuit oppoſita enim iuxtà ſe poſita magis eluceſcũt. Verùm hic Gal. id facit non modò, per vrinæ colorem, ſed etiam per contenta, quæ vrina in ſe habet; quæ ſanè veluti vrinæ forma ſe habet, tum quia vltimum excrementum eſt cuiuslibet coctionis in venoſo genere venæ cauæ facta; vt patet 2. cum plures gradus coctionis ſanguinis ſint, nam vltra pri-

Ibidem.

Quandoq. vrinæ albæ aquoſa eſt cum bilis flaua ad cerebrum aſcenderit.

Gal. in 1. de m. vulg. com. 1. t. 5. & in 1. progn. com. 2. t. 27 & 3. de criſ. c. 12. in fine
4. De tuen. ſan. c. 4.

Textus, & commentum.
Hæc pars textus Gal. per eundẽ Gal. explanatio ex verbis com. 2 prog. 26. ſ. Gal. ſtatuitis Vet. vll qua prius ſunt præcognoſcẽda ac præſtatuẽda.
Contentum in vrina quid ſit vt vrinæ forma.
Plures gradus coctionis ſanguinis.
Nẽpe quatuor.

Mont. 2. de vrinis c. 6.

D mam alterationem factam in venis meſeraicis primus gradus coctionis ſanguineæ maſſæ in cauo hepatis ſit, ſecundus verò in gibbo ſanguificatur, tertio in venarum ſinu, vbi etiam pituita coquitur, ac in ſanguinem probum tranſmigratur. Quartus verò in venis extremis, tum etiam eò, quod ſignum eſt contentum in vrina oſtendens bonam, aut malam ſanguificationem factam, vt vltimum tale excrementum illius ſanguificationis, cum ſit vrinæ pars craſſa, cuius ſeparationem à parte liquidiori ſemper explorare tenemur, vt à nobis cruditatis, ſeu coctionis nota principalis obtineatur. Cætera verò in vrina habentur tanquam materia tantùm.

In progn. com. 2 t. 42. in fine.
4. De tuen. ſanit. c. 4.

*

CAPVT

A

CAPVT XXIV.

Vrinæ contenta cruditates in genere venoso existentes ostendentia declarantur.



Ruditatum secundæ regionis ex vrinæ colore omnibus statutis significationibus. Ideo nunc idem explanare oportet ex vrinæ contentis, quæ significatiua sunt, vt vrinæ forma. Quorum naturam primo indagabo; postea cur ea necessario gignentur veram tradam causam. Denique eorum genericam, & specificam dilucidabo naturam. Proinde aduerto coctionem in venis ab Hippocrate veluti puris perfecti, ac optimi generationem desumi, vt Gal. etiam fecit per similitudinem generationis puris cocti, & optimi in phlegmonibus geniti, & ait ex Hippocratis sententia, dum humores crudi cocti facti sunt, pus appellari, quod etiam alibi magis declarat. Hinc Hippocrates ait pus alimentum esse venæ, & arteriæ, cum de parte cocta, & vrinæ contenta intellexerit, hypostasis enim vrinæ pus appellatur coctum, & optimum in venis, ac arterijs existēs. Cum autem Hippocrates pus optimum definierit, inquit. *Pus autem optimum album esse debet, æquale, & leue, ac quam minimè fœtidum: huic verò contrarium pessimum est*, & licèt à Galeno alia definitio puris optimi posita fuerit, ab ista Hippocratis dissonās, tamen est eadem, cum dixerit, *superante igitur integrè ipsa natura, optimum fit pus conspectui album, crassum, & quaque versum sibi simile, leue autem tangenti, & minimè fœtidum*, crassum enim pus optimum est ad saniei differentiam, quæ subalba, ac tenuis est, in præternaturalibus dispositionibus, vt in tumoribus, ac vlceribus, quæ sanies pus imperfectum est, vt ex malo vlcere exit: Præterea per quaque versum sibi simile intendit æquale, secundùm quanlibet partem, tum in odore, & colore, tumque in substantiæ consistentia. Album autem pus gignitur duabus de causis, quarum alia philosophica, altera verò medica est; prior enim est, vt aer sua perspicuitate, dum humido admiscetur, aut calore, aut motu agitante, humidum quidem à fęce terrea depuratur, commixtumque cum sit aeri diaphano, spumosum, & album fiat, vt in vino nigro, & in mare viridi apparet. Hinc omne album est spumosum, & omne spumosum quoque album est. Quod Hippocratis, Platonis, Aristotelis, & Galeni autoritate mihi asseuerare facile erit. Hippoc. enim ait (vt etiam lib. de cert. medic. iam dixi) *humidum in corpore calescit, ac diffunditur, & à motu conquassatur, ac spumescit, cum humidum in corpore diffusum, & calfactum fuerit, & siue ex labore aliqua piam re spumuerit, dum ab ipso secernitur coitus imaginem repræsentat*. Vnde Hippocrates voluit ne dum in semine, sed etiam in qualibet re per spumosi corporis generationem albedinem fieri: Et etiam exarauit manifestioribus verbis. *Aer enim purus per tenues membranas pellucidus apparet, eamque sanè ob causam spumæ omnes alba conspiciuntur*. Plato quoque hanc veritatem confirmare voluit, inquiens, *sæpe verò tenerioris, recentisque carnis portio quædam vnà cum aere colliquescit, deinde vento inflatur incluso, humiditate protinus circunfusa, fiuntque ex hoc ampullæ, quæ sigillatim propter paruitatem videri non possunt, iuncta verò simul, & grandiores tumefactæ molem conspiciuntur, coloremque propter spumæ generationem habet album*. Aristoteles etiam idem manutenendo, habet. *amplum ex paruo erigit factum, & spissum ex liquido, & album ex nigro causa est quod spiritus immiscetur, qui factum efficit, & albedinem aperit, vt in spuma, & niue, nam & nix spuma est*. Alio verò loco ait, *aer autem perlucens albedinem facit, quemadmodum spumam, albedinem verò omnibus aer vaporosus præbet inclusus*. Cui veritati se ascribit Gal. vt Philosophus hoc pacto, *coloremque ex spumæ generatione album habet*. Quæ quidem albedo ab aere prout manet, aut non manet, in corpore albo emergit quatuor modis, vt exactè alio loco exaraui: causa igitur albedinis puris est, quia pus spumosum à calore naturali suo spiritu aereo genitum, per ebulitionem ampullas generantem, hinc etiam crassum, & spissum ex tenui, & liquido humore factum, nec non leue tactu est, cum à spiritu aereo innato calido suaui obortum sit; hinc lene non autem asperum, vt pus pessimum à calore igneo emanans est, & cum in ebulitione totum pus sigillatim in ampullis æquè commisceatur secundùm consistentiam, colorem, & odorem vt coctio, & alteratio sit optima: Ideò quoque pus optimum, aut nullum saporem habet, aut quam minimè fœtidum est eò, quia à calido innato temperatissimum conspicitur, cum omne agens in eius naturam passum conuertet: Vnde pus optimum non est toto genere præter naturam, immo hypostasis vrinæ sanorum planè secundùm naturam se habet, quæ pus dicitur tamen impropriè, ac per metaphoram tantùm. Cæterùm ea causa vniuersalis albedinis puris satis quidem non est, cum etiam sanguis à calore naturali aereo fiat, tamen rubeus gignitur à parte rubea, hoc est ab hepatis substantia, non autem à tunicis venarum, vt ait Galenus quam ob causam à parte, colore albo, sibi simili confici necesse est, quæ etiam causa simul sit, vt aer puri commisceatur: hine pus leue fiat, ac spumosum, & crassum, seu spissum, & licet, dicatur à Gal. cinerulentum suo colore, id tamen ratione caloris præter naturalis dicitur combustiui, & putredinalis pus infestissimum efficientis, vt igneï;

Margin notes (left): Coctio in venis crudorum succorum, similis generationi puris perfecti est. — Pus optimum ex Hipp. Ex Galeno. — Commentum. — Pus cur album. Prima ratio Philosophica est. Calor naturalis aereus est causa. Hippoc. — Plato. — Aristoteles. — Galenus. Explanatio. — Causa hæc non sufficit. — A partibus spermaticis albo colore puris albedo fit.

Margin notes (right): 4. Meth. med. c. 6. & 1. de diff. feb. & lib. de tum. præter n. c. 3. & com. 2. aph. 47. 2. De nat. hum. t. 2. — B — Com. 2. de vict. rat. in m. a. t. 44. Lib. de alim. in fine. Gal. attributo de vrinis c. 40. lib. prog. sect. 2. t. 42. & lib. præ-not. pag. 47. in Foesio. 1. De diff. feb. c. 6. Cornel. Cels. li. 5. c. 16. Gal. de dyn. c. 2. lib. spurio & de tum. præt. nat. c. 2. — Li. de genitura Corn. f. 40. — C — Li. de flatib. in Foes. p. 180. In Timeo f. 419 col. 2. — 2. De gener. anl. c. 2. — 5. De gener. anim. c. 6. 8. De dec. Hip. & Plat. c. 6. Lib. 1. de colore intercipio. c. 7. — D — Gal. in 1 prog. t. 42. Gal. ex Hip. sententia comm. 2. prog. vlt. c. 42. Gal. com. 2. de nat. hum. t. 1. 3. De gene. c. 51. 4. De vsu partiū c. 12. & 13. & 7. de vsu partium c. 8. — Li. de fracturis com. 2 t. 32 in progn. com. 2. t. 43.

A ignei; ſpumoſum verò vocatur ab agente, à quo ſuam formam aſſumit. Gal. itaq; vt medicus albedinis puris optimi cauſam reddit, inquiens. *Ad hæc colorem eius reddi ſimilem ſemini par eſt cādidum quidem, non tamen exquiſita ratione, veluti nix eſt: ſemen. n. à natura ducitur in ſolidorū corporū colorem exquiſita ratione: modicè pus ſi quidē ſemini nihil de cauſa præter naturā eſt permiſſū, pus verò non aſſiduè quidē par, vt iam dictum eſt: permiſcetur tamen aliquid omninò, cū ſanguis de proprys opificijs exilüit. Hæc itaq; cauſa eſt, ob quā candidū ſemen, ac pus fiat: nā & pus quodammodo ſolidis aſſimilatur corporibus, quæ quidem ſunt conceptaculorū tunicæ, neruiq; & copulæ, ac mēbranæ, atq. ēt cartilagines, oſſaq; Eadem ēt cauſa eſt, ob quā, quod ſubſidet in vrinis candidum ſit: etenim & id veluti pus obtinet generationē, quod proportione reſpōdet inter id, & naturales humores iniectū.* Ex quibus habemus puris albū, cū in ſe habeat à calore præternaturali quadantenus calorem cinericiū ob putridum vſtū nō omnino à fęce terrea depuratum exactè non fit ab aereo ſpiritu innato albū, vt nix eſt, neq; à partibus ſolidis ita exactè album, vt ſemen nihil præternaturalis continens in ſe. Pręterea ex Gal. dictis elicio eadem ratione contenta in vrinis candida fieri. Hinc hypoſtaſim in vrina coctum, ac probum ſanguinem in venis eſſe denotantem, albam quidem, leuem, æqualem, & cōtinuam eſſe debere, ait Gal. Cuius natura inter ſanguinē probū, ac inter pus perfectū ſe habet.

Cauſa puris albi Medica à Galeno aſſignatur nēpe partes albæ ſpermaticæ pus efficientes, quibus.

Calor naturalis ineſt.

Pus non ita album vt ſemen nec vt lac.

Cauſa redditur.

3. De diff. feb. c. 6. vbi probat ſimilē putredinē tumorū & vaſorum eſſe 3. de cris. cap. 3. 4. de tuen. ſan. c. 4. & 2. de cris. c. 17. 3. Progn. c. 42.

B

C A P V T   X X V.

Cur vrinæ contenta neceſſariò gignantur, ſimulq; concoctionem, ſeu cruditatem ſucci vaſorum oſtendant: Vrinamq; bonam mediocriter craſſam, ac à liquore ſeparatam eſſe debere, demonſtratur.

2. De diff. feb. c. 5. 3. Progn. c. 42.



Auſa verò ob quam contenta ipſa gignētur, eſt eò, quia Natura ſemper humores aſſimilare, & ſuperuacanea, quæ non pōt aſſimilare, expellere intenta eſt. Verum cum ſecundæ coctionis vltimum excrementum quale eſt contentū in vrina, vt Gal. ait, aſſimilationem, & confectionem refugiat: Ideò quod melius eſt natura facere aggreditur, tum pro corporea ſanitate, & conſeruatione attingenda, tum pro ſeipſa quoq; in corpore humano particulari, manutenenda, cum aūt ſpiritus aerea ſubſtantia prędītus calidi innati ſolidarū partiū, ſeu ſpermaticarum albarum ille ſit, vt primum agens corporeum ſalubre, & inſalubre facultatis coctricis inſtrumentaliter, pro qua requidē ſpiritus ille, vnà cum ijs partibus ſolidis aſſiduè in quantitate, & qualitate conſeruandus eſt: igneus. n. factus, non ampliùs aſſimilare valet, neque coquere; hinc pro ijs corporibus ſolidis conſeruandis validis viribus, natura ſemper protenſa tantùm ijs partibus ſolidis corporis humani læſiones ſubtrahere nititur. Quam ob cauſam vrinarum contenta cocta, & optima naturaliter & alba à partibus ſpermaticis enarratis fiunt. Cōtenta verò hæc vel in ſanis ſunt ſolum, à calore naturali facta; vel in ægris primò à calore igneo putredinali corrūpēte, ſubinde à calore naturali ſimul producta ſunt: oſtendunt aūt coctionē per eorum ſeparationem à parte liquidiori vrinę factam, tunc. n. oſtenditur caloris innati dominiū ſupra ſuccos coquendos, cum denotetur, natura iam ſuccorū concoctionem aggreſſa eſſe; hinc ēt ſuperans, aut ſaltem ſuperatura pręcognoſcitur; ſicuti ē contra, dum pars craſſa nihil à parte liquidiori ſeparabitur, naturā iam à cruditate ſuccorum aut victam iam, aut vincendam fore portendit, cū nundum ſatis ſit, q vrina bona ſit ſubrufo colore, verùm ēt vt mediocrem craſſitiem obtineat, vt ait Gal. *optime eſt cocta in ijs, qui ſupremū ſanitatis obtinent gradum, conſiderare oportet*, cum dixerit ſuperiùs, *coctum, aut inconcoctum nomine quidem ſunt vnum ſicuti & genere; plurimā verò in eo, quòd magis, aut minùs differentiam habēt.* Ideo ait primò de cocta exactè circa colorem, & circa conſiſtentiam, *talis. n. eſt ſubrufa, & ſubflaua, magiſq; ſubrufa, quàm ſubflaua: ſtatim verò, & hæc mediocrem craſſitiem habet. Nam quæ hac ipſa craſſior eſt, aut tenuior concoctionem imperfectam ſignificat*, redditq; rationē, *ſi quidem altera nondum in humorem conuerſa eſt, altera verò adhuc conturbata eſt.* Ideò Hip. ait. *Donec rufa fuerit vrina, ac tenuis morbum crudū ſignificat*, cum nō ſatis ſit color ſubrufus; verùm ēt, vt moderata craſſities in ea ſit, atq; vt pars ea craſſa à liquidiori parte ſeparetur, cum dicat Gal. *Liquet aūt, quòd neq. aliquid ſubſidet huiuſmodi vrinis, neq; enim contingit, ut quæ tenuis ſufficienter fuerit, vel ſi multo tēpore quieta ſteterit aliquam recipiat ſecretionē adeò, vt craſſior pars, quæ in ipſa pendebat ſubſideat, tenuior verò ſuperferatur, nā hoc ſolùm aduenit ijs, quæ aliquam craſſitudinem habent*, & alibi ait *ipſius craſſi à liquidiore ſeparatio, &c.* Quam ob cauſam vrina alba, ac tenuis duplici ratione cruda eſt, & à colore, & à tenuitate, cuius meminit Gal. in tex. antea poſito (vt ijs iam poſitis ad explanationē accedā) & etiam Hipp. & Gal. aiunt, vrinas tenues crudos indicare morbos: inſuper etiā quòd craſſæ non ſubſidentes, vt craſſiores à calore natura non regulatæ idem ſignificant, vt iſti autores autumāt, tenuis quidem vrina, cum nondum à calore naturali in humorem coctum reddita ſit, quia dum coquitur, maſſa ſanguinea neceſſariò ſemper ſedimētū, aut ſuſpēſū, aut ſublimis nebula in vrina efficienda aſſimilationē refugiens, vt vltimū excremētū adeſſe debet. Craſſa verò nimis nō ſubſidēs, hoc eſt, nō ſeparata à parte liquidiori, cū à calore naturali ea craſſities facta nō fuerit, imò à

Cauſa cur in vrina contenta procreantur.

In 6. de m. vul. c. 5. t. 5. & 8. de decoro Hip. c. 7. & com. 3. aph. 19 & 5. de ſim. me. fac. c. 9.

12. Meth. med. c. 5. & com. 2. de nat. hum. t. 3. In 6 de m. vulg. com. 5. t. 5.

C

In 2. de m. vul. c. 3. t. 46. In 1. de m. vulg. c. 1. t. 46.

Contenta hæc vel in ſanis vel in ægris.

Contenta hæc coctionē oſtendunt ſi facilè à liquidiori parte vrinæ ſegregentur.

4. De ſa. tuen. c. 4. & 1. de diff. feb. c. 6.

Vrina optima habetur, ſi mediocriter craſſa eſt & cuius contenta à liquida parte ſepàretur.

3. De criſ. c. 12.

Eodem loco 2. de criſib. c. 12.

Tenuis vrina ac turbata cruditatem denotat.

D

In progn. com. 2 t. 10. Lib. 1. de criſ. c. 12. 4. De tuen. ſan. c. 4.

3. De m. vul. ſec. & com. 1. t. 5. Eodem loco.

Ad textum explanandū nota.

Cur tenuis vrina cruditatem ſuccorum in venis oſtendat.

Cur tenuis vrina cruditatem oſtendat.

Cur nimis craſſa idē denotat nempe turbata.

calore præternaturali cõturbante. *Cũ crassas ẽt fuiße indieet, nec subsediße vrinas planè sunt illæ ex conturbatis, ac turbidis vt solet hic appellare, quæ semper turbationem crudam annunciant multo prædità spiritu flatuoso*, vt mustũ. De tenui aũt alba, quę talis mingitur, & talis permanet, quę sũmũ cruditatis obtinet, ita Gal. ait. *Quæ verò ad summũ incocta est has oẽs vincit, est aũt aquosa exquisitè, neq. iam coqui incipiens, qualis turbulenta, neq in spe, vt coqui debeat, sicuti quæ paulo post perturbatur, sed veluti desperata coctionis accidens, quæ talis est venosi generis passio existit, qualis est in ventriculo extrema ipsa cruditas*, ac deinde ait, *praua aũt sufficienter est, quæ tenuis, & alba est sicuti aqua: nã simplex quidẽ non est dispositio: sed vltima est imbecillitatis inditiũ*, cum aũt plures coctionis gradus sint per separationem partes crassæ sublimis, aut suspensę, vel subsidentes: Ideò de primo modo non dixit in textu: sunt.n. nebulæ, vel sublimes, aut suspensæ, vel subsidentes, quoties à parte liquidiore vi caloris innati separatę sint, tamẽ nebula alta cruditatẽ ostẽdit. Verũ per nubeculam intelligit sedimentum in primo gradu, cũ quatuor gradus sint perfectũ sedimẽti, vt infra patebit.

A
Gal. eodem loco.
1. De crisibus c. 11.
3. De crisi. c. 12. & com 4. de vict. rat. in m. a. 177.

Vrina tenuis & alba summum cruditatis habet.
Etiam lib. de vrinis c. 40.

C A P V T X X V I.

Vrinæ contenta, seu hypostases quid sint: & quæ hypostases optimæ sint probam succi coctionem, aut cruditatem significantes.

B



EX hactenus autem statutis, inuenio eam vrinæ partẽ crassam, quæ & hypostases, & contenta appellantur, à parte alia vrinę quidem liquidiori separatam esse: vt vniuersaliter omnia, quæ crassa in vrina sunt, comprehendantur ex Gal. verbis: Contenta nanq; vocantur prout à parte liquidiori continente vrinæ à cõtineantur. Hippostases verò nuncupantur ea contenta quatenus illi atomi, seu corpuscula, nondum in nebulã conuersa in parte tenuiori vrinæ sũt. Vnde hoc modo hypostasis accepta communis quidem est; & vrinæ subingali, & vrinæ moderatæ crassæ, tũ separatę à parte liquidiori. Verùm in plerisq; hypostasis pro sedimento, & pro suspenso, quod ęneorema vocatur, & pro nebula sublimi. Etsi hypostasis pro sedimento interdum appelletur, cũ in lib. Gal. ascripto de vrinis c. 40. habeatur, *qualis est nubecula, suspensũ & ea, quæ in fundo est, hypostasis*. Sedimentũ aũt seu hypostasis nihil est, nisi vltimũ sanguificationis, seu coctionis sanguinis excrementũ: quod in sanguinis generatione, & partiũ assimilatione naturę cõfectionẽ refugit, nõ ita alteratũ, vt sanguis est, vt antea ex Gal. iã dixi, & quod in vrina subsidet, in venis quidẽ genitum nõ extremis tãtum, neq; in vltima solũ coctione, vt voluit Auer. & Actuarius: sed in omnibus venis, ac in quacunq; coctione in venarum sinu venę cauæ, & partis gibbę hepatis celebrata, seu genita. Quęquidẽ hypostasis, vt facta sit, à calido innato omnino coquente, ac vt indicet optimam coctionẽ massę humoralis iam iam factã fuisse; alba, leuis, & æqualis, continuaq; esse debet, ait enim Hip. *Vrina in febre albũ, & leue depositũ habens sedimentũ celerẽ liberationẽ denunciat*. Et postea. *In vrinis nubeculæ alba quidem, & quæ infimum locũ tenent vtiles sunt, rubræ verò, nigræ ac liuida molestiam exhibent*. Vnde quandoq; ab Hip. nubeculas aliquando depositum sedimentum vocar, vt etiam Gal. Tandem Hip. ait. *Vrina aũt optima est, si sedimentũ candidũ fuerit, leueq; & æquale per omne tẽpus, donec morbus iudicatus fuerit: securitatem.n. ac morbum fore breuem significat: si verò intermittit, atq; interdum puram emittit vrinã, interdum subsidet candidum, ac leue, morbus diuturnior, ac minùs securus est*. Gal. verò de quantitate etiam partis crassæ à liquidiori separatæ expressit respectu coctionis, quę fit ad coctionem omnino factam considerate, exarans. *Nam cũ adhuc coquitur sanguis, vrina, quæ mingitur, leuẽ, & æqualem, & albam subsidentiã ac multã facit*, quod in sanis corporibus intelligit vt expressit, cum in quantitate mediocri esse debeat, & humidi alimenti cocti proportionatũ sedimentum. Vnde postea addit, *iam verò perfecta coctione color quidem vrinæ intenditur, minus autem subsidet*, Ratio est, quia à calore omnino coquente pars crassa quadantenus assumitur. Vnde massa humoralis magis calefit, hinc color rufus, qui subpallidus est, intensior fit, vnde pallidus euadit. Quocirca non satis est, vt vrina mediocriter crassa, quæ separata sit à liquidiori parte, facilè, seu repente; cum ẽt alba esse debeat, leuis, æqualisq; Hinc ait Gal. *Non tamẽ si ẽt mediocriter crassa fuerit, & breue quicquid quod subsideat, habuerit, iã cocta erit: si.n. vel farinæ hordei crassiori, vel squammis, vel furfuribus similes subsidentias habuerit, vel nigras, vel virides, vel liuidas, vel fœtidas præter id quod quæcunq; tales sunt cruditatẽ habent ẽt alioquin sunt perniciosæ*, ergo cocta vrina sedimẽtũ album, & leue habet. Addit verò Gal. vt in optima coctione massę sanguineę sedimentum depositum etiam continuum esse debeat, inquiẽs. *Perfecta igitur coctio est, quando in vrinis subsederit aliquid album, et leue, & æquale, & continuum*, cum tale sedimentum optimũ non intermittens in ægris esse debeat: si nanq; intermisserit, tunc humor in vna parte coctus, in alia vero parte crudus esset: Quando quidem per totum tempus vsq; ad morbi iudicationem sedimentum continuum esse debet; si humores vitiosi vbique, & penitus cocti fuerint, vt Hippocrates, & Galenus asserunt. Insuper sedimentum minime fœtidum esse tenetur, cum dicat Galenus, *optima verò vrina, quæ ex putrescente humor coctionem à continenti vase suscipiente perficitur, est, quæ album, & leue, & æquale, & minimè fœtidum sedimentum habet*. Verùm

Contentorum nomina.
Hypostasis.
Sedimentum, Suspensum. Et nebula.
Contentũ quid sit.
Vrina in febre album & leue sedimentũ continens celerem denotat solutionem.
Vrina optima ex Hippocrate. Ostenderu morbum breuẽ aut longũ futurum
Hęc vrina incalpabilis est vt Gal. in com. & com. 2. proth.
Cõtentorũ qualitas perpendenda, q subsideat, Sedimentũ quibus copiosum est.
Contenta leuia & æqualia esse debẽt vt coctionem denotent, & alba.
vrinæ contenta perniciosa cruditatem ostendentia.
Sedimentum id contentorũ depositum coctionem denotans etiam continuũ esse debet, non autem intermissum.
Et minimè fœtidũ esse debet.

1. De crisi. c. 12. & 4. de mem.
4. De vict. rat. in m. a. cont. 78.
C
1. Progn. 41. & coacæ prænot. 575 & 577. p. 162. & 163.
4. Collig. c. 24.
3. De iudic. vrinæ c. 3.
Hip. 2. prog. t. 26 Gal. 3. de crisi. c. 12. & c. 17.
Sect. 2. coacæ prænot. 575.
Sectione coacæ prænot. 577.
Hip. 2. prog 29. & 36 & 4. aph. 79. vt ait Gal. com. 2. progn.
2. Prog. 26. Hip. qui idem posuit lib. prænot. p. 48 in fine ex Foes. iisdem locis.
D
Loco citato.
1 De crisib. c. 17 & lib. de vrinis c. 40.
Hip. 2. prog. 26. Gal. 2. de dif. feb. c 6.
2. De diff. feb. c. 6.

A rùm ſedimentum etiam alio modo cõtinuũ eſſe deuincitur, nẽpe vnitum, non aũt diuulſum. At vero hic dubium exoritur, an in ſanis hoc ſedimentum eſſe poſſit, vel tantum hypoſtaſis ſublimis, ſeu ſuſpenſum, quod etiam æneotema vocatur, cum nubeculas ſtatuat Gal. in textu in ſublimi parte vrinæ exiſtentes, ac ſuper natantes, bonam indicantes coctionem, quarum etiam cũ alibi meminerit, inquit. *Itaq; ſæpenumero (vt dixi) ſupernatat in vrina deſuper, quam ego nubeculã propriè ſolco nominare*, quod ex Hip. ſententia iam fecit. Cui dubitationi ex Gal. ipſius verbis ſatisfaciam, aſſerentis in corporibus ſanis partẽ craſſam copioſiorẽ eſſe in vrina, dũ fit coctio, quã perfectè facta coctione, & ſignum eſt, quod plus copia humoris, qui crudus appellatur euacuetur, vt in pueris, & in alijs plurimo cibo vtentibus, & otioſis eſt videre: hinc ẽt cruditatibus iſti repleti ſunt, & copioſiorẽ mingunt hypoſtaſim, vrinamq; colore clariorẽ eſſe, vt Gal. eum locũ eſt perlegere. Hinc ait Montanus *corpus aũt exactiſſimè ſanũ non habet contenta, præſertim ſi rectâ vtatur victus ratione &c.* Cur aũt Gal. in tex. non dixerit, queſo ſedimentũ? neq. ſuſpenſum? ſed tantũ *nubeculã, & ſublimamentum?* Reſpondeo quòd à Gal. nebula hypoſtaſis appellata quidẽ nõ deſumatur in vrinę parte media ſupernatãs, cũ talis hypoſtaſis ſublimis à Gal. *ſublimamentum* vocetur, quam potius deorſum tendit, quã ſecus. Contenta vero in ſuperna vrinę parte nubeculã nuncupare ſolebat, cũ ſcripſerit. *Sed ſatis erit, ſi habeant ſublimamentũ. Intelligo ſublimamẽtũ id, quod corpulẽtius,*
B *candidiusq. in vrina, neq; in ſummis eius, neq. in fundo vaſis, ſed in media ſede ſublime, vel exquiſitè mediũ, vel deorſũ potiùs, quam ſurſum exiſtat. Ea igitur ſolitus ſũ nominare ſublimẽta, ſed ab Hip. ea quoq. (nubeculæ nominantur, eandẽ obtinentes proportionẽ circa vrinã, quæ veræ nubeculæ ad aerẽ præferunt: etenim hæ humore, qui circiter eſt, corpulẽtiores: & itẽ illæ aereæ ſunt. Itaq; ſæpenumero (vt dixi) ſupernatat in vrina deſuper: quã ego nubeculã propriè ſoleo nominare.* Quò. n. nubeculę ſublimiores ſunt, locum vaſis ſupremum occupantes, eò quoq; magis de aerea vel ignea ſubſtantia continent, ac eò minùs de humore cõcocto participant. Nã, vt ẽt antea iam ex Gal. doctrina dictũ eſt hypoſtaſis concocta talis eſt, vt à calore naturali in humoris cocti ſuperflui naturam iam conuerſa eſt, cuius humoris natura ſua graue eſt ad deorſum, vt ad ſuum centrũ, tendere. Hinc quo magis ad fundũ matellæ tendunt, eo ẽt magis in humores coctos conuerſæ ſunt. Sin æquè medium locum vrinæ in vaſe poſſideant, æquè ẽt compoſitæ ex ſubſtantia aerea, & ex humore iam cocto erunt, & verificatur per id, quod Ariſtoteles inquit 3. & 4 cęli nempe omne corpus graue, vel leue tantũ de loco habere, quantum de forma leue, aut graue habet: hinc ſedimentum tantum de cõcocto habet, quantum de humore graue cum aliquo leue comixto. Nubecula itaque in ſuperiori parte eſt, ſublimamentum vero in medio loco, ſedimentum autem in infimo reſidet loco.

4. De ſan tuen. c 4.
Com. 2. prog. 26.
3. De criſib. c. 12
2 De vrinis c 8. ad finem.
Com. 2. prog. 1. 26.
2. De criſ. c. 12. & 4. de vic. rat. in mac. c. 67.

Dubium an in hominib. integra gaudent. ſanitate, id ſedimẽtũ in fundo depoſitum ſit, vel ſuſpenſum. Solutio.

Solutionis dubij confirmatio à Montano ſtatuta.

Dubium aliud. Solutio.

Sublimamentũ quod & nubecula a Gal. vocatur in medio loco iacet & potius deorſũ quã ſurſum & æneotema quoq. appellatur.

Cur cõcta quo magis ad fundum tẽdant, eo magis ẽt concoctos humores oſtendunt.

De concocto vrinæ ſedimento habet depoſitũ tantũ, pro vt de ſucco poſſidet graue in fundo reſidente.

C
C A P V T XXVII.

Vrinæ contenta in nebulam, in ſuſpenſum, ac ſedimentum ſecantur, pro vt tres ſuccorum in vaſis omnibus coctionis gradus indicant: hinc de iſtorum natura agitur.

TRes autem coctionis humorum gradus ex iam poſitis inueniuntur, quatenus tres loci ſunt vrinę in quibus vniũtur particulæ partis craſſę à liquidiori ſeparatę; ſicuti tres loci ſunt in vrina, in quibus ſeparatur pars vrinę craſſa à liquidiori parte, & in quibus vnitur, veluti nebula in aere, aut propè terram, aut ſuper terrã. Hypoſtaſis enim alta, quæ ſublimis pars ſeu ſublimata, & nebula quoq; appellatur, quæ potiùs cruditatem oſtendit, & quę à materia fit pituitoſa, dum ipſa pituita ſurſum fertur, & à calore igneo putrefaciente, & ſimul à calore naturali aereo coquente, ac etiam ipſam penetrante pituitam, hinc cum pituita ipſa permiſcetur, & ex parua fit ampla, ex graue leuis: vnde conflatur, intumeſcit, ac eleua-
D tur à calido eo valido, eleuante, iam concoctionem aggreſſo: Sin hyppoſtaſis ea ſublimis non alba fuerit, quippe veluti fumea, ſeu fuliginoſa, aut rubea, vel lutea, tunc humor viſcoſus eſt, qui vel aduſtus, aut biliosus à calore igneo inordinato: alta nihilominus fit etiam à calore naturali, cum eo igneo commixto, aereo, tumefaciente, & eleuante, vt ex Gal. 2. prog. 26. à quo etiam ea ſeparatio fit. Quam ob rem talis nebula alta, nigra, aut rubea, aut lutea in morbis, & morbũ quidem acutum, longitudinemq; ac difficultatem morbi denuntiat. Verùm multo deteriorem nunciabit, quoties circa vrinæ ſuperficiem hypoſtaſes fuerint diuulſę, vt granula diuulſa nigricãtia ſpiritu flatuoſo plena: tunc enim ab ingente calore igneo humor aduritur, & ſolida liqueſiunt corpora, cuius rei cum meminerit Hip. lib. prænot. p. 49. ex Foeſ. ait, *in vrinis autem, quæ nubeculas habent, conſiderandum venit, an ſupernè, an infernè ferantur, & quoſnam habeant colores, & quæ quidem deorſum feruntur cum dictis coloribus bonæ cenſendæ, & commendandæ, quæ ſurſum feruntur malæ, & vituperandæ.* De ſecundo verò loco, in quo ſuſpenſum, aut ſublimamentum, ſeu æneorema apparet, eadem ſanè eſt aſſignanda cauſa, & non niſi gradu, ac ſecũdũ magis, & minus à nebula differt alta; Pariter ĩ tertio loco laudabile reſidet ſedimẽtũ, qa ibi ſpiritus calidi innati, & igneus calor humores non eleuat putreſcẽtes, vt ſuſpenſũ, quatenus calor igneus minor eſt, & naturalis

Lib. de vrinis Gal. aſcripto c. 39.
1. De criſ. c. 12. & 4. de tuen. ſa. c. 4.

Nebula ſublimis in parte ſuperiori cruditatem portendit.

Et à quo fiat nebula ea ſi ea nebula alba fit à pituita cruda fit.

Si vero fumida vel fuliginoſa ſeu rubea aut lutea ea nebula à quo humore crudo proueniat.

Et quid in acutis morbis denotet.

Quid oſtendat ipſa nebula diuulſa, vt granula diuulſa nigricãtia ſunt vſtionem, etenim & colliquationem denuntiant

Sublimamentũ ſeu ſuſpenſum æneotema. & nubecula ẽt nũcupatũ in medio loco reſidens examinatur.

maior: vel q̄a humor coquēdus minor in quantitate est in nebula, aut quatenus minùs opposita, A
repugnantiaq; minùs ascensum habet, vt cæ minùs coctus magis ascendit nebula. Ideo et differt suspensū à nebula alia in eo, quòd magis de humore cocto participat, q̄ nebula, vt ex Gal. colligo quod erit, quando alias conditiones cocti sedimenti habebit: & sicuti de eo spiritu naturali, ita et de calore igneo eleuante, corrumpente intelligas. Ita.n. de sedimento reperiente in tertio loco asserendum est, tum fit in fundo matellæ, tum propè fundum, vbi magis de humore participat cocto, quam in secundo loco, & ita secundus locus habet maiorem humorem coctum, q̄ primus, cum vrinæ contenta sua natura quidem terrea sint: hinc in fundo resideant. Vnde nullatenus per se eleuantur nisi à calore, & à spiritu. Verùm iste tertius locus non est solùm in fundo, at à fundo vsq; ad quartam partem matellę inferiorem, qui totus occupatur à sedimento cocto: verum tantum in hoc tertio loco hyppostasis coctionem in venis factam esse significat, quæ hypostasis à quocunq; humore, iam cocto, & in humorem conuerso fit, assimilationem, & sanguinis perfectam generationē refugiente, vt Gal. 1. prog. t. 42. & 1. de cris. 12. partim verò esse debet aerea talis hypostasis, vt Gal. 2. prog. t. 26. hinc sursum eleuata ob substantiam aeream calidi innati, coquentis. Ea propter quartus locus in vrinæ cyatho datur in fundi superficie nimirum vasis, in quo contenta vrinæ sunt sine eleuatione vlla, & absq; vlla nebula: si aūt nullo modo neq; coqui possint, neq; sublimari, seu subleuari à calore naturali aereo constante, tumefaciente penetrando, ac eleuante, à calore præternaturali, vel à materiæ malitia, seu à materiæ peccantis crudę quantitate comprimente, ac suffocante victo, ac superato, aut aliquo alio modo resoluto, ac imbecilli facto, qui concoctionem aggredi minimè potest, hinc et non separat terrea excrementa ponderis causa à liquidiori parte separata. & contenta talia solum in ægris inueniuntur, ac in putredine graui; cum tria putredinis genera sint, quia excrementum vel coctum, aut semiputridū, vel prorsus putridum est. coctum aūt excrementum fit à naturali calore omnino vincente calorē putredinalem, ac tunc contenta in tertio conspiciuntur loco, à liquidiori separata parte, & in quandā sunt conuersa nubeculam, quæ has octo habet conditiones, nēpe alba est, leuis, lenis, nō aūt grauis, nec aspera, præterea continua, & vnita, non aūt intermittens, nec diuisa. Insuper debet esse æqualis, ac non fœtida continua nēpe semper eodem modo, non aūt per interualla, nec intermittens, sed semper tali, & quantitati humidi assumpti, ac in sanguinē coctum cōuersi proportionata: Vnde multa esse non debet. Ac deniq; figurę pirramidalis apparere tenetur. At verò putridū, & omnino crudū contingit dum calor naturalis debilis à putredinali calore aliquo modo superatus, ac victus sit, ac tunc in quarto narrato contentā sunt loco. Mediū verò putridū simulq; semicrudū fit quoties semicoctum vnà & semiputridū oritur, & dignoscitur dū contenta equè tam bonę hypostasis, & coloris mali vrinæ conditiones habuerint. Ex ijs verò statutis perpende conditionem leuis esse separatā à conditione lenis hypostasis, cum nubecula esse debeat partim leuis, non autem penitus grauis, vt residentia combusta omnino putrida, seu colliquata sunt in maximo incendio.

Differentia inter suspēsum in medio loco, & inter nebulam aliā in sublimi loco existētem. Sedimentum in tertio loco residens dilucidatur.

Datur et quartus locus in infimori loco in quo cōtenta cruditatē omnino perustam esse significant. Vnde in tertio tantum loco cō(tenta) residentia coctionē in venis adesse ostendunt perfectam.

Ista contenta in fundo residentia, vel cōbusta, aut colliquata vel putrefacta à calore igneo cōbust(a) vocol(?) quasi sio ac putrefactiuo.

Hypostasis in tertio loco optimam ostendens coctione in octo conditiones habet.

1. De crisi. c. 12. & 17.
2. Prog. t. 26.
Lenis ex Gal. 1. de diff. feb. c. 6.
2. De diff.. 6.
4. De cris. c. 12. & lib. de vrinis c. 40.

De quarto loco inconcoctum omnino putridum & omnino vstum.

Semicoctum vero, & semiputridum simul iunctum ostēdit vrina dum bona hypostasis sit & malus color.

Gal. 2. progn. 41.
Lib. de vrinis Gal. ascripto c. 40.
Gal. & Hipp. 2. prog. 26.

B

C

C A P V T XXVIII.

Contenta alios duos habent gradus. Vnde de corona, ac de circumagentibus vrinæ agitur, ac magis vrinæ nubecula explanatur.



Vpersunt autem duæ res in vrina mala, & cruda declarandæ, vltra subingalē vrinam; nempe coronam, & circumagentia, ad integram, & exactam cognitionem hypostasis coctę vrinæ explorandam. In media enim regione vrinę, & matellæ præter æneoremam vel sublimamentum à gręcis vocatum, seu suspensum à Latinis, etiam corona conspicitur interdum, quæ est circulus quidam per similitudinem illius oculorum membranę, quę, vt ait Gal. *iris, nonnulli verò coronam nominant*, quasi regiā capitis corona, vndique circulari figura non procul à loco vasis continente, quæ veluti circulus partem vrinæ liquidiorem circumambiens se habet, qui varius est, ac diuersicolor quandoque: Ista verò corona à calore quidē igneo colliquatiuo, seu colliquante humidū, vel nutrimentale, vel etiam substantificum in solidis corporibus, vel etiam in specie carnosa existens exoritur. Vnde ex quo ipsa corona quidem substantia est quadantenus crassa, & vnctuosa, seu pinguis, hinc etiam partim aerea, partimque humoralis: Humidum enim, quod à calore eo igneo liquescit, corporum certe solidorum, speciei que carnosę pars humidior, suauior, ac dulcior est, hinc etiam crassa, viscida, ac vnctuosa necessariò est: quæ pro corporis nutritione parata iam erat, vt in febribus colliquatiuis apparet, ac in febribus hecticis, in quibus humiditas substātifica consumitur, in tertia specie hecticę presertim, ac in secunda specie propè tertiam speciem: Verum enim vero aduerte partem vnctuosam in ea corona haud manere, sicuti in vrinis pinguibus manet, immo à calore igneo ingentissimo separatur pinguis: hinc ad sublimem partem, vt oleositas in vrina minimè ascendit; verum tantùm ad mediam ascendit regionem ea pars crassa, &

De corona.

Lib. de vrinis c. 40.
10. De vsu partium c. 2.

D

Corona natura sit corona vrinæ.

De contentis circumagentibus.

A ſa, & viſcida; & iſta corona omnino præter naturam eſt, rationibus iam allatis. Cotenta autem circumagentia proſus quoq. pręter naturam ſunt, nullumq; certũ occupantia locum in matella vrinæ, ſed vbiq; ſunt abſq; vlla ſeparatione partis craſſę, à parte liquidiori vrinę, q̃ ſe habet inter mediocrẽ craſſam & clarã, ac inter valde craſſam, ac turbidã; ac iſta quidẽ ex ſecũdo ac tertio genere compoſita ſemper inuenitur putredinis, aduſtionis, & colliquationis, vbi æqualis pugna adeſt inter calorem naturalem aereum, ac inter calorem igneum præternaturalem, vbique eſt agitatio materię à calore igneo facta, ac ſimiliter vbi tentat natura coctionem illius materiæ aggredi, verùm nequit impedita à ſuo æquali contrario: vnde eam partem craſſam ab alia liquidiori ſegregare nequit; hinc agitata ſunt ea contenta, & agunt, & reagunt, ſicuti actio, & reactio quoque calidi innati, & caloris præter naturalis æqualis eſt, vnde mouentur talia contenta circumagendo circa latera matellæ ob ſpiritum flatuoſum in ijs contentis in ea agitatione introcluſum, ac propter plurimum igneum calorem violenter eam materiam peragitantem, ac inæqualiter mouentem etiam multiformiter producit ea cõtenta, multiſque in locis inæqualiter: hinc inęqualiter etiam contenta iſta agitantur, ſenſimque ſicuti perfrigerantur, ita à ſpiritu flaflatuoſo, vt euaporoſo, ex quo conſtructa ſunt etiam conuelluntur, ac euaneſcunt reſpectu partis leuis: Pars verò grauis combuſta, aut putrida; aut colliquata horum cõtentorum, ex tertio gene

Circumagentia talia quid denotent circa cruditatem ingenuiſsimam.

B re dum vrina perſriguerit, ad fundi ſuperficiem vt ad quartum locum deſcendunt. Vnde talia contenta omnia non multo temporis ſpacio in media regione vrinæ permanent. At illa contenta non dum penitus vſta, ſemicrudam materiam indicant eſſe, ac inter ſpem, & metum euentus rem ſe habere denotant, ac talis vrina praua eſt, cuius cum meminerit lib. Gal. aſcripto de vrinis cap. 39. alt. *Vrinæ verò, in quibus nihil reſidet ſunt omnino prauæ* ibi per reſidet, nihil ſeparatum intelligit: Cæterum hæc me dixiſſe volui ad integram ſedimenti, nebulæ quoque impropriæ dictæ, vrinæ à Galeno poſiti in textu, in tertio matellæ loco reſidentis doctrinam acquirendam. Quod ſedimentum tantò magis participat de forma perfecta, quantò magis in parte inferiori illius loci erit, tunc enim magis de concoctione perfecta humoris habebit, quo grauior fuerit, dum tamen ea grauitas ſit vnà cum leuitate in ea nebula ſemper ſurſum tendente, & in qua leuitate etiam figuram pirramidalem faciens ſit virtus in ea nubecula, ſeu ſedimentum perfectum tres, aut quatuor gradus perfectionis habeat, & ait Gal. quòd ſatis eſt, quòd habeat primũ gradum ad coctionem perfectam oſtendendam ſaltem venturam, ac imminentem.

CAPVT XXIX.

C

Cruditatum notæ, ex vrina ſubiugali à Galeno exhauſtæ, explanantur.

Connexus.

Textus & commentus.

4. De tuen. ſan. c. 4.



Æterùm iam tẽpus eſt, vt ad reliqua accedamus à Gal. poſita in tex. de notis cruditatum dilucidandis, & per vrinę ſignificationes capiẽdis. Ideo pergit Gal. inquiens. *Quod ſi turbida ſit, qualis veterinorum uiſitur crudis refertas venas indicat, non tamen ceſſare naturam, ſed eos valenter concoquere.* Hanc vrinam etiam alibi poſuit, exarans. *Nam, quæ hac ipſa craſſior eſt concoctionem imperfectam ſignificat.* Cum dixerit deinde. *Adhue conturbata eſt*, cuius meminit Hipp. & idem Gal. *cũ craſſas et fuiſſe indicet, nec ſubſediſſe vrinas planè ſunt illæ ex conturbatis &c.* Cum duo crudarũ vrinarum genera ſeorſum contraria ſint, alterum quorum in vrinæ ſubſtantiæ conſiſtentia, in tenuitate conſtat, quæ vt nihil à calido innato alterata, neq; cocta: hinc etiam nihil in humorem reddita ſe habet. Alterum verò ex Hipp. quoq; ſententia in nimia craſſitie reperitur, vt vrina conturbata, ſeu turbida ab Hip. appellata: hinc ait Gal. *cum craſſas etiam fuiſſe indicet, nec ſubſediſſet vrinas planè ſunt illæ ex conturbatis, ac turbidis, vt ſolet hic appellare, quæ ſemper turbationem crudam annuntiant multo præditam ſpiritu flatuoſo, vt muſtum*, vt antea iam poſui. Horum autem duorum

3. De criſ. c. 12.

3. De mor. vul. ſect. & com. 1. 4. 5.

Gal. 1. de criſ. c. 12.

Hipp. locis annotatis.

3. De mor. vul. com. 1. tex. 5. 6.

Turbata vrina Hip. in ægra 3. lib. 3. de m. vul. ſect. 3 1. 72. & in ægro 6 lib. 3. de m. vulg. ſect. 3. t. 77. & in ægra ſeq. t. 78.

D generum crudarum vrinarum meminit, inquiens. *Nam quæ hac ipſa craſſior, aut tenuior concoctionem imperfectam ſignificat, ſi quidem altera non dum in humorem conuerſa eſt, altera verò adhuc conturbata eſt*, vt antea dictum eſt, dum inculpatæ vrinæ, ſeu perfectæ, & coctæ craſſitiem mediocrẽ ſubſidentem, ſeu ſeparantem poſuimus. Nam per *nec ſubſediſſe vrinas.* Hip. & Gal. intelligunt, vt vrinæ illæ partem craſſam à liquidiori parte ſegregatam ita, vt craſſa iſta ſubſideat, vt infra magis patebit: Vnde tales vrinæ crudæ ſunt prout concoctionem imperfectam in venis indicẽt, ob crudam turbationem plurimo flatuoſo ſpiritu plenam, factamq; à calore igneo præternaturali violenter humores in venis peragitante, mouente, & conquaſſante: etſi natura adhuc aggreſſa coctionem inſiſtet efficaciter concoquere, quia natura humoribus prędominatur. Poſtea ait Gal. *ſi verò celeris ſeparatio craſſi à liquido in ea cernitur, ſitq; quod ſubſidit album leue, & æquale iam iam ſuperatam eos omnes naturam indicat*, cum vrinarum turbidarum, ſubiugaliumùe tres differẽtiæ ſint; cum dixerit Gal. *cum triplex ſit vrinarum turbidarum differentia, quia vel, cum tales mictæ fuerint, paulo poſt reſident, vel ſemper ſimiles permanent: vel pura quidem minguntur, poſtea verò conturbantur. Praua quidem ex dictis tertia: mitis aũt prima: media verò inter vtranq; ſecunda. Quoniã, quæ*

1. De criſib. c. 13

Vrinæ ſubiugales quomodo cruditatem denotent.

Textus & commentus

4. De tuen. ſan. c. 4.

2. De criſ. c. 12.

Subiugaliũ vrinarum tres differentiæ in methodo curatiua.

A

statim quidem residet parũ aliquid inæqualis turbulentiæ s.peresse demonstrat: Quæ verò semper manet similis vigere adhuc, quæ est in sanguine agitationẽ ostendit: Quæ verò extra cõturbatur debet incipere concoqui: quare optimo iure ea pessima est: Nã & longiori tẽpore, et virtute forti indige; ad coctionẽ, sed quæ turbulẽta mingitur, statimq; subsidentiã bonã habet, morbũ haud ita multo post cõcoquendũ significat, atq; id circo mitior, & quoniã in tex. crudas posuit vrinas in meth. tuen. ian. in sanis, vt culpatas vrinas cruditarũ, seu affectionũ lassitudinũ: coctas verò in sanis inculpatas; alio vero in loco vrinarum cruditatum meminit in methodo medendi in ægris: Cæterùm cum primo modo duæ tantùm turbidarum vrinarum inueniantur differentiæ nempe mitis, ac media, prima, ac secunda: tertia verò, quæ praua, ac pessima est, veluti accidens desperatæ coctionis tantùm cum pendeat à causa morbifica, in ægris est, ac in methodo medendi: hinc à Galeno in textu relinquitur, ac solùm aliarum duarum meminit. Nam mitem primo posuit. Duo autem perpende in subiugali vrina, nempe turbulentiam, quæ fit dum calor naturalis coquendo altercationem habet cum calore putredinali, ex quo peragitatio, & conquassatio exoritur, & flatus etiam copiosus. Præterea separatio est, quæ vel tardè vel cito fit. Nam totum signum generale coctionis est segregatio partis crassæ à liquidiori parte, vt apertè ait. *Verùm omnium, quæ turbantur vrinarũ generalis nota esto, ipsius crassi à liquidiore separatio, aut propere, aut tardè facta, aut omnino nulla.* Generalis enim tum earum, quæ in corpore turbantur, ac turbidæ quoque minguntur, tum quæ extra turbantur, si nanque cito post turbata, aut micta turbata separatio, ac sedimentum fiat, cito etiam spes est naturam coctionem aggredi, sin tardè, tardè quoque spes est naturam coctionem crudorum aggressuram fore, Et ait aut omninò nulla, hic enim tangit tertiam differentiam. Verùm turbationis vrinarum causa immediata, seu prima, pariterque causa separationis dilucidanda venit. Verùm prius ad primum dilucidandum aduerte, quod flatus, qui etiam ventus est, vt Hippocrates, & Galenus asserunt, ac etiam Arist. & qui fluctuatio cum sonitu in corporis humani ventre, ac in hypochondrijs clydones appellantur aduerte inquam quòd nihil est, nisi aeris halituosi, ac exhalariui motus, vt Galenus, & Aristotel. asserunt. Vnde 4. meteor. cap. a. summæ tertiæ, ait spiritum esse fluxum continuum aeris ad longitudinem, ibi enim per spiritum quidem flatum intelligit, cum flatus de genere spirituum, & de genere aeris sit, vt Hippocrates & Galenus asserunt: Cum autem flatus aeris motus sit, à causa tamen motiua emanat, vt à causa efficienti. Idcirco ad caliditatem cum pertineat mouere: hinc à frigiditate flatus non mouetur, nec etiam à calore naturali valido, nisi cibi fuerint sua natura valde flatuosi, vt ait Galenus, quia is validè coquendo per se flatum non gignit: Vnde à calore deficiente fit, cum dixerit Galenus loco citato. *Est autem, & horum generatio in ipsis, quæ in ventre, sunt locis, succis quibusdam pituitosis, vel cibis inibi à deficiente calore in halitum solutis*, quem calorem vocat etiam moderatũ quod nono comp. me. 5. l. c. 9. Hinc Auicen. ait caliditatem, & frigiditatem validam flatui esse contrariam, quare mirum non est si Paul. Ægineta multos ægros frigidis solis præsidijs colico dolore vexantes curauerit, cum frigiditas flatum quiescat, non autem moueat, pariterque calor validus id efficiat. Quatuor autem requiruntur calori imbecillo flatum generanti, primũ enim vt agat, nimirum vt moueat, secundum vt id agens mouens in latione tale sit, quatenus mouet per se virtute alteratrici, seu coctrici naturali, nam calor præternaturalis debilis, cum non agat coquendo, flatum non efficit; à calore verò igneo putrefactiuo colliquefactiuo, ac vstiuo forti violenter succum in venis contentum agitando, ac mouendo flatus gignitur, vt in praua, ac pessima vrina turbida in febre cacoethe vehementi contingit. Tertium est vt agens imbecille esse debeat coquens adeò, vt exhalationes non resoluantur insensibiliter, dum excremẽtosum attenuaretur crudum ac in halituosum exhalabile conuerteretur, vt à calore naturali forte euenit, sed excrementosum in exhalationes simul congregatæ manere debet crudum, hinc flatum generat: quod nos docuit Galenus, ex itans *eodem modo etiam cum aerea substantia humido vapore coniungitur flatuosus spiritus in animalibus gignitur*: etsi etiam per accidens à calore naturali valido flatus gignatur, ob cibaria per se flatuosa. Quartum tamen est, vt non resoluat, immo promoueat solũ, cum itaque solus calor naturalis debilis has quatuor habeat conditiones: Idcirco iste solùm efficiens causa flatus erit, vt ait Galenus. Materialis verò causa, ex qua fit flatus, vt antea tetigi, est quidem succus, aut cibus pituitosus, vt eodem loco Galenus affirmat frigidus, & humidus, quatenus crudus sua natura frigidus & crassus, & lentus, vt Galenus ait: hinc incidentibus, & coquentibus flatum tollere deuincimur 5. de loc. aff. cap. 6. Vnde materia flatus cruda esse debet frigida, & crassa: A bile verò cum cruda per modum adustionis sit flatus gigni non potest vt dicunt Hippo. & Gal. nisi fuerit humor pituitosus, crassus, corruptus, in naturamque bilis colore factus, aut sit ab imbecillitate partis suffocatæ etiam ab aquositate copiosa; à sanguinea ideo massa pituitosa flatus oritur: Vnde sanguinea insinuatur plenitudo flatuosa potiùs quàm sanguinea, quòd ea iam calefacta imbecillitet fit, vt Galenus ait. Verùm etiam à melancholia flatum fieri, vt Arist. sect. 30. probl. 1. atræ etenim bili flatus tribuitur, & sicuti ventus à terra, ita flatus in nobis ab atra bile eleuatur, cum melancholia frigida, & sicca, & crassa sit terræ naturæ proportione respondens, Arist sect. 30. prob. 60. Vnde lienosi flatuosi sunt: etsi videatur ex materia sicca flatum gigni non posse, cum dixerit Auicen. humiditatem, & quidem etiam plurimã

flatus

Crudo methodo in præseruatiua duæ differentiæ tantum à Galeno statu æ f.e sunt, tertia vero tetigit solũ, non autem expressit. In turbida vrina & turbationẽ & separationem explorare tenemur.

Textus & commentus.

Signum generale coctionis est separatio cito, & propè facta, dum vrina turbida cito clarescit.

Turbationis vrinæ causa immediata est agitatio & ebullitio à flatu promanãs. Causa formalis flatus.

Causa efficiens agitãs & mouẽs flatũ calor quidem est naturalis deficiens seu imbecillus seu moderatus nẽpe non validus

Quatuor calori deficienti flatũ producenti insunt.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Flatuum causa materialis succus pituitosus frigidus & humidus, crassus, & viscosus est: vel humor aquosus malus

Pituita corrupta in naturamq; bilis flaux mutata flatũ gignere potest.

Quæstio an à melancholia flatus oriri valeat vt Aristoteles existimauit.

Plurima humiditas causa materialis flatus frigiditas vero & crassities causa perdurationis flatus.

Solutio.

a. De tuen. san. c. 3.

2. De crisib. c. 12.

Ibidem.

B

5. Eph. 72.

Lib. de mundo c. 3.

3. De symp. cau. c. 2.

3. De symp. cau. c. 1 & c. 2.

Sect. 26. proble. 3.

Lib. de flat. & 2 epid. c. 3.

3. De symp. cau. c. 2 & 12. meth. c. 8.

Lib. 3. f. 20. c. de coitus diminutione.

Gal. 3. de symp. caus. c. 2.

C

Lib. de plenitudine c. 10. & 12. meth. c. 8.

7. De decret. Hipp. c. 4.

3. De symp cau. caus c. 2.

1. De alim fac. c. de tritico. & 12. meth. c. 8 & 5. de loc. affec. 7. & 9. de comp. me. 5 l. c. 9.

D

Lib. de plenitu. c. 10.

Lib. 3. f. 20. t. 1. c. 17.

Lib. de plenitudine c.11.

A flatus cauſam materialem eſſe; frigiditatem verò, & craſſitiem cauſam eſſe perdurationis flatus, & interdum eam materialem cauſam, & efficientem iuuare. Cui dubio reſpondeo flatum oriri ex pituita, ſeu ex ſeroſo recremento vna cum melancholia commixto, quo melancholia valdè obdelectatur, vt cinis aqua obdelectatur, vt teſtatur Ariſto. in problem. hinc Hippoc. 4. de morb. ait ſplenem eſſe locum aquæ, & Gal. ait Melancholicos ſaliua eſſe præditos, & à potu abſtinentes, cum habeant ſanguinem ſeroſum, vt 6. de morb. vulg. & Ariſt. ſtatuit corpora ſanguinè dilutum habentia timidiora eſſe; cùm timor ſemper ſanguinem mulancholicum arguat. Hinc ab humiditate extranea melancholiæ commixta cum ſubſtantia frigida, & craſſa, à calore languido iam narrato flatuoſum gigni ſpiritum pateat, qui omnibus noſtri corporis partibus, etſi duriſſimis, vt oſſa ſunt, ineſſe poteſt, vt Hippocrates lib. de flat. & Galenus inquit. Quibus autem ſtatutis facilè vrinæ turbationis cognitionem ingredi poſſumus. Nam cruda ea turbatio vrinæ à multo ſpiritu flatuoſo, in ea introcluſo, procul omni dubio procreatur. Verùm ſpiritus iſte flatuoſus copioſus ipſi cruditati incluſus, vel ob motum conquaſſantem, turbantemuè aeream ſubſtantiam fit, vel propter calorem deficientem naturalem, mouentem eam ſubſtantiam aeream. *Ac ſpiritus quidem, qui in corporibus inſunt flatus nominantur, qui verò extra corpora aer.* A ſpiritu enim flatuoſo plures præter naturales fieri affectiones aſſeuerat Hippocrates horroremque fieri, hoc modo declarat.

14. Meth. c.7. & 12. meth. c. vlt. Artic. lib. 1. ſa. doct. 1. c.9. 1. Decriſib. c.12. & in 3. de mor. vulg. com. c.5. Hip. l.3. de flat. p.274. ex Foeſ. & p.275.

Ibidem p.276.

Melancholia pituitæ ſeu ſeroſo excremento iuncta generationem flatus iuuare valet. Ideo in liene eſt flatus cùm in liene melancholia ſit, & aquoſus ſuccus.

Vrina cruda turbata à multo flatu ſeu ſpiritu flatuoſo ei permixto emergit, ob calorē deficientem peragitantem contenta & vrinæ aquorem ſimul conquaſſantem.

B *Quando igitur corpus cibis expletum fuerit, tum ſpiritus magna quoque copia accedit, diutius immorantibus cibis, qui quidem cum præ multitudine nequeant, diutiùs immorantur: obſtructo autem inferiore ventre in vniuerſum corpus flatus percurrunt, & ad ſanguinem refertas partes illapſi eas refrigerant: At refrigeratis his locis, in quibus fontes, & radices ſanguinis continentur per vniuerſum corpus horror penetrat*, cum flatus copioſus in omni corporis parte ineſſe valeat. Ex quibus conſtat, ex cruditatibus frigidis flatum gigni, & inflationem exoriri poſſe, concurrente calore naturali debili: hinc ex his cruditatibus flatuoſis plures oriuntur morbi, & ſicuti talis cruditas per vniuerſum corpus recurrens horrorem gignit, ita in venoſo genere cruditas talis ſpirituoſa vnà cum ſanguine introcluſa propter viarum anguſtiam, exitum deſiderans, mouetur, ac alteratur à calore naturali coquente debili, vel ex ſanguine excrementitio crudo, pituitoſo, aut à cibis pituitoſis fit: ideo etiam turbeſcit in corpore; vnde mingitur vrina turbata; Sin in corpore non promoueatur, nec etiam turbeſcat: Vnde ſpiritus vnà cum vrina clara mingitur, tamen extra corpus promouetur, ac turbatur vrina extremam indicat cruditatem. Turbatio igitur vrinæ in latitudinibus à calore naturali alterante, vt coquente valido non fit niſi per accidens ratione humoris crudi, coquendi per ſe flatuoſi, ac valde crudi, & copioſi, non autem à calore valido per ſe:

3. De ſan. tuch. c.9. & 4. de ſan. tuen. c.4. & 5. de loc. aff. c.6. & 1. de ſymp. cauſ. c.2.

3. De ſymp. cau. cap. 2.

Turbatio vrinæ à calore naturali coquente valido non fit, niſi ratione cruditatis ſuccorum copia peccātium. Aut dicendum vt is calor validus ſimpliciter non ſit validus pro ſumma copia cruditatis coquēda immo debilis.

C Verum pro vt neceſſariò materia ea admodum cruda flatuoſa ſpiritalis ſuperuacanea per ſe mobilis, & maximè agitabilis, ac turbabilis, & vaporabilis exitum quærens ſit potentia. Vnde coctionem, quæ alteratio eſt, elixationi ſimilis, accipere nequit, quin priùs præceſſerit turbatio eius, vt paſſio ſua propria cruda prius tenuanda, digerenda, ac reſoluenda, ad materiæ illius ſubinde eam coctionem exactè acquirendam, ac poſſidendam. Hinc Galenus ait, *fortis autem calor cum longo interuallo nutrimentum ſupereſt amplius quàm pro halitu generando id attenuat, niſi tamen flatuoſum ſit natura.* Calor enim validus longo temporis ſpatio nutrimentum ſuperando id conficit magis quàm pro halituoſo flatu generando id attenuet: ſicuti è contra calor deficiens priuſquàm conficiat, nutrimentum attenuat, ac in halituoſum flatum conuertit: ſubinde conficit; per conficere autem Galenus intendit ſanguinem perfectè coquere. Vnde gignitur flatus, non à calore naturali valido ſimpliciter: verùm prout ea materia ualde cruda, & copioſa ſit per ſe potentia flatuoſa, quæ ad actum flatuoſa reducitur ab agente per accidens, cum talis per ſe potentia ſufficienter non ſit ad actum acquirendum: aut ſatius dicatur calorem ſimpliciter validum, tamen in relatione ad materiam admodum crudam, & copioſam coquendam eſſe imbecillem. Ideoque quo citiùs, ac uehementius urina turbida emicta clareſcit, eò citius etiam, ac efficatius crudi illius humoris tenuationem, & coctionem exactam naturam aggrediendi, ſpes eſt, ut id nobis nuntiat: Sicuti è contra quanto tardius, ac languidius clareſcit, tanto tardiùs, ac tanto imbecillius tenuatio flatus, & cruditatis coctio eſt expectanda.

3. De ſymp. cauſ. c.3. & 1. progn. t. 42.

Horum humorū concoctio fieri nequit, niſi prius ea vrinæ turbatio præceſſerit, vt horum crudorū paſſio propria vt ſubinde coctione ſuperuentura à ſeparatione indicetur.

3. De ſimpl. cau. c.3.

Quo citius ac vehementius vrina turbata clareſcit, eo citius etiam hi crudi ſucci cocturi erunt & ē quo tardius clareſcit, eo tardius cocturi.

D Calor uerò naturalis languidus urinas per ſe turbare poteſt agendo, tamen ijs quatuor conditionibus antea narratis, ut ex Galeni uerbis elicio, dicentis. *At calor, qui in cibos agit quidem: Cæterum diminute is eos quodam quidem modo diſſoluit, non tamen priùs conficit, atque hinc oritur flatuoſus ſpiritus: nam à deficiente calore cibi in halituoſum ſpiritum flatuoſum reſoluuntur.* Quocirca quo efficatius calor naturalis æquè tam ualidus, quàm languidus eos crudos flatuoſos tenuat ſpiritus, ac digerit, ac in euaporationes reſoluit, eo ualidius concoquit eos humores crudos: ac etiam humores iam factos, & coctos eò celeriùs & ualidius à ſeroſo liquidiori ſegregat recremento; ſicuti per oppoſitum quanto leuius tenuat, ac debilius uaporationes eas reſoluit, tanto quoque mitius concoquit, ac tanto languidius, ac tardius tum ſeparat, tum ſedimentum efficit. Si uerò nulla ſeparatio fiat, neque ulla quidem coctio fieri poteſt, neque ulla etiam turbidi crudi flatuoſi tenuatio, nec reſolutio: immo tunc uiget calor igneus præternaturalis, aut putredinalis, aut uſtiuus, aut colliquefactiuus, qui ſuccum, in uenoſo genere contentum, peragitando, ac dimouendo flatum efficit, ut Galenus uoluit, ut antea dictum eſt. Quocirca deſperatæ coctionis ſignum eſt:

1. De criſ. c.12.

Lib. de plen. c.10. & 12. meth. med. c.8.

Si vrina turbata non clareſcat; tūc nulla coctio expectanda eſt. Deſperatæ cōcoctionis ſignum eſt vrina mucta clara, ac deinde turbeſcat.

vbi

A

Eodem loco.

vbi urina clara mingitur mox turbescit: Hinc urina turbida emicta, quæ similis etiam manet, praua quidem est: At uero tertia utique pessima se habet: etsi quandoque etiam cum tali urina aliquos ægros sanitati restitutos fuisse exploratum habuerim: existente tamen uirtute pulsus, calidi innati, cordi implantati ualida, ac ratione uehementiæ symptomatum in augmento morbi est; cum dicat Gal. *Nam & longiori tempore, & virtute forti indiget ad concoctionem:* Ideò si hęc urina in morbi principio contigerit adhuc longiori tempore indigeret respectu copiosioris materiæ crudæ, coquendæ, cum ipsa vrina tertia tantùm in ægris fiat. Concludit autem Galenus in tex. de prima differentia inquiens. *Ergo si protinus* separatio *fiat; & quod subsidit sit album, leue, æquale, superiorem longè naturam succis quos concoquit ostendit: Sin bonum sit, quod subsidit, sed quod post longius interpositum tempus colligatur etiam naturam temporis spacio separaturam succos nunciat.* Ea propter semper tenemur nos eam separationem partis crassæ à liquidiori parte factam, & eam sedimenti collectionem explorare in vrina turbida, quod etiam in alijs vrinis verum denotat; Cum non satis sit bonum sedimentum in vrina crudorum succorum in sanguinem iam conuersorum confectionem in venis factam ostendens, quia requiritur etiam celeritas temporis, qua sedimentum bonum vniatur, quæ naturæ superantis succis crudis, & coquentis prædominium significat. Quamobrem sedimentum bonum celeriter collectum superiorem valde naturam cruditate humorum, quos concoquit esse, nos docet: *& iam iam superaturam* prorsus *eos omnes* humores crudos *naturam indicat*, vt antea in tex. exarauit Gal. Sin sedimentum bonum fiat longo temporis spatio naturam quoque temporis decursu tantum superiorem fore, & concoctionem *aggressuram insinuat*. Ideo subinde ait, *si verò vel omnino nulla separatio, vel id, quod subsidit malum sit, imbecillitas naturæ significatur, egetque ope aliqua ad succos percoquendos.* Nam si in ægris nulla separatio fit, tunc enim spiritus calidi innati vnà cum parte solida cordis simulque spiritu calidi influentis venarum, & arteriarum consequenterque totius corporis, qui in sua qualitate tum prima, tum secunda originali aerea bezoarticis, ac refrigerantibus, tum epithematibus refrigerantibus, & cardiacis conseruandus; similiter etiam in quantitate: Igneus nanque factus calor is, corpus nostrum corrumpit, & liquat, vt ignis ligna, & adipem vrit, & liquat. Sin quod subsidet malũ sit in sanitatis tuitionis methodo, aut si aquosa vrina, & alba cũ tenuitate, & copia cruditatum magna fuerit, vnà cum viarum stipatione, & parte affecta suo calore naturali proprio præcordiorum priuata, ac imbecilli reddita, quæ neque coquere, neque expellere potest, moderatè calfacientibus, laxantibus, digerentibus, ac resoluentibus sine attractione eam partem fouere tenemur, vt particulariùs loco proprio dicam. Hæc itaque executioni mandare tenemur, ad iuuandam debilem concoctionem, *si vel omninò nulla separatio, vel id quod subsidet, malum sit:* Tunc enim *imbecillitas naturæ significatur*. Quocirca *eget ope aliqua ad succos percoquendos*, cuius signi meminit etiam alibi, dum posuit notas perfectæ coctionis, debilis coctionis, ac mediæ coctionis per vrinas acquirendas, hoc modo. *Debilis verò coctio est, quando ex aquosa mediocriter subpallida facta fuerit, & quidem si turbida apparuerit, & talis permanserit, & rufa etiam, ac tenuis ex eodem genere est*, vt etiam posui antea; vbi etiam perfectæ coctionis, & mediæ coctionis notas à Gal. statutas inuenias.

Prima differentia si illico subsideat & sedimentum album leue, æquale qd denotet ex Galeni verbis.

Si vero nõ cito quid ostendat. Sedimẽtum bonum non suffi cit ad coctionẽ ostendẽdam in vrina turbida clare facta, cum & celeritas temporis qua ea vrina subsidet requiratur.

Textus, & commentus.

In sedimento malo & vbi nulla separatio fit in vrina subiugali & in alijs quid agendum pro naturæ auxilio.

Textus & commentus.

4. De tuen. san. c. 4.

B

4. De tuen. san. c. 4.

12 Meth. c. 8. & com. 4. aph. 37.

In 6. de morb. vulg. c. 5. t. 5. & lib. de marco. c. 3.

1. De crisi. c. 17. & c. 12.

1. Ad Glauc. c. 10 & c. 14. de consanis med. c. 12. & com. 3. de vict. t. 29. & com. 4. de vict. t. 44.

C

4. De tuen. sanit. c. 4.

4. De crisib. c. 17

C A P V T XXX.

Concludit Galenus ita veras esse cruditatum, & concoctionum notas generis venosi, sicuti veræ sunt cruditatum vniuersi corporis notæ sudoris, ab eo antea constitutæ.

D

Sicuti vrinæ notæ rectè ostendunt cruditatẽ & concoctionẽ succorum vasorum ita notæ per sudorem assumptæ veræ sunt totius corporis.

PErgit autem Galenus in textu: *Sicuti verò vrina succorum, qui in vasis sunt, qualitatem prodit; ita sudor, aliaque, quæ per vniuersum animalis habitum apparet eos, qui illic sunt affectus demonstrant.* Statutis enim notis cruditatum in secunda regione existentium. Concludit eas vrinæ notas esse veras, sicuti notæ ab eo iam positæ cruditatum vniuersi corporis à sudore desumptæ veræ sunt.

CAPVT

A

C A P V T XXXI.

Cruditatum primæ, ſecundæ, tertiæ, & quartæ regionis ſimul notas ex caloris, & frigoris ſenſu, & ex colore totius habitus corporis Galenus declarat.



His autem ſecundæ regionis cruditatum ſtatutis: Proponit, ſe poſiturum eſſe no- Connexus.
tas cruditatum non modò in ea prima, & ſecunda cruditatum regione repetien
tium, verùm ſimul, ac tertiæ, nec non quartæ regionis, per affectus vniuerſi cor-
poris humani aſſumendas. Atque id prius per primas qualitates actiuas efficit Textus & commentus.
cum dixerit. *Quippe ſuperantibus in eo calidis ſuccis inſolito caloris ſenſu vrgetur:*
frigoris verò quum frigidi dominantur. Subinde autem idem per colorem vniuerſi Textus & commentus.
habitus corporis explanat, cum exarauerit. *Iam albiores pituita ſuperante ſicuti qui pallidiores ſūt*
B *bili abundante cernuntur. Quod ſi meracior bilis ſit etiam planè flauiores,* & ratio ab eo redditur, *ſi* Color ρὸ'or præternaturalis à ſucco emanat non à partib. ſolidis nec à ſpecie carnoſa.
quidem color à ſucco prouenit non ex ſolidis animalis partibus, vtique quum ſe ſucci in altum naturali-
ter non receperunt. Sicuti etiam de ſudore antea dixerat *ex ſolo colore pallidus pro bilis ratione ap-*
paret, &c. Meracior autem bilis nempè ſincerior abſque pituitæ mixtione, quæ in pallida contin
In 3. de m. vul. com. 1. t. 5. git, flauiorem efficit habitum. Pro alto vero cutem intelligit, partes ſolidas, & ſpeciem carnoſam
circa cutem exiſtentes, ſicuti per contrarium pro profundo genus venoſum i ntendit.

C A P V T XXXII.

Cruditates mordaces, & calidas ab accidentibus, à calore exortis dignoſci poſſe ſicuti cruditates pituitoſas, & frigidas ab accidentibus à frigore productis noteſcere poſſe Galenus demonſtrat.



Cæterùm cruditas in partibus ſolidis, & in ſpecie carnoſa, ac in venulis extremis Connexus.
C harum partium exiſtens, ſi fuerit in cerebro, vt in parte organica, animi quidē
affectus ſeu imaginatio deprauata fiet, ſin per partes muſculoſas tranſmittatur
pituita vitrea, aut alia frigida; rigores per totum corpus fiunt: cum dicat. *Ac-*
4. De tuen. ſan. c. 4. *cidit verò id illis propter frigora, rigores, vel animi affectus: veluti timores, vel in-* Textus & commentus.
gentem triſtitiam, vel inſipientem verecundiam quorum nullum ſi adſit, nunquam ſe Rigores vel animi affectus propter frigora à ſuccis &c.
in altum recipient ſucci; æque neque in cutem violentius irruentes hanc adurent vnquam, niſi animus
aliquo modo affectus ſit, aut aſtu immodico animal extrinſecus oblæſum. Ergo vehementer commotis, In cerebro pituitæ vitreæ ichor exiſtens quid facit.
aut iratis, aut in pudore veluti reciprocantibus ſe humoribus inſpicere colorem non oportet. At ſi nec
ambientis violentia calidi, frigidiue, nec vllus animi affectus, cuiuſmodi iam dictum eſt ſubſit certiſſima
ſucci animalis cognitio ex colore datur. Quod pituitæ frigidiſſimæ nempè vitreæ ſerum timidita-
In 6. de m. vul. c. 1. t. 38. tem quidem ſeu pauorem efficit, ſi in cerebro fuerit iam antea dixi cap. 17. vbi de ichoribus egi
ex Hippoc. & Gal. mente; non tamen vigiliam, nec animi perturbationem, nec motum cum ter-
rore, quia in eo torpor eſt, & frigus tantum, non autem mordacitas, nec malignitas: Acidæ verò,
& ſalſæ pituitæ, ſaniem animi perturbationem, ac motum cum terrore, vigiliam, & pauorem effi
cere par eſt: Bilis verò flaua, ac eius ichor, atque bilis ſerum timorem ingentiſſimum, ac mæſti- Bilis flaua & eius ichor, & atræ bilis ichor reſidens quid gignit & melancholia.
tiam faciunt, ob aduſtionem fuliginoſam obſcuram, & acredinem horum ſuccorum, & vigiliã,
D delirium, phrenitidem, furores, animi perturbationes, & motum cum terrore producunt. Verū
6. De m. vul. c. 1. t. 38 & 1. de m. vul. c. 3. t. 74 & in 3. de m. vul. c. 1. t. 5. bilis flaua, & atra, ac earum ichor per ſe, timorem gignunt, mæſtitiam vero per accidens, & con-
ſequēter timorem vt Gal. in ſextum de morb. vulg. c. 2. t. 38. Melancholia verò vtranq; æquè per
ſe gignit 3. de loc. aff. c. 6. item vigilias, & motum, ac perturbationem animi cum terrore, & inſi-
pientiam, verecundiam, ac inſipientem dementiam facit, vt Hippoc. in Epiſto. ad Dem. Regem.
Quocirca quilibet eorum crudorum ſuccorum, qui in cerebro fuerit, eius effectum, cerebrum lę-
dendo, producens manifeſtabitur, ab actione læſa animali deprauata, aut diminuta, aut abolita,
& oportet, vt illi affectus ſint præter rationem, non autem cum ratione, vt in iratis &c. neque vt
ſit paſſio non perdurans, immo paſſibilis qualitas perdurans ſit accidentalis, dicit autem Gal. Textus & commentus.
4. De tuen. ſan. c. 4. *propter frigora, rigorem* quia 2. de diff. feb. c. 6. ait. *Acida verò, ac vitrea pituita, ſi in perſentientes*
corporis partes deferatur ſine febre rigores generat, ſalſa verò non rigorem, ſed horrorem cum febre ef
ficit de quacunq; autem horum humorum plenitudine impropriè vocata ait Gal. *Si verò etiam*
De cur. rat. per ſang. miſſ. 10. in fine. *admodum creuerit talis plenitudo, tum & corporis illis grauitas ineſt, atq; ad motus pigritia tum men-*
tis tarditas, & ſenſus hebetudo.

CAPVT

A

CAPVT XXXIII.

Cruditatum vniuersi corporis notas antea partim à Gal. explanatas, adhuc ex colore habitus totius corporis, Galenus manifestat.

Connexus. Notæ cruditatũ totius corporis ex coloribus. Textus & commentus. Quæ notæ à coloribus exhaustæ certæ sunt: cum in cute color præter naturalis à cruditatũ colore emanet.



DEnique Gal. proponit, notas cruditatum in vniuerso corporis habitu residentiũ, per colores capiendas omnino esse; quas ante promulgare cœperat: ait ergo cognitionem per colores acquisitam certissimam esse: Ideò pergit inquiens. *Tanquam igitur corpus sicubi albius solito est effectum pituitosum abundare succum indicat: sicuti pallidius, aut flauius biliosum: ita sicuti ad rubicundius quam pro natura est mutatum sanguinis abundantiam subesse significat: sicuti ad nigrius nigram superesse bilem ostendit. Videas præterea ceu plumbi colorem aliquando nõnullos habere: rursus aliquando ceu mixturam esse albi, liuidique: aliquando liuorem solum sine albo consistere: Ergo eiusmodi colores crudos dominari succos indicant.* Hic finem posuit notas cruditatum statuendi: & cum hæc pars ex se ipsa clara sit, nullam explanationem ingrediar: Tria autem mihi notatu dignissima sese offerunt, quorum primum est quòd sicuti in toto corporis habitu color denotat cruditatis speciẽ copiosã, ita in cute capitis, in alopecia cognoscitur cruditas, quæ in causa est alopeciæ, vbi ait Gal. *Qui in alijs confestim albidior est, in alijs pallidior, in alijs verò nigrior. In quibus igitur cutis in capite color apparet albidior à corrupta pituita* in cute ea capitis, non autem in cerebro, tunc enim lethargus fieret *vitium esse indicat, in quibus autem color apparet pallidior vtendum medicamentis, quæ pallidam bilem vacuant: sicuti ijs, quæ nigram vbi color apparuerit nigrior.* Secundum est, vt habitum ponat magis æquo rubicundiorem, tanquam signum notificans sanguinem crudum copia prædominari: Vnde sanguinem crudum abundantem, vel tenuiorem esse patet, cuius meminit Gal. vel sanguinem consistentia moderata, cuius intelligit hic Gal. meminisse, sicuti etiam de eo intẽdit Hip. alloqui, dum habitum rubeum, immo magis iusto rubicundiorem statuit; & etiam Gal. alibi posuit, vt signum etiam plethoriæ: Sanguis vero crudus is quidem est in prima differentia cruditatum tum pituitosarum, tum mordacium, in qua audacter sanguis detrahendus, cũ valdè à natura confecti sanguinis minimè distet, vt ait idem Gal. Tandem interdum habitus albidior à pituita salsa quidem prodit; & corpora squalida sunt ista, & calida valde, & sicca non autem frigida, & humida, & hoc admodum valet, ne decipiamur.

4. De tuen. san. c. 4.

B

A colore dignoscitur à quo crudo succo alopecia fiat.

De remedijs parata facilibus c. 6.

Gal. 4. de cau. pulsc. 14. & 4. de præsig. ex puls c. 8.

In 3. de m. vulg. c. 3. tex. 5. & 3. prog. com. 3. t. 27.

Sanguis crudus quis nam intelligendus sit.

Hipp. 6. de mor. vul. c. 3. t. 21. & de vict. rat. in morb. ac. com. 4. t. 26.

9. Met. me. c. 4.

C

4. De tuen. san. c. 4.

CAPVT XXXIV.

Cruditatum obstructiones, tensionesue gignentium in partibus solidis, in specieque carnosa, in extremisque venulis secundæ cruditatum regionis notæ explorantur.



CÆterùm superest, vt cruditatum obstructiones, seu tẽsiones in corporibus solidis, specieq; carnosa, ac in eorum venulis extremis producentium indicatiua explorem signa. Cum hæ cruditates eas facere possint obstructiones; vel sua copia peccantes, seu crassitie, aut viscositate, seu glutinositate, ac lentore; copia autem peccantes sunt vel cruentæ, quæ à rubea vrina dignoscuntur, vt ait Gal. hinc venæ sectio inter præsidia præfertur ad obstructiones eas attendas, etiamsi nullius plenitudinis signa sint, vt ait Gal. vt principale remedium; hinc fortassis plethoriæ signa quoq; erũt: Aut copia non cruento colore peccant, immo albę sunt, aut flauę, aut nigrę, etsi pręsertim albę, in quarum curatione venę sectio principaliter minimè conuenit: verùm ceu præsidiũ, sine quo obstructiones ab ijs cruditatibus prodirę, tolli non possunt; Cruditates enim istę copiosę plùs venæ sectioni cedunt, quàm pharmacis purgantibus, antequam pręparantibus vtamur, vt ex Gal. & Hip. colligo, quod etiam in morborum inflammationibus verissimum est, vt iam lib. 2. de mor. mag. sang. iam dixi. At cruditates istę dignoscuntur à tensione partis spongiformis sua natura patuę, vacuę, rarę, & mollis, iam plenæ, densę, duræ, & magnæ factæ; nec non à spirituosis, seu flatuosis distentionibus in extremis vasorum partibus angustis, ortis, cum grauitatis sensu, vt patiens cogatur ea parte graui decumbere. *Quod si halitu sus quoq; spiritus, cui non pateat exitus ibi concludatur: non solùm grauitas, sed tensionis etiam sensus sequitur.* ideoq; Gal. 4. de tuen. san. c. 4. talia hypochõdria à flatu turgida, & inflata appellauit vt lib. 6. c. 12. dicam, & lib. 4. c. 18. In talibus itaq; hypochondrijs, ne dum grauatiuus dolor, verum etiam dolor extensiuus fit; & licèt id de hepatis obstructionibus statuere intendat Gal. nihilominus etiam idem de liene, mesentereo, & pancreo, vtero, ac de alijs partibus intelligendum venit, Pręterea à læsa actione partis instrumentalis cognoscuntur, & ab excrementis exeuntibus mutatis, & ab accidentibus, quę sequuntur, ex

10. Meth. c. 2. & 9. meth. c. 1. 8. meth. c. 4.

In 3. de m. vulg. c. 1. t. 5.

D

F. Meth. c. 4. & 10. meth. c. 8.

Gal. 9. meth. c. 4. Hip. de v. ct. rat. in m. ac. c. 1. 3. & 2. de mor. p. 44. ex Foes. Hip. lib. de pass. ... & Gal. 2. ad Glau. c. 3. & c. 2.

Cruditates obstructiones efficiẽtes à quibus dignoscuntur.

5. De loc. aff. c. 7

Hypochondria turgida & inflata à flatu vnà cũ cruditatibus. 6. De loc. aff. c. 8 & 5. de loc. aff. c. 6. & c. 7.

5. De loc. aff. c. 7

2. Ad Glau. c. 2

læsa

A læſa parte ea inſtrumentali, ex copioſis cruditatibus albis, aut nigris, vel flauis. Cruditates verò craſſæ, viſcidæ, ac lentæ obſtructiones efficientes, vt tales, abſq; copia obſtruente, vt partibus anguſtis, ac ductis, & denſis contingit, vt venulis renum, eſti etiam in partibus mollibus hæ gigni poſſint obſtructiones, vbi venæ anguſtiſſimæ ſua natura fuerint, veluti in Iecinore, & liene, & vtero. Conſtituit enim Gal. pulmonis carnem ſpatioſitatibus plenam eſſe, hinc etiam ſpongioſã: contra verò renum carnem denſiſſimam: ſplenis verò carnem etiam ſpongiformem, minus verò longè pulmonis carne; ſicuti hepatis caro inter renum, & ſplenis carnem ſe habet, vt antea dixi. Quocirca quanto ſpongiformior eſt pars, tanto magis obſtructionibus, à copia genitis, laborare poteſt, ac tãto minùs obſtructionibus à craſſitie, viſciditate, & lentore productis affici valet; per oppoſitum verò quò denſior, ac ductior eſt pars, eò magis etiam obſtructionibus à craſſitie, viſcoſitate, ac lentore ortis lædi poteſt, eòque minus à copia. Verum inter ſplenis, ac pulmonis carnis formationem, meſentereon, ac pancreon conſpicitur. Tales cruditates dico dignoſcuntur, vt ait Gal. exatans *obſtructiones à craſſis, & viſcoſis humoribus ſpirituoſæ, ſeu flatulentæ diſtentiones, idq; in extremis vaſorum partibus, quæ ex venæ ipſius poris exoriuntur. Has quidem obſtructiones ſequitur grauitatis ſenſus, quæ dextro hypochondrio,* aut ſiniſtro *incumbat. Quod ſi halituoſus quoq; ſpiritus, cui non pateat exitus ibi concludatur, non ſolùm grauitas, ſed tẽſionis etiam ſenſus ſequetur.* In poris enim,

5. De tuen. ſan. c. 7.

2. Ad Glauc. c. 2 Idem Hippo. de priſc. medic. ex Marinello f. 6. t. 39. & 40.

3. De loc. aff. c. 7 Idem lib. de ſalub. diæta Hip. tex. 30. & com. Gal. & 4. de tuē. ſan. c. 5.

Differentia inter partes quæ facilè obſtructionibus à copia ortis laborant, & quæ facilè obſtructionibus à craſſitie genitis afficiuntur.

A quibus hæ obſtructiones dignoſcantur.

B ait Gal. craſſos, & viſcoſos humores, ſeu poroſitatibus, ſeu ſpatijs carnis, tum ſolidorum, tum ſpeciei carnoſæ obſtructiones efficere; tum pituitoſos, tum melancholicos, parteſque imbecillas, ita eos crudos reddere poſſe humores vt non modò coquere, tenuare, ac reſoluere eos non valeant; verùm neque etiam expellere, neque attrahere, neq; tranſitum chyli à ventriculo ad hepar permittere, vt meſenterion eſt. Nam hepar imbecillum attrahere chylum nequit, quandoq. nec lien melancoliam immo à deficiente calore partis ita læſæ plus longè cruditates in halituoſum ſpiritum flatuoſum debiliter reſoluuntur, ſi aerea ſubſtantia humido vapori, à calore debili genito coniungatur, quàm coquantur; quippe interdum nihil coquuntur, dum conſtipantur à frigore, *vel obſtructis exilibus meatibus, vel conniuentibus, vel corpore etiam ipſo immoderatius denſato.* Præterea etiam non coquuntur cruditates ſi ductæ iam factę fuerint partes, ac lapiduerint, veluti tophi à calore igneo, aut à frigiditate violenter partem reſoluente tenuiorem partemque craſſam exſiccante: cum pars mollis quatuor de cauſis durescat, vel enim extenſione à ſpiritu flatuoſo, aut repletione humoris, ſeu conſtipatione, aut exſiccatione: Ac iſtarum qualibet cruditas à cauſis præceſſis calidis, aut frigidis facilè dignoſcuntur, & à tactu, & à renitentia, & ab alijs antea narratis notis, vt à virtute læſa, ab excrementis, &c.

Ibidem & 6. de lo. af. c. 2. & Hip. de priſc. me d. t. 39. & 40. ex Marinel.

3. De loc. aff. c. 7 & 6. de loc. aff. c. 1.


9. De com. med. 5. l. c. 9. & 3. de ſympt. cau. c. 28. & 12. meth. me. c. 21.

9. Meth. c. 8. Lib. de priſca med. t. 39. & 40. ex Marinel.

7. De doc. Hipp. c. 4.

Pars mollis quatuor rationibus indureſcit.

Finis Libri Tertij.



DE CRV-



DE CRVDITATIBVS RECTE DIGNOSCENDIS, RECTEQVE CVRANDIS.

LIBER QVARTVS.

In quo

Cruditatum indicationes eliciuntur vnde,

Cruditatum rectè curandarum in genere, specie, & regione spectantium indicationes vel præparatiuas, aut eductiuas siue reuulsiuas, aut deriuatiuas, seu roboratiuas, simulque vitales esse, demonstratur.

Præparatiuasque denuo ad corpus, ad cruditates, ad vias, atque ad calorem partibus insitum, ad concoctionem moliendam, excitandum, referri ostenditur.

Eductiuam verò tum sensibiliter, tum insensibiliter Diaphoreticam administrandam esse, probatur.

Quæ omnia Hippocratis, & Galeni Decretis, Autoritatibus, rationibus, experimentis, ac exemplis explanantur.



CAPVT PRIMVM.

Ad cruditates auferendas duas tantùm indicationes satis esse, præseruatiuam, ac vitalem: Aliam verò curatiuam non requiri ostenditur: & cur.



Ruditates autem omnes rectè curandas ex hactenus fundamentis constitutis tum sua essentia, tum genere, differentijs, ac speciebus, nec non simul harum cruditatum regionibus iam iam suis notis rectis, scientificisque æquabiliter tam præcedentibus prænuntiatiuis, quàm præsentibus indicatiuis, cuilibet hoc opus perlegenti, simulque perscrutanti, prorsus quidem certas elucescere, patenter notum esse reor. Ea propter deest solùm, vt indicationes ad eas cruditates tollendas idoneas constituamus; vt denique ijs indicationibus adhibitis, harum cruditatum curationem, & ingredi, & perficere valeamus: cum nulla curatio nisi his scopis perfici possit: Qui tres sunt, curatiuus scilicet, præseruatiuus, atque vitalis: A

Curatio scopis perficitur. Scopi tres sunt in methodo curatiua.

12. Meth. med. c.7. & 7. meth. c. 12. ex Hip. lib. de flatibus in principio.

A vitalis: Curatiuus enim ſcopus à morbi eſſentia, præſeruatiuus à morbi cauſa, vitalis verò à naturę ſubſtantię viribus, ſimulque à ſolidis partibus viſcerum deſumuntur. Verùm id in methodo medendi curatiua requiritur. In methodo nanque tuendæ ſanitatis conſeruatiua, quę principaliter ſimilibus progreditur, ad ea, quę ſecundùm naturam ſunt, manu tenenda. Secundario verò contrarijs præ ſe fert, ea, quę pręter naturam habentur auferendo; vt ea, quę ſunt in ſuo eſſe naturali primario à morbis pręſeruentur, ac ne morbi fiant: Eamque ſanè ob cauſam Gal. in libris tuendę ſanitatis de omnibus quidem cruditatibus rectè curandis agit, ad laſſitudines tantùm relatis, prout cruditates copioſę cauſę ſint, à quibus hę laſſitudines producuntur, vt primę affectiones pręter naturales, ac etiam vt accidentia, ſeu ſymptomata non propriè vocata ſint morbum venturum imminentem denuntiantia; Quæ cum per ſe nihil indicent immo per accidens, quatenus cauſę ſunt morbi imminentis rationem continent, indicant, Ideo ad eas eripiendas cruditates, ſatis eſt morbi imminentis cauſalis indicatio: quam illius morbi imminentis pręſeruatiuam Galenus appellauit, vt clarè patet. Curatiua autem morbi indicatione hic opus non eſt; cum hic morbus pręſens curandus minimè ſit: Quocirca non in methodo medendi curatiua, cruditatum curatio inuenitur: ſed in methodo tuendę ſanitatis à morbo venturo pręſeruatiua. Perpende autem ſymptomata morbum venturum denuntiantia, ſymptomata impropriè eſſe;
B cum ſymptomata propria tantum à morbo pręſente pendeant vt libro 1. de magn. ſang. iam demonſtratum eſt. Vnde hęc propriè accidentia ſunt, vt ſigna venturi morbi indicatiua.

4. Meth. c. 3. & & 11. met. per gener. c. 6. & 7. met. 11. & 8. me. c. 9. & 11. met. c. 3. & c. 5. & 12. met. c. 5.
4. De tuen. ſan. c. 1.
2. Meth c. 11.
11. Meth. c. 1.
4. Meth. c. 4. & c. 3. & 12. meth. c. 7. & c. 10.

3. Met. c. 1. & 4. meth c. 4. & c. 6 & 9. meth. c. 7. & 11. meth. c. 10. & 12. meth. c. 1.
9. Meth. c. 10. & c. 14. & 4. meth. c. 4. & 6.
Duo vero tantũ in methodo tuẽdæ ſanitatis pręſeruatiua appellatæ.

Laſſitudines ſymptomata vt ſigna ſunt morbi venturi, in methodo præſeruatiua prohibendi ne morbus fiat, ſicuti ſymptoma morbi præſentis in methodo curatiua ſe habet; ſed ſymptoma morbi præſentis effectus eſt morbi eius terminati laſſitudo vero ſignum eſt morbi venturi non eius terminati.

C A P V T II.

Cruditatum primæ regionis indicationem quidem primam eſſe reuulſiuam, ſeu deriuatiuam, aut vacuatiuam; ne cruditates in venoſum genus ingrediendo, ad aliquam partem nobilem, ac principalem lædendo, accedant.



C Vamuis primi cruditatum loci noſtri corporis plures partes ſint, vt antea iam dictum eſt: Nihilominus Galenum tantùm meminiſſe patet cruditatum pituitoſarum, quę in vena porta reſident; hinc in meſentereo, & in hepatis cauo, & pancreo quoque habentur; ſiue venulis, ſiue poroſitatibus, aut meatibus, ſpatijsue carnis inſint; & quarum cruditatum curandarum indicationes elicere intendit Galenus. Cęterùm cruditatum harum indicationes potiſſimum à cauſis iſtarum cruditatum colligi debent; Cauſis nanque ijs ablatis; cruditates etiam eas auferri neceſſe eſt: Cauſę autem hę, cum varię ſint, etiam diuerſum, multiplicemque flagitant ſcopum. Fluxionem etenim pituitę, vel à ventriculo, ſeu à capite obortam, maximè cauſam eſſe pituitoſorum crudorum inuenio: cum Gal. dixerit. *At frigida à capite quidem fluxio tarditatem concoctionis, & cruditatem, & acidos ructus creat.* Quod duobus modis id excitat, nempe vt ſua pręſentia frigida, & humida; & hinc ſubinde ventriculum ſuo calore naturali valido priuando, cauſa vtique eſt nouę generationis cruditatum pituitoſarum: ego verò vt doctrina meo propoſito inſeruiat, fluxionem pituitę primo modo conſidero, per pręſentiam pituitę in aliquem locum primę cruditatum regionis iam fluxę, copiam cruditatum pituitoſarum contingere: cui fluxioni vtique reuulſio, ſeu deriuatio euacuatione, vomitione molienda materię fluentis; ſimulque materię fluxurę interceptio opponitur. Nunquam etenim cruditates iam fluxę commodè curari valent, quin prius fluxio, quę ad huc profluit reuellatur, ſeu deriuetur. Vnde ad ſanguinem ſiſtendum à pulmone profluens ob catarrhi diſtillationem in ea Matrona Romana intercipiendi, deriuandiue gratia catharrhi fluxuri, capitis ſyncipite deraſo, ſinapiſmum admouere coactus fuit Galenus; quo remedio, à morte euidenti, ac propinqua eam mulierem Galenus vindicauit.

D

4. De tuen. ſan. c. 5. & 12. meth. c. 3.
4. De tuen. ſan. c. 4. & c. 9.

6. De tuen. ſan. c. 9.

Ibidẽ & 7. met. c. 11. & c. 12. 5. Meth. med. c. 13.

Prima cauſa cruditatum iam generatarum lædentium primæ regionis eſt pituitæ fluxio.
Quæ reuulſionẽ deriuationẽ, ac interceptionem ſimulq. euacuationem indicat reuulſiuam.

*

A

CAPVT III.

Cruditatum primæ regionis secundam indicationem partis pituitæ fluxionem gignentis, seu mandantis correctiuam, simulque roboratiuam esse ostenditur.

AT verò nec ipsa quidem pituitæ fluxio diuelli potest: nisi etiam læsionem partis mandantis eam fluxionem, simulq; gignentis profligetur, vel læsio in intempetie, vel à materia instrumentaliter illi parti contigerit. Hinc eò, quòd pituita propriè à ventriculo, impropriè verò à cerebro procreatur, vel vt à parte simila ti intemperata in vna, seu duabus primis qualitatibus prædominium habentibus, simul combinarione iunctis, vel vt à parte instrumentali excrementis repleta, simulque offensa, vt satis lib. 1. istius operis Galeni mente demonstratum est. Proinde frustra eam pituitæ fluxionem à ventriculo, seu à cerebro, vel ab vtraque parte, ad illas primæ regionis cruditatum venas transmissam depellere nitimur, quin priùs partis fluxionem ipsam pituitæ, & parientis, & mandantis vitium, nempe vel intemperiem, seu replerionem, aut vtrunq; simul auferamus, eamq; partem imbecillem roboramus: Factaq. prius distinctione, an pars eã pituitæ æquè tam gignens fluxionem quam transmittens ita obnoxia sit per se, an per consensum ab aliqua alia parte, vel à toto; si nanque per consensum afficeretur; etiam priùs consensus ille de medio tollendus esset, etiam priùs eam partem ad ventriculum, seu ad cerebrum fluxionem mandantem à vitio suo emendare cogimur; postea verò illico roborare, tenemur: Cæterùm potissimum ventriculi fundus, cum pituitæ generationis, simulque fluxionis causa prima sit, ante cibi assumptionem roborandus venit. Cerebrum quoque si distillantem ad ipsam primam cruditatum regionem mandauerit fluxionem à suo vitio decastigandum erit. Subindeque corroborandum veniet: cum ventriculus sæpe à cerebri fluxione laboret, vt lib. 1. istius operis iam ostẽsum est, vbi de sympathia partium à pituitæ fluxione læsarum verba scriptis mandauimus.

5. De loc. aff. c. 6

B

Ventriculi fundus pituitæ generationis, & fluxionis causa est prima.

7. Methodi c. 12

CAPVT IV.

Cruditatum tertia, quarta, quinta, & sexta indicatio, nimirum adæquatiua, seu præparatiua, tum cruditatum, tum viarum, tunque corporis, necnon caloris naturalis partis à cruditatum copia grauati, ac imbecillis redditi coquere nequeuntis ad concoctionem agendam, excitatiua promulgatur.

C

CRuditates autem primis in venis allatis iam fluxæ, in fundoque ventriculi residentes coaceruatæ, quæ vt frigidę, humidæ, crassæ, viscosæ, pigræque, seu lentæ: inibi quoque non nisi impactæ, infixæ, stabiles, ac firmæ: hinc necessariò etiam ad motum, & ad vacuationem ita ineptæ, renitentesque introspiciuntur, vt eorum adæquationem, præparationem, seu digestionem priùs ingredi cogamur. Præparantur verò duobus generibus præparationum seorsum distinctis: Quandoquidem à primo artis medicæ agente lib. de Med. certitud. iam explanato, nimirum à natura seu calido innato hi humores concoquuntur, vt lib. 2. de magnit. mor. cacochyma vberrimè ostẽsum fuit c. 13. Ideò si calor naturalis, tum vniuersalis, tum particularis particulæ, à cruditatũ copia oneratæ imbecillis redditus fuerit, tunc vtique iuuandus, fouendus, ac excitandus, ad coctionem agendam, calor ille naturalis erit, vt infra declarabo. Adæquatur prærerea crudus is humor ab artis medicæ secundo agente, per se artificialiter curante: nimirum à Medico artis medicæ fido collega, & socio. Ad quem sanè, vt religiosa eum præmeditatione, diligentique cautione, tantùm adequatos, & concoctos educat succos tuto, & iucundè, simulque fęliciter, perpetuo tres præparationes disquirendę spectantur, à Gal. constitutæ, nempè & humoris, & viarum, & corporis patientis virtute valida prædici pręparatio à Medico semper in succorum eductione priùs attingenda est, vt conspicuè iam declaraui lib. 2. de magn. morb. cacochyma c. 2.

Cruditates & à natura coquendæ: & ab arte præparandæ. Si calor naturalis coquens cruditates debilis fuerit tunc fouendus est.

Præparatio sue corum crudorũ à Medico molienda triplex est scilicet humorum, viarũ, & corporis totius viribus validis decorati.

Gal. 4. de tuen. sani c. 5. com. 2. aph. 22. & 2. de crisib. c. 9. & alibi vt lib. 2. de magn. morb. cacochyma c. ... & vt Aetius ait li. 3. c. 83. ex Hipp. lib. de hum. ex Foes. p. 60. & 1. aph. 22. . .

D

Gal. li. de as pat usu c. 99. & de const. art. med. c. 28.

1. Epid. com. 2. t. 44. & 45. & 46.

4. De tuen. san. c. 4. & 12. meth. c. 3.

2. Ad Glauc. c. 34. & c. 1. apho. 22. & 24.

Com. 2. aph. 24.

A

C A P V T. V.

Tertia indicatio, allata nempe cruditatum adæquatio à Medico mollienda omnino explanatur: cautioque aliquibus conditionibus decorata perpenditur, ne aliquis, in eos crudos humores digerendos, committatur error.

SEcundus autem modus, quo cruda digeruntur, eum artificioſus omninò ſit, priùs elluceſcere debet, poſtea verò alius modus, qui maiori ex parte naturalis ſe habet, quadantenus verò tantùm artificioſus patefieri debet itaque ab arte medica ſucci crudi pituitoſi enarrati, præſidijs tum primis, tum ſecundis qualitatum facultatibus materiæ peccanti contrarijs, præditis ad euacuationem quidem præparantur. Proinde pituita aut vitrea, aut acida, aut inſipida dulcis copia dũtaxat peccans eò, quia frigida, & humida craſſa, glutinoſa, ſeu viſcida, & lenta, nec non denſa, obſtru-

B ctiua, motuique inepta conſpicuè apparet: hinc oppoſitis virtutibus præſidiorum eam quidem pituitam calfacere, exſiccare, tenuare, diſſecare, hoc eſt, incidere, friabilem facere, abſtergere, rarefacere deuincimur: hinc etiam conſequenter eam fluxilem reddere certè cogimur: vt apertiſſimè nos Gal. docuit. Hac etiam cautione, vt potius incidenda, ſimulq; detergenda hæc pituita ſit, quàm calidis efficaciter, ſeu euidenter alterantibus calfacere Quoniam calfacientia valida hanc pituitam liquefaciendo, eam quoque in venarum ſinum, ac exinde in totum corpus; ducere poſſent, hinc etiam ſanguinem totum coinquinare, omnesq; hinc partes ſuo probo ſanguine nutrimentali priuare, caloremque tam naturalem, quàm influentem labefacere, ac ita omnes noſtri corporis vires profligare, ex quo poſtea, & lypothymia, & syncopes, & interitus ſuccedere poſſet: Calida nanque talia, craſſa, & à frigido concreta, vt ait etiam Ariſt. colliquant, liquefaciunt, atq; ſimul peragitant. Hinc ait Gal. *Vbi in primis venis crudi ſucci copia eſt, diſſecandum nobis eum eſſe, concoquendumq; diximus: cauentibus ſemper, ne in habitum corporis traducantur*, & 4. de tuen. ſan. c. 5. de his primæ regionis cruditatibus præparandis ait *danda ipſis cibus, & potus, medicamentaque ſunt ſingula eius generis, quæ attenuant, diſſecent, & non conſiciant ſuccorum craſſitudinẽ, idque citra manifeſtum calorem, nam qui ex calfacti vehementius ſucci ſunt, in omnem corporis par-*

4. De ſan. tuen. c. 4. c. 5. & c. 7. & 12. meth. c. 3. & 8. meth. c. 4. & 11. meth. c. 21. & alibi ex Hip. mente vt ſuo loco vbi de curatione agam.
4. De ſan. tuen. c. 4. & 5. & 7. & 9. & 12. meth. med. cap. 3. & 8. met. c. 4.
4. Meteorũ c. 2. & c. 3.
4. De tuen. ſan. c. 5.

Succorũ crudorũ præparatio, ad eos concoquendos, à Medico mollienda, per alterantia contraria fieri debet.

Pituitæ crudæ præparationis ratio faciendæ indicationes inſinuantur.

Cautio in cruda pituita adæquanda, nẽpe vt calida præparantia valida euitanda ſint, ne pituita in prima cruditatũ regione reſidens colliquefiat, & poſtea in genus venoſũ, & ſubinde in partes ſolidas fluat, tunc enim multa iactura ſequerentur.

C *tem feruntur*. Eamq; ſanè ob rationem, vbi in primis venis crudorum copia fuerit, ait Gal. *quæ vrinam cient hoc caſu non probo: maximè quæ prævalentia ex his ſunt, & ſanguinem calfaciunt, ac liquant*. Hæc enim diuretica, vt calida, ſicca in tertio gradu, acria, tenuiumq. partium, crudorum copiam liquando, in genuſque venoſum impellendo; tunc *ſi tenax ſit, & craſſum* crudum ſuccũ impulſum *obſtructionem geminabit*. Immo, vt à quocunque calore tum balnei, tum aeris ambientis, & alterius cuiuslibet calfacientis, eamq. cruditatum copiam liquefacientis nos cauere tenemur, *læduntur nanque non parum ab vtroque exceſſu, videlicet, in balneo, & æſtate, & omni caloris incremento, crudis humoribus liquatis, ac per omnes corporis partes fluentibus ita, vt metuendum ſit ne ad pulmones, & cor ferantur: aliquando etiam ne ad cerebrum ſubeant: cum longè præſtet: vt circa iecur, & primas venas adhuc ipſis ſubſiſtant*.

4. De tuen ſan. c. 4. Idem quoq. ait 12. meth. 3.
8. Meth. c. 4.
12. Meth. c. 3.

Neque diuretica adhibẽda in his rationibus.
Nam tunc eſſet obſtructiones geminarentur.
Omnisq. externa calefaciẽs, ſiue aeris ambiẽtis & balnea & frictiones & cucurbitulæ, iſtis omnis, fugienda ſunt.

C A P V T VI.

Ad cruditatum primæ regionis copiam à Medico rectè adæquandam, quis nam aer, & quænam quies requiratur: omniaq; remedia cuti adhibenda, ne cruditates illæ in totum corpus attrahantur, euitanda eſse, depromitur.

D

QVoniam tribus modorum generibus, in cruditatum pituitoſarũ primæ regionis copiam ad euacuationem moliendam à Medico diſponendam, errata effici poſſunt: eam cruditatem in genus venoſum, totumq; corpus introferendo, vel nanq; alterante pharmaco, & cibo magis iuſto calfaciente, liquante ore aſſumpto; vel ab aliquo cutaneo extrinſecè attrahente, admoto præſidio: vel aere nos ambiente calidiori, ſeu motu calfaciente, peragitanteq; eam cruditatem. Ideò capite præcedenti primo genere declarato, nec non partim tertio quoq; genere explanato: Superest, vt penitus tertiũ genus in medium afferamus de aere, ac motu, ſeu quiete verba faciendo, ſimulq; ſecundum genus aperiamus. Ab aere, itaq; nos ambiente indicationẽ ſemper deſumere cogimur, tanquam à cauſa ſine qua non, vt ait Gal. cũ aer cauſa vtiq; ſine qua non ſit, qua ſubſtãtia partiũ tũ ſimilariũ, tũ inſtrumentaliũ ſana, aut morboſa eſſe nequit. Proinde ſine ipſo aere nos ambiẽte *nec tolli morbus, nec teneri ſanitas põt*, qui duo *corporis ſũt affectus: Hic igitur cauſa ſine qua nõ obtinet rõnẽ: cũ id, ꝙ ægrotat alteramus, quouſq; ſit mutãdũ*, ꝑ aerẽ ipſũ: Cũ aer nos ambiẽs vnũ ſit, ex quib. neceſſariò corpus noſtrũ alteratur ait Gal.

9. Meth. c. 14. ex Hip. mente lib. de flat. & lib. de aere a q. & locis.
De arte medic. c. 85. & 1. epid. c. 1. t. 5. & 3. de ſan. tuen. c. 15.

Indicatio ab aere nos ambiẽte tanquam à cauſa ſine qua non capienda eſt, in cruditatibus rectè curandis.
Aer ambiens neceſſario noſtrũ alterat corpus.

Interea, quæ nos alterant ac primũ habet locum quia non à nob.s, immo à cęlo promanat.

Aer ambiens triplex.

Quis tũ aer requiratur ad cruditatum primæ regionis copiã adæquãdam ac adimendam.

Gal. Quippe quod interea, quæ nostrum corpus alterant, aer vtiq; primum considerationis locũ A possidet, quatenus aer à nobis haudquaquam promanat, vt cætera omnia, immo à cęlo pendet; eum dixerit. *Verùm cum materia reliquorum præsidiorum omnium electio in nostra potestate sit, eius quam ambiens præstat in nostra manu non sit: ratio est ex hoc quoque propriam quandam indicationẽ sumamus*, quem ambientem nos aerem triplicem esse iam dixit. *Ambiens verò ipse eiusmodi est redditus propter tum regionem ipsam, tum anni tempus, tum cœli statum.* Cęterùm ad cruditatum primæ regionis copiam diuellendam, simulque pręparandam aer quidem siccans, temperateq; calidus conuenit, vt ex Gal. his verbis colligere poteris *sanè propositis aduersissima sunt, tum balneum, tum aer ambiens, quoties vel nimium calidus est, vel frigidus. Itaque vt lauandi ibi non sunt, sic & recli nandi in domo sunt, æstate quidem, quę frigent: hyeme, quę caleat, &c. In domo verò immodicè frigida, & hyeme, & demque ambiente frigido; succi, qui crudi sunt, & inepti ad coquendum manent, & iecoris obstructiones, si leues sunt, eas crassitudine sua hærentes, impactiq; creant*, nempe in hepatis cauo. Verùm hoc eodem aere inspirato, nociuo, & cor, & naturalem alterando colorem lędere valet, cũ his duobus modis nobis aer noceat, seu nos iuuet: immo vt etiã tertio modo, quia carnes in corpore humano residentes, aerem ipsum attrahunt, vt Gal. ex Hip. sententia depromit: At verò de motu, & quiete ita exarauit Gal. *Eadem de causa nec exercitare, nec omninò mouere, sed nec lauare expedit eos, qui in primis venis crudorum copiam habent, si quidem omnes id genus motus*, dimouẽdo, ac peragitãdo *succos illos in totum corpus agunt, seruandi igitur hi sunt in omni quiete.* Quod ex Hippocratis decreto habuit asserentis *corpus quieti permittere, vngere, & æquabiliter contegere in talibus cruditatibus maturandis*, & Gal. in comm. ait, *nempe aduersus vim febris humiditatem eã, quæ vnctionibus comparatur remedium esse putauit, præter quam quòd neq; valenter calfaciat, neq; refrigeret: sed leniat, mulceatq; quibus maximè indigent, quæ coquuntur, & maturantur* fluxiliaq; fiunt. Reliqua verò, quæ cuti adhibita, vt cutanea harum cruditatum primæ regionis copiam ad altum, & ad superficiem trahendo, in totum reliquum corpus transferre quoq; possunt, omnia, vnà cum exercitatione, & iracundia cuitanda connumerauit, hunc in modum. *Summa verò eorum, quorum occasione foras ferantur, hæc sunt, exercitatio, & frictio, & balneum, & fomenta calida, & vnctio calfaciens: tum ex animi affectibus, iracundia, & vno verbo omnia, quæ succos, qui altè in animantis corpore sunt mersi ad motum quoque versus irritant.* Hinc ẽt pituita salsa, cum crassa, & glutinosa sit, etiamsi in genere venoso sit, in febre ardente ad cutem per balneum attrahenda non est: cũ per cutim educi nequeat, vt per cutim bilis flaua, tenuitate sua in febre ardente euacuari põt, vt ait Gal. Ideò in febribus biliosis putridis post purgationem vniuersalem, & humorum concoctione iam maiori ex parte facta, tantũ relaxantibus, simulq. balneis Gal. vtebatur. Isthæc itaq. cutanea omnia in cruditatibus pituitosis omnibus, ne dum primæ regionis, at verò ẽt secundæ regionis prohibenda omninò sunt: tametsi quando pituitosi iam aliquo errore succi crudi in tertiam regionem lapsi, coactè non nisi vbi per cutim diaphoreticis remedijs eos humores adimere deuincamur, quos nec venę sectione, nec medicamentis purgantibus, educere possumus. C

9. Meth. c. 15.

9. Meth. c. 14.

11. Meth med. c. 1.

Gal. ad Thras. c. 18.

6. Epid. c. 6. t. 1.

4. De tuen. san. c. 3.

B

4. De vict. rat. in m. a. t. 44.

Ibidem.

4. De tuen. san. c. 6.

3. De vict. rat. in m. a. cont. 62.

11. Meth c. 16. & c. 9. & c. 20.

Tribus modis aer, vt causa sine qua nõ, nos iuuat, ac nocet. Tales cruditates habentes seruandi sunt in omni quiete. vnde nec exercitatio, nec balnea conueniunt vt Hippoc. & Gal. dicunt.

Vnctiones tantum digerentes congruæ sunt.

Cutanea omnia quæ inhibenda sunt, & alia cuitanda à Gal. connumerantur in primæ cruditatũ regionis cruditatibus rectè curandis.

Hæc aũt cutanea damnanda etiam vbi pituita in secũda cruditatum regione fuerit.

C A P V T VII.

In cruditatibus propositis præparandis vnà cum adæquantibus, & victus ratione nos ea, quæ aluum mitissimè subducunt dare debere; vt cruditates illæ viam intestinorum acquirendo, in totum corpus transferri nequeant.

Hip. & Gal. mirabile inuentũ, in cruditatibus primæ regionis rectissime curãdis.

In quo inuento multa emolumenta habẽtur, Inuentum est, vt vnà cum aliis nutibus ea quæ mitissimè ventrem subducũt admisceantur.

Hippocrates autem, & Gal. summo artificio, tum ne cruditatum pituitosarum copia quotidie ab incidentibus vnà & detergentibus quadantenus præparata, fluxilisq; reddita, viam venosi generis, totiusq; corporis accipiat, tum vt meatus obstructi abstergantur, aperianturq. tum etiam vt sicuti paulatim ea copia adęquatur, ita etiam sensim, ac sensim educatur, tum deniq; etiam, vt ea copia viã eductionis sibi commodiorem cõuenientioremq. prius acquirat, vt faciliùs postea ea iam fluxilis reddita, per aluum medicamento soluente euacuari possit, cum Hip. dixerit. *Quę ducenda sunt per loca conuenientia ducere oportet.* Proinde Gal. respiciens tantùm commodè eam copiam per vomitum, ac per secessum educi posse: hinc ea præsidia, quę aluum mitissimè subducere possunt, extollit, inquiens, *considera, quæ ad aluum spectant, ac si sua sponte commodè non deijciat, audacter per inferius aliquid infundes. Accidit namq; post aquam mulsam, vt quæ in primis venis, quæ scilicet circa iecur, et mesenterium sunt colligi supernacua solent, hæc commodè deijciantur:* vbi ponit aquam mulsam crudam, quæ *vt minùs nutrit, sic magis subducit. Post hæc si supernacua largius descendant, ne sic quidem sistenda, sed exhibendus pro aqua mulsa, ptisanæ cremor est:* & alibi ait. *Hac itaq; de causa ptisanæ cremor in hoc casu tutior est, vt qui tum modicè nutriat, tum nusquã per angustos meatus hæreat, sed & permeet, & ipse, & meatus per totum detergat, & quicquid in semicoctis, crudisue succis continetur crassi id dissecet, ac resoluat. Horũ ipsorum gratia, & mulsa bis idonea est, &* D

Lib. de humoribus p. 60.

11. Meth. c. 3.

4. De tuen. san. c. 4.

oximeli,

A *oximeli, & apomeli, & piper, & zingiber &c.* Hinc et inquit Hip. *Verùm quæ ventri expurgãdo exibiturus sis, ea cum mulsa aquosa, & multa propinabis.* Gal. verò exatat. *Paratur fluxilitas ijs quidem, quæ per sedem excerni debent, mulsa, & cibis ijs, qui ventrem molliunt pharmacis, quæ modicè proritare possunt, quæ enim acriora sunt vitare oportet.* Quod ex Hippocrate Galenus habuit. Hæc omnia itaq; ventrem subducentia parùm acria sunt, quia acredine, mordacitateque expultricem facultatem irritare, seu proritare valent, ad mirè ventrem subducendum, vt multa cruda se habet, vt ait Galenus, vt lib. 2. de magn. morbi cacochyma iam demonstratum fuit, & vt alibi etiam Galenus affirmando ait *Minus si quidem acris* aqua mulsa, *quæ cocta est, non solum quod coctura peragatur, conficiaturque: Verùm quod & spumosum ipsius on. ne tollatur, nempe quod acre, & flatuosum existit in mellis est substantia: cocta autem tum morsu caret, tum flatu vacat, distribuiturque melius, quàm per intestina descendat, quo fit, vt eam ob causam magis alat quàm cruda, sitimq. magis arcet, vrinasq. magis ciet cocta quàm ea, quæ cruda est.* Quod autem etiam oximeli optimum sit, vt mitè ventrem subducat: profectò quatenus *parum acre est* ex Hippocratis mente patet, sic etiam de apomeli, pipere, ac zingibere asserit Gal. cum piper, ac zingiber admodum valet ad flatus ex cruditatibus ijs exortos ad intestina ducendos, vt Gal. ipse declarat, sed de hoc, loco proprio, vbi de his præsidijs agam, videbis. Hæc autem remedia, ad eas declarandas indicationes tantum posuit.

4. De vict. rat. in m. a. t. 79. 11. Meth. med. c. 19. 4. De vict. rat. in m. a. cont. 1. 3. De vict. rat. in mor. 2. t. 30. 4. De tuend. san. c. 5.

Medicamenta hæc modicè irritant facultatẽ expultricem. A. salta sunt parum sub acria, vel submordacia, vel subsalsa vel subnitrosa. 3. De simp. medic. facult. c. 15.

B

C A P V T VIII.

Cruditates crassas præparatione, tenues verò eductione indigere; crassosq; succos à frigore concretos à moderatè calidis liquefieri debere; humores autem à calore crassefactos à frigidis liquescere debere, Aristot. doctrina ostenditur.

SEd vt istius rei vniuersam complectar doctrinam, speculor Galenum nobis præcepisse crudorum pituitosorum copiam priùs præparandam esse, simulq; coquendam: sicuti etiam copiam tum biliosorum adustorum: Quæ amara excrementa crassefacta præparare tenemur; & multitudinem tum bilis atræ acidæ, tum denique melancholiæ, antequam ipsa euacuetur, priùs præparandam, & coquendam esse. Præparatio enim à natura facienda, simulq. adæquatio à medico administranda perpetuò in his humoribus crassis, atque tenacibus, antequam copia educatur, expe-C ctanda est; cum hi succi stabiles, ac firmi, & lenti, partibusq; angustis inhærescentes sint, motuiq; prorsus rebelles; Biliosi verò pallidi, seu flaui, qui naturales, ac tenues inspiciũtur, & serosi, aquosiue, superuacui, ac tenues, nulla expectata adæquatione, neque concoctione vt lib. 2. de magn. morb. cacochy. iam etiam dixi; illico educendi sunt; cum Gal. iam statuerit. *Quoniam ergo duo prima sunt, quibus primus intentus sit oportet, qui eiusmodi affectibus medebitur crudorum, siue etiam semicoctorum, qui ante sanguinis perfectionem fuerunt, percoctio. Et acrium, ac mordacium, qui secundi sunt, & sanguine posteriores, eductio.* Neque dicas eos mordaces educendos tertiæ regionis esse; nã etiã mordaces in extremis venis, & corporis habitu priùs concoquendi sunt, vt ex is Gal. verbis elicere poteris, vbi ait. *Si enim vbi in primis venis crudi succi copia est, dissecandum nobis eum esse, cõcoquendumq. diximus, cauentibus semper ne in habitum corporis traducatur. Vbi verò in extremis venis, & corporis habitu resedit, & concoquendum pariter, & per halitum resoluendum.* Verùm quoniã rerum arcanarum veritatis indagator Arist. statuit, à calore, & à frigore aquosa, vel terrea, simulque aquosa commixta omnia æquè crassescere posse, similiterque liquescere, & ea, quæ à frigido concrescunt, à calido suo contrario liquescant: sicuti pariter ea, quæ à calido crassantur, à frigore quidem soluantur, ac liquantur, vt ex his Aristotelis verbis, est colligere. *Quæcunque craßescũt,* D *aut aqua existentia, aut terra, & aqua: Et hæc aut frigido, aut calido sicco, quapropter, & soluuntur cõtrarijs: Quæcunque soluuntur concretorum à calido, aut à frigido: quæ enim à sicco calido concreuerunt ab aqua soluuntur, qui calidus est:* & postea ait. *Aqua autem humidorum non incrassatur sola: incrassatio enim humido quidem abeunte fit; sicco autem consistente; Quæcunque autem communia terræ, & aquæ, & ab igne concrescunt, & à frigido incrassantur, aut ab ambobus.* Proinde pituita cruda crassa, tenuantibus quidem remedijs temperatè calidis, tenuari, fluxilisque reddi debet: cum à frigido ventriculi ipsa pituita emanarit: è contra verò succos crassos acres, & mordaces ab hepatis calido sicco obortos, præsidijs remissè frigidis tenuantibus dissoluere, fluxilesque efficere cogimur.

*

4. De san. tuen. c. 4. & 9. Gal. 2. aph. 22. & 24. & li. quos purgare oporter. Oribas. l. j. f. 18 & Aetius lib. 3. c. 23. & l. Gal. attrib. de dynamidijs c. 4. 4. De tuen. san. c. 4. 4. De tuen. san. c. 9. 4. Meteororum, lum. 2. c. 3. Ibidem.

In crassis succis expectanda coctio & adæquatio.

Tenues vero succi illico educendi per pharmaca solutiua intro assumpta.

Mordaces in venulis extremis & corporis habitu cruditates residentes coquendæ prius sunt ac tenuãdæ postea diaphoreticis resoluendæ per cutem.

Quæ à calore crassescunt à frigore liquantur, & quæ à frigore glutinantur à calore soluuntur ex Aristotele.

Pituita quia crassa genita est à frigiditate, ideo à temperatè calidis tenuari debet.

Bilis vero quia crassa est ob calorem proinde à moderatè refrigerantibus tenuari debet.

A

CAPVT IX.

Aristotelis doctrinam, allatam veram esse in rebus incrassatis, non autem in omninò combustis; quæ concreuerunt; hinc atra bilis, & melancholia, vt ea, quæ concreuerunt, non quidem à præsidijs frigidis fluxilia reddi possunt, vt omnis bilis amara crassefacta à frigidis remedijs liquescit: Immò à præparantibus moderatè calidis, & potentia humidis ad euacuationem, atra bilis, & melancholia disponuntur.

AT verò doctrina allata omninò vera non est, nisi conditione modificetur: cum ea, quæ à frigore concrescunt, vt Arist. ait, *calido euaporante omni hæc insolubilia sunt, nisi superabundet caliditas.* Pariter ea, quæ à calido sicco concrescunt *quidem insolubilia sunt. Fictile igitur, & lapidum quorundam genera, quæcunque ab igne, terra combusta, fiunt veluti molares insolubilia* sunt: Hinc humores terrei acidi, prorsus combusti à calido mouente, & à frigido vincente, & à sicco, vt acidi geniti, in naturam frigidam, & siccam conuersi; à frigido humidos fluxiles quidem non redduntur; immo à calido & humido molliente, vt atræ bili, & melancholiæ, in quartanis febribus, & scirrhis, ex ijs humoribus exortis, vsu venit: Vnde hi succi potiùs concreuerunt, quàm crassi facti sint. Differt enim concretio à crassatione: Nam crassescunt quidem omnia, quæ priùs liquida fuerant, vt aqua in glaciem, ac niuem, & oleum à frigido densante crassa euadunt: à sicco verò calido sal, & nitrum, in quibus manet humiditas potentialis passiua, quæ iterum ad actum reducitur, dum ea liquescunt: Ea verò, quæ concrescunt, quatenus ex mollibus fiunt, cum longè plùs de terrea substantia habeant, quàm de aquea: Vnde solida, non autem liquida sunt ea, quæ concrescunt: cum autem humidum omninò euaporetur potentiale, quod non amplius ad humidum actu reduci valet: ideo insolubilia manent ea, quæ hoc modo concrescunt, quam distinctionem ex his Aristotelis verbis desumere poteris. *Quæcunque igitur mollia, sed non humida non incrassantur, sed concrescunt, exeunte humido veluti assatum fictile. Quæcunque autem mixtorum humida sunt, & crassantur. Quæcunquè autem propter infrigidationem, & calido coeuaporante omni hæc insolubilia sunt, nisi superabundet caliditas, sed mollificantur, veluti ferrum, & cornu.* Verùm enim verò, vt illius rei integram habeas veritatem. Prima conditio crassationis, quæ etiam concretionis communis est, vt à calido, aut à frigido externo, vt à causa efficienti; quæ semper extrinseca est, semper fiat, quod per concretionem explanare voluit communiter alloquendo Aristot. *Quæcunque concrescunt aut aquæ existentia, aut terra, & aquæ, & hæc aut calido, aut frigido sicco. Qua propter & soluuntur contrarijs, quæcunque soluuntur concretorum à calido, aut à frigido.* Idem quoque de incrassatione ait. *Incrassantur autem ab ambobus, est quidem, vt eodem modo.* Subinde differentiam eorum, quę à calido, & eorum quæ à frigido externo incrassantur, & concrescunt statuendo, inquit, *est autem vt aliter.* Vnde tum concretionem, tum incrassationem, à calido extrinseco genitam, à calido quidem siccante, humidumque euaporare faciente, produci asserit *à calido quidem humidum educente; euaporante enim humido incrassatur siccum, & consistit.* Sicuti concretio, & incrassatio à frigido extrinseco sicco, calidum primario intrinsecum, & humidum secundariò intrinsecum cogente, & exhalare calidum id cum suo humido simul faciēte, oritur: Vnde, vt hoc fiat, duo requiruntur, quorum primum, vt à frigido extrinseco, vt à causa syllogistica concretorum, & crassatorum corporum calidum internum exprimatur: aliud verò, vt calidum illud expressum, ea expressione quidem euaporetur, ratione cuius euaporationis humidum, ei calido iūctum quoque, vnà cum ipso calido exhalatur, manente autem sicco, & crassatio, & concretio fit, vt ex ijs verbis patet, *à frigido autem calidum exprimente, cum quo humidum simul recedit euaporante.* Quocirca incrassantur, & concrescunt quæcunque per exiccationem, & ob euaporationem humidi factam vi calidi, aut intrinseci, aut extrinseci, vt expresè Aristoteles antea declarauerat, inquiens. *Exiccantur autem omnia, aut calfacta, aut frigefacta, ambo autem calido, aut ab interiori caliditate, aut exteriori.* Differunt autem propriè incrassatio, & propriè concretio, vt iam antea elucescit. Quibus sane statutis, cum humores in nostro corpore redundantes quicunque humidi sint, non autem molles, quia plùs aquei sunt, quàm terrei. Mollia verò longè plus terrea existunt, quàm aquea, vt ait Arist. *Quæcunque igitur à frigido concrescunt communium terræ, & aquæ; plùs autem habentium terræ, quàm quidem aquæ, quia calidum egreditur, concrescunt. Pariter quæcunque à sicco calido concrescunt, hæc quidem insolubilia* propter terream substantiam omnimode concretam. *Et quæcunque mollia, sed non humida non incrassantur, sed concrescunt exeunte humido veluti*

assatum

Succi acidi concrescunt à calore promouente, & à frigido vincente vt 2. de morbi magnitudine cacochyma dixi.

Differentia inter concretionē & crassationē.

Prima conditio communis, & crassationis, & concretionis generica, tum à calido, tum à frigido emanātis Differētia quō. crassescunt à calido, & quomodo à frigido.

Secunda conditio communis concretionis, & incrassationis specificæ à calido tantum prodita.

Tertia conditio & quarta cōmunis concretionis & incrassationis specificæ à frigido tantum ortæ.

Quinta cōditio quæ communis est, & generica. Idem Hip. 1. de m. 497. ex Foel. vbi ait.

Siccant verò calida, vbi supra modum calfaciūt, & frigida, si quoque supra modum refrigerant.

Humida crassātur, & mollia concrescunt.

B 4. Meteor. sum. 3. c. 1.

Eodem loco 4. meteor. c. 3.

C

2. Physic.

D

4. Meteor. c. 2.

Ibidem.

Ibidem.

Craſſata liqueſcunt, & cõcreta mollificātur. Atra bilis & melancholia a calido molliente ac humectante ↄ̃parantur ac fluxiles redduntur, non sūt à frigido; quia à frigido vincente concreuerunt: non autem à calido vincēte ſed tantū mouente. Biles vero amaræ à frigido humectante fluxiles ſunt cum à calore vincente genitæ & craſſefactæ fuerint.

A *aſſatum fictile.* Quocirca humida omnia craſſantur: Mollia verò concreſcunt: craſſataque omnia liqueſcunt. At verò concreta non liqueſcunt: *ſed mollificantur,* quia *mollia,* non autem humida erant: Quam ob cauſam atra bilis, & melancholia, quæ ex humore humido, non autem ex molli ſucco craſſefactæ fuerunt; Ideò liquefieri poſſunt: Verùm quia hæ ambæ veluti omninò deuſtę ſunt, ac in eineris, ſimulque terreæ ſubſtantiæ naturam conuerſæ frigidi, & ſicci temperamenti: humido aqueo iam euaporato ob calidum ſiccum mouens acidi concreti melancholiæ, & atræ bilis generationem; quam deinde perficit frigidum ſiccum vincens. Hinc hi acidi ſucci tanquā à frigido concreti, non à contrario eius cauſæ efficientis mouentis amplius liqueſcere poſſunt, immo tantum fluxiles à moderato calido molliente, humectante, ſimulque tenuante tanquam à contrario eius cauſæ efficientis vincentis, ac perficientis reddi poſſunt. Bilis vero amaræ omnes ſpecies, craſſefactæ à calido ſicco vincente proculomni dubio à frigido humido liqueſcere valent ceu à ſuo contrario, cum igneæ naturę hæ omnes biles ſint, non autem penitus combuſtæ, nec in cinerem, nec in terream naturam tranſmigratæ, vt atra bilis, & melancholia ſunt.

Omnia acida ſunt à frigido vincente vide lib. 6. c. 8.

CAPVT X.

B Hippocratis cautio in cruditates alterandas gradatim interquiete ſeruata: An quoque de cruditatibus primæ regionis intelligenda ſit, cum ibi alterantia pro nutrimento præbenda ſint, nec non vnà cum his alterantibus etiam ventrem ſubducentia commiſceri debeant, vel potiùs de alijs tribus cruditatum regionibus tantum explananda ſit.

6 Epid. c. 2. 2. 51 & 56. In com. 26.

Paulatim cõtraria adhibere, & interquieſcere oportet, vt natura recreetur.

CVrioſa autem planè hic inquiſitio mihi cadit; cum Hippocrates decreuerit ex Victorio Trincauelio interprete. *Nihil deſpicere, nihil temere gradatim contraria adhibere, & interquieſcere:* & ait Gal. de prauis conſuetudinibus ad contrarias permutandis intelligi debere, *quandoquidem neque ipſas negligere, neque ſtatim traducere conuenit, ſed paulatim, & ipſos interquieſcere permittendo. Bifariam autem verbum interquieſcere intelligere poßumus: Vno quidem modo, vt non* C *ſolùm in contrariam conſuetudinem paulatim aliquos transferamus, ſed antequam vniuerſa mutatio facta ſit inter mutandum quieſcamus: vt quando ex otio ad exercitationes conuertimus, primum quidē à breuiſſimis incipiemus, atque paulatim has ad augebimus, deinde nonnunquam vnum, vel etiam duos ocioſos dies interponemus. Altero modo hac vox (interquieſcere intelligenda eſt, tanquam illi verbo adhibere) contraria ſit, vt in quos, quæ priùs haud inerat conſuetudinem inducere volumus: ipſam paulatim inducamus, à quibus verò priùs ſeruatam reuocare, paulatim rurſus & iſtos quieſcerę, hoc eſt, deſinere iubeamus.* Hic ergo etiam de quacunque mutatione curatiua in contrarium conuertenda intelligi debet, cum idem Hippocrates ſtatuerit: *ſemel multum, & repente vel vacuare, vel replere, vel calfacere, vel refrigerare periculoſum: omne ſi quidem naturæ inimicum. Paulatim verò, quod ſit, tutum, cum alias, tum maximè ab vno ad aliud facienda eſt mutatio.* Quam vniuerſalem regulam ad conſuetudinem coarctat Hippoc. vt ex Galeni verbis patet. Proinde ſimiliter de præbendis alterantibus cruditates adæquantibus, idem iurè meritò aſſeuerare poſſumus *contraria* cruditatibus his *gradatim adhibere, & interquieſcere* nos debere: potiſſimùm eò, quia cruditates ſæpe curatu difficiles, & non niſi longo temporis decurſu adimantur cum tunc duobus, tribusue diebus interquieſcere teneamur nos, ab alterantibus abſtinendo, illico tamen poſtq̃ cruditates paucas D iam præparatas vacuauerimus, vt Natura quadantenus recreetur, vt ex Gal. confirmatione eſt videre. Præſertim vbi cruditatum copia magna fuerit, vires autem imbecillæ, vbi parum vacuatę à permittenti debili datum eſt: & vbi plures ſubpurgationes ab Hippoc. appellatæ peragendæ veniunt: Quam purgationem *vocant Medici eiuſmodi vitioſi ſucci curationem gracè Epicraſin,* vt ait Gal. *oportet nanque vbi indicationes ita ſibi aduerſantur, & paulatim, quod vitioſum eſt vacuare, & paulatim inuicem, quod ſalubre eſt, pro eo reponere,* Et alibi ait, *ſi modo curandus eſt, vt ea, quæ contriſtant vacuentur: ſi id omninò fieri nequeat, vt per Epicraſin ſanetur.* His autem hunc in modum ſtatutis, quęro an quoque gradatim viæ primæ cruditatum copiam alterare deuincamur, ac interquieſcere cogamur; Nam ex Hippocratis decreto, Galenus affirmat confeſtim ita nos alterare debère, vt quatuor, & ſeptem primis diebus tantùm deterſoria interna præbere teneamur pro nutrimento incidente, ac tenuante: & ait, *Ergo nutries hos maximè oximelite, aliquando etiam ptiſana, & mulſi exiguo quoppiam: ſuſtinent enim hi victum, ſi modò alij vlli tenuem: ipſa nimirum crudorum copia, quos paulatim coquunt ad corporis alimentum abutentes,* & 8. Meth. c. 4. ait, *ſed ſicuti dictum eſt priùs in alimentorum ratione ſunt ptiſana, & mulſa, &c.* Prætereа etiam, eo magis crudita-

3. Aph. 51.

6. Epid. c. 2. cõt. 26. & 6. epid. c. 3. cont. 27.

Ad cruditates adæquandas cõtrarijs alterãtibus gradatim progredi debemus, & interquieſcere, vt natura inſtauretur.

9. Meth. c. 13. & 4. de vict. rat. in mor. a. t. 19.

4. De vict. rat. in m. ac. t. 43. & t. 76.

9. Meth. c. 10. de qua etiam ait c. 11. & de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 19.

Et per vices plures gratè per epicraſin curandæ hæ cruditates ſunt.

Viæ gradatim primæ viæ cruditates alterandæ ſunt.

11. Meth. c. 8.

4. De vict. rat. in m. a. t. 47.

Quatuor, & & ſeptem diebus pro nutrimento deterſorijs tantum valde alterare debemus, in cruditatibus primæ regionis recte curandis.

12. Meth. c. 3. & 11. meth. c. 16.

4. De tuen. ſan. c. 5.

Solutio quaestionis.

cruditates primæ regionis præparentur, Hippocrates, & Galenus ventrem subducentia præparantibus, & cibis commixta præbebant. A Cui respondeo vbi maximam harum cruditatum copiam videmus lipopsychiam, aut syncopim imminentem, vbi nulla harum cruditatum, tum in primis, tum in secundis venis existentium vacuatio conuenit, vt Hippoc. Gal. & Paulus tenent: immo tantùm reuulsio, & siccatio, digestio, & adæquatio: tuncque confestim hoc modo alterare debemus, cum Hippoc. dixerit. *Vbi verò virium debilitatem à nimia copia ortam, aut animi defectionem indicare oportet, quandiu hoc feceris alio vertendum, aut siccandum, aut reuellendum.* Nam ibi adæquatio humorum, & reuulsio loco euacuationis accipiuntur: At verò, vbi non ita copiosa materia cruda pituitosa fuerit, vnde neque animi defectio, neque aliud symptoma vrgens expectatur, maiorique parte ea copia vacuata, tunc sanè tam in prima regione, quàm in secunda, tertia, & quarta gradatim contrarijs alterare deuincimur, ac interquiescere: fortassisque magis id facere cogimur in prima cruditatum regione curanda, quàm in alijs regionibus, cùm vbi prima regio à pituitæ copia læsa est, ibi quoque ventriculus offensus sit. Hinc peculiariter ne cruditates primæ cruditatum regionis iam præparatæ ad stomachum se rapiant, & alijs rationibus statutis: Ideò vnà cum præparantibus ventrem subducentia commiscebant isti Autores: Nec tamen id opponitur, vt in longa curatione cruditatum primæ regionis molienda gradatim, & B interquiescendo non progredi cogamur.

Lib de humoribus pag. 60. ex Foes. 27. Meth. c. 3. Lib 2 1.37. Ibidem.

C A P V T X I.

Indicationes tum viarum, tum corporis præparatiuæ in medium afferuntur, simulque promulgantur.

Viæ præparandæ.

Præparantur viæ mollientib. seu laxantibus.

Primum notandum

Quibus laxantibus semper parum adstringentis commiscendū est ne calor naturalis dissoluatur.

Omnibus autem ad cruditates adæquandas, indicationibus attinentibus adamussim penitus dilucidatis; Modò illico alias indicationes æquè tum viarum, tum corporis præparatiuas enucleate deberem. Cæterum quoniam fusè ea, quæ corpus nostrum ad aluinam purgationem inepta reddere possunt, omnia iam connumeraui lib. 2. de magn. morb. cacochyma cap. 5. consequenterque ibidem corporis præparatio ad aluum purgandam iam exactè patet: Idcirco tantùm vias præparantes indicationes ad hanc ventris inferioris expurgationem administrandam, hic ponam. C Quandoquidem vbi Hippocrates artem medicam ijs verbis illustrauit, *corpora quæcunque quis purgare volet, eò fluxilia facere oportet*, ibi quidem non modo ex parte præparationis humoris peccantis, & crudi *circa tenuatos humores, minimèque lentoris participes* intelligi debet. Verùm etiam ratione præparationis viarum corporis purgandi *circa apertos, relaxatosque meatus, omnique obstructione liberatos, per quos ipsi succi medicamentorum purgantium vi traduci, trahique debent.* Idem intelligas, & etiam inquit Gal. *ac visceribus prouidendum vngendo, atque emplastrando ijs, quæ mollire, & laxare possint.* Tria tamen hic obseruanda sunt cautionis gratia, quorum primum est, vt vnà cum mollientibus, ac relaxantibus semper aliqua adstringentia commiscere teneamur paucissima in quantitate, vt laxantia, mollientiaq; corrigantur, ad visceris laxãdi, & aperiendi caloris naturalis tenorem conseruandũ, ne tenor is dissipetur. Secundum verò est, vt nunquã ijs apetientibus, mollientibus, seu laxantibus vtamur, nisi priùs totum reliquum corpus expurgatum fuerit; simulque illius partis à cruditatum copia tensæ, & obstructæ magna ex parte ab his vitiosis succis expurgatio partim molita, partimq; ea crudorum copia concocta sit: Gal. enim ait, *qui cataplasmatibus, & perfusionibus assiduè præcordia vexant, ipsos in eiusmodi affectibus phlegmonas accersere. Minimè igitur, & his vtendum priusquam superuacua magna ex parte partim vacuata sint, partim concocta: tunc verò vtaris etiam his licet, non tamen duntaxat relaxans, sed ex absinthio mediocriter perfundens, si tamen febris non planè fuerit magna*, D tunc enim nec etiam laxantia admouere debemus eò, quod illius partis phlegmone facilè superuenire posset, & hoc tertiũ est à nobis obseruandum in hoc præsidio, executioni mandando, etsi etiam quarta conditio sit à Gal. posita ij. meth. cap. 16. nempe, ne vbi phlegmone sit, laxantia admoueamus, & alio loco antea dixit. *Hæc igitur cum medicorum vulgus ignoret, omnes oleo perfundunt, & cataplasmatibus relaxantibus curant, prius quam corpus vacuetur: omniumque maximè diuites, quibus non solùm in talibus obsequuntur, sed ēt eos lauari in balneo permittunt. Ego verò nec eorum, qui ex putredine humorũ febricitent, lauem; nec relaxantibus cataplasmatibus priusquã superuacua purgarim, vtar. His vacuatis non solùm audacter lauem, sed etiam cataplasmatibus vtar, in alijs quidem membris ijs, quæ relaxent, in iecinoris verò, ac ventriculo etiam additis, quæ mediocriter adstringant: Parcius tamen ad pectus, quàm ad ea est adstringentibus vtendum; quoniam talia humores, qui phlegmonem excitant in pulmones, & cor nonnunquam repeliunt. Ac longè quidem magis in pulmonis phlegmone abstinendum ab adstringentibus; quoniam in eo ipsis quoque relaxantibus admiscendum aliquid acrium quodammodo, & euidenter calfacientium est: quippe foras trahere potiùs quàm reprimere in eo debemus, itaq; etiam cucurbitula vtiliter ijs, qui sic laborant, si priùs sint vacuati, applicabitur.* In pleuritide proinde relaxan-

Secundum notandum.

Mollientia non a lmouenda, ante reliqui corporis purgationē, nec ante cruditatum aliquam coctionem.

Tertium notandum.

Mollientia ea in magna febre non adhibenda

Quartum notandum.

Vbi phlegmone est, laxantia nō applicanda sūt; nisi in fide vbi phlegmone ædematosus & frigidus manserit.

Secūdum notandum vt conside ratione dignus ea Gal. verbis omnino cōoro bauit, quæ cū ex se clara sint explanatione non egent.

Thoraci ac ieccinori non admouēda sunt sed sola relaxantia sine adstringentibus correcta, immo cum acrium extrahentiū portione admixta, &c.

Et cucurbita thoraci admouenda toto reliquo corpore prius purgato.

a Aph. 9. Gal. com 2. aph. 9. & com. 2. aph. 24. Idem a de diff. feb. c vlt. & 6. epid c. 2. t. 25. & 11. meth. c. 17 & 4. de tuen. san. c. 9. & 12. meth. c. 3. & 13. Meth. c. 5

1. Ad Glauc. c. 11. 13. Meth. c. 15. & 12 Meth. c. 3. 6. Epid. c. 2. t. 30. 13. Meth c. 15. & 12. meth c. 3. 12. Meth. c. 3.

11. Meth. med. c. 16.

Cap. 17 eiusdē libri methodi.

A laxantibus vti debemus abſque adſtringentibus, ne intro humor reprimatur. Potiſſimum autem hepati, & ventriculo adſtringentia competunt, cum hæ duæ partes concoctionum ſuccorum officina ſint: poſtea verò lieni: Sicuti autem propriè abſinthium pro iecinore, ita capparis cortex pro liene adſtringendo, ſeu roborando valet, vt ait Gal. Item pro hepate, & ventriculo roborando vini fex, cytonea, & alia ijs ſimilia adſtringentia, laxantium præſidiorum à Gal. correctiua proponuntur: Quæ medicamenta pro explananda indicatione relaxatiua poſui obiter: nam exactè de his loco proprio, vbi de remediorum materijs verba faciam, dicam.

13. Meth. c. 17. 2. Meth. c. 15.

Quibus visceribus adſtringentia competunt pro laxantibus corrigendis.

C A P V T X I I.

Cum ad vias aperiendas tantùm poſt corporis totius purgationem, nec non partis tenſæ quadantenus vacuatione, partimque concoctione reliqui humoris iam facta; partem tenſam relaxare rectè poſſimus: donec laxantibus vti nequimus, tunc detergere nos debere meatus extrinſeco medicamento deterſorio demonſtratur.

B



Voniam iam vidimus tantùm vias partis obſtructæ, ac tenſæ relaxantibus, ſimulque emollientibus remedijs relaxatas, apertaſque reddere nos poſſe, his quatuor conditionibus ſeruatis, hoc eſt quòd ſolùm toto corpore iam expurgato, atque etiam parte affecta partim à materia peccante vacuata, tum ſanguinis miſſione, tum cacochymiæ eductione, partimque concocta: Præterea vt aliquantulum adſtringentis relaxantibus commiſceamus; Magna febre non exiſtente, neque phlegmonis principio, nec incremento, nec vigore præſente, immo tantùm in declinatione, & vbi materia frigida manſerit. Sæpius contingit, his de cauſis, vt nos vias eas partis tumefactæ, his mollientibus aperire non poſſimus: proinde ne hoc interim ſine apertione viarũ vacuandarum moreretur, Gal. vt vtilitatis, ſalutiſque ægrotantium amator, ſimulque poſt Hippocratem Artis medicæ diligentiſſimus Princeps, ſtatuit interea eas vias non modò intrinſecè,
C at verò quoque extrinſecè nos deterſorijs aperire pharmacis debere; cum dixerit. *At ſoluunt quidem obſtructiones, quæ deterſoriam facultatem obtinent, ſeu foris cuti admota, ſeu intro in corpus accepta*. Verùm iſthæc deterſoria extrinſeca tenuantia, ſimulque digerentia, ſicuti laxantia eſſe nihil debent, ne laxando, humores praui in penitiores partes ingruant; hinc obſtructiones tum ad venas anguſtiores, ramificataſque, tumque ad carnis ſpacia, ſeu meatus ſi acceſſerint, tunc hæ geminarentur obſtructiones, aut ſaltem valde augerentur: ſic pariter talia præſidia ſine vlla vi attractoria ſubeſſe debent, cum hæc omnia ſuperuenirent incommoda vt ex Galeni verbis illico poſtea, hoc modo allatis elicere poteris: *Periculum verò eſt etiam ne quæ foras trahunt, vnà cum ijs, quæ obſtruunt etiam aliud quippiam attrahant, & quæ ob interno ſurſum feruntur aliquid ſecum ex ijs, quæ in vaſis continentur rapiant*. Errorem verò, ac damnum, quod ex hoc conſequeretur, ſubinde promulgat inquiens: *Quod ipſum ſi tenax ſit, & craſſum* excrementum ad intimiorem, anguſtioremque partem, ſimulq; ſurſum, ac altum attractum, *obſtructionem planè geminabit ſin aliter multitudine certè ſua non parum omninò nocebit*. *Cernimus enim aliquando etiam quòd multum eſt, cum totum confluat obſtruendo hærere, inſugique non minùs, quàm ea, quæ glutinoſa ſunt, & craſſa, quod ſi per meatus anguſtos eſt tranſitus multò profectò magis retineri, quo igitur ex his iter liberum, & quæ foris admouentur attractio tuta ſit, vtiliſſimum eſt corpus inaniſſe*. Poſtea verò paucis interceptis ver-
D bis, ea, quæ deterſoriam vim cuti admouenda continent, tum quæ cuti applicari poſſunt, abſque vlla attractione tum cum attractione connumerat, hoc modo, *detergentium ſanè materiam expoſitã habes in commentarijs ijs, qui de medicamentis ſunt conſcripti. Deligenda verò ſemper ſunt, quæ ad rem propoſitam ſunt accomodata: quippe diſtincta in his ſunt, tum quæ magis, tum quæ minùs detergẽt*, quia detergentia leuia, & ſine morſu poſuit 6. de comp. med. per genera c. 2. in fine: detergentia verò valde, ac vehementer poſuit 2. de comp. med. per gen. cap. 5. *Sed nunc exempli gratia pauca dicamus moderatiſſimè detergent tum erui farina, tum hordei, tum fabarum. Præterea mulſa, quæ ſit aquoſa magis verò, quàm hæc iris, & panacis radix, & ariſtolochia, & mulſa, quæ mediori eſt mixtura: veluti etiam hæc magis, quæ meraciſſima eſt, ſit hæc vbi mixta melli exigua eſt aqua: ſic vt liquatum mel exiguos cutis meatus facilè ingredi poſſit. Poſſunt autem vel hæc magis detergere, tum ſpuma nitri, tum nitrum ipſum, tum aphronitrum. Sit autem nitrum oportet, quod ex tenuibus partibus conſtet; cuiuſmodi Berenicũ eſt; Si verò lapidoſum ſit vri id, leuigariq; diligenter debebit. Mel aũt puriſſimũ, acerrimumq; cuiuſmodi eſt Himetrium. Eſt aũt & ſapo ex ijs, quę maximè detergere valeant*. *Atq; hæc ſatis multa detergentium materię exempla ſunt*, quæ etſi ad cutem abſtergendã in balneis poſuerit: attamen

illthæc

8. Meth. c. 4. — Ibidem. — Ibidem. — Ibidem. — Ibidem nępe 9. meth. med. c. 4.

Detergere debemus extrinſecè quando relaxare nõ valemus.

Deterſoria hæc præſidia neque cum laxantibus neq; cum attrahentib. admiſcenda, cum ſic obſtructiones geminarentur.

Detergentia extrinſeca eo tempore quo relaxãtibus vti nequimus admouenda ſunt.

Deterſoria pharmaca quæ ſunt nullam vim attractoriam habentia à Gal. connumerantur. Pro indicatione deterſoria agenda ſtatuenda.

Detersoria præsidia, quæ extrinsecè admoueri possunt, ante laxantia pharmaca, eo tempore quo laxantia applicare non decet, ad viscera corporis ad vasiosq. tumores, ac tensiones indicantia ea detersoria.

isthæc degentia cruditatum in aliquo hypochondrio, seu alia parte contentarum, vbi tensio, seu A
tumor etiam phlegmonosus, ac putridus fuerit, ac impuro corpore existente alibi constituit, quæ
ea pharmaca extrinseca detergentia sine vlla laxatione, sineque vlla attractione admouenda, si-
ne ijs quatuor conditionibus nunc allatis seruandis, cum deprompserit *obseruandum verò diligen* 2. Meth. med. c.16.
*ter est non in liene modò, verùm etiam in omnibus partibus, in quibus humor putrescit, quod symptoma
maximè si vehemens, quod secundo loco, aut tertio: quo videlicet affectu ex ipsis planè inuento idoneā ei
curationem adhibeas. Aliàs nanque in membro affecto calor superat: Aliàs tumor, qui propter abundā-
tiam humoris, vel propter crassitudinem sit durus. Si igitur calor præponderat id agendum, vel sensim
per ea, quæ repentem calorem obtinent, digeratur, quod genus est tum lini semen, tum chamamelum,
quibus adijci, vel hordei, vel fabarum farina debet, quippe quorum neutrum excalfacit. Sæpe autem
(vti non ignoras) quod medici artomeli vocant pro cataplasmate eiusmodi phlegmones præparamus, at-
que aquæ aliquid miscemus: Ad lienem verò etiam aceti aliquantlo aliquid. Si verò laborantis phlegmo
ne partis calor non multum à natura excesserit: Sed magnitudo eius notabilis fuerit digerere haud timi
dè sine aqua debebis, etiam foeni græci aliquid supradictis immiscens. Si verò veluti scirrhosa phlegmo-
ne sit propter humorum, quos continet, vel crassitudinem, vel lentorem tum aceti aliquid, tum amara
medicamenta* vt Marubium est 7. de simp. med. fac. clas. 5. F. 62. A. *simul immiscenda curabis potissi-

Pro liene cataplasma ex oximelite, & absinthio & cappare compositum, ad indicationē detersoriam moliendam explanandam.

mùm in liene. Etenim viscus hoc propterea quòd à iecinore crassum humorem trahit eiusmodi humoris B
*occasione plerunq; laborat. Quo magis cataplasma, quæ ex oximelite, & absinthio, & cappari fiunt, illi
sunt idonea. Hæc igitur cum medicorum vulgus ignoret, omnes oleo perfundunt, & cataplasmatibus re-
laxantibus curant, prius quàm corpus vacuetur,* vt cap. præced. iam positum fuit: Vnde illa grauia
sequuntur incommoda. Quocirca dum aliquod prohibens relaxantia præsidia inhibens fuerit,
pro abstergendis cruditatibus, vel copiosis, aut crassis, simulq; glutinosis, vel vtroque modo, in
tensionem, seu tumorem elatis prius tamen vena secta, vt Gal. nos docuit, si copia in obstructio- Eodem 1 & meth. med. c.4. & alibi vt 10. meth. c.2.

Detersoriū pro obstructionibus detergendis extrinsecè admouendum.

nibus fuerit, vt lib. 2. & 3. de magn. morb. sang. iam ostensum à me fuit aliquod detersorium re-
medium emplastri modo, cuti admouere possumus ex hordei, & fabarum farina cum puluere
absinthij, corticumque, radicum capparorum, & oximelite, & aqua mulsa compositum: quibus
etiam portionem specierum diarrhodonis abatis, aromaticique rosati, seminumque lini fating, &
chamamæli. Si verò adhuc validiùs requiratur, addi posset, & radix iridis, & aristolochia, & pras
sium, & alia ijs similia. Nota autem quòd ego hic detersorium exempla, ad indicationem alla-
tam dilucidandam posui, ne confundatur tractatio de indicationibus cum tractatione de cura-
tione præsidijs molienda.

CAPVT XIII. C

Caloris naturalis à crudorum copia grauante, simulque à crassitie, ac tenacitate compressi, vnà & suffocati, vel totius corporis, aut partis alicuius offensæ ad eam cruditatem coquendam, iuuatiua, & excitatiua indicatio explanatur.

Calor naturalis membri obstructi, seu tumefacti interdū adeo imbecillis euadit, vt sæpe fouendus sit.



Eest autem, quòd quomodo calor innatus cruditatem coquens imbecillis adeò
fiat, vt ille cruditatem coquere nequeat, nisi cum prius foueamus, ad con-
coctionemque peragendam excitamus, declaretur. Id tum de calore natu-
rali alicuius particulæ, tum vniuersi corporis intelligendo. Natura nanq; 4. De vict. rat. in m. a. t. 44. & 2. diff. feb. c.5.
sua facultate coctrici, alteratricique appellata, quod optimum est assimila-
re conatur, sanguinemque conficere: Ea verò, quæ aliena sunt, & quæ sangui-
ficationis confectionem refugiunt coquere, posteaque expellere: ea prius 1. Epid. c.1. cōt. 4. & cōt. 46. 4. de præsag. ex pul. c.12.
maturando fluxilia reddit: Sin autem Natura oppressa, ac imbecilla fuerit, hoc sub officio fungi

Tres sunt modi, quibus huius mēbri calor innatus debilis esse potest.

nequit. Tribus autem modis calorem, alicui parti insitum inuenio, ita debilem reddi posse, vt is D
nisi foueatur, ac excitetur, eō coctionem quidem ingredi nequeat: vel nanque suffocatione à com
pressione ponderis copiæ crudorum grauantis producti, aut oppressione, seu interceptione spi-
rituum, seu substantiæ calidi illi parti complantati confluere nequeuntium oborta, vel à crudo-
rum crassitudine, simulque tenacitate obstruente, aut à crudorum copia obstruente; vel denique
calor is ineptus ad concoctionem agendam effici valet constipatione crudorum, partiumq; soli-
darum, concoctioni faciendæ assignatarum, geuita ob frigus partis affectæ. De primo enim mo-
do iam lib. 3. de magn. morb. sang. c.13. dictum est, pariter de secundo quoque modo. Et licèt ibi
de copia sanguinis calorē naturalē cōprimente, & grauante vnà & suffocante, ac deniq; obstruē-
te, & intercipiente intelligatur. Præterea ēt de sanguinis crassitudine, & glutinositate obstruen-
te, simulque intercipiente id referatur: in cuius sanguinis emissione molienda nos docet Hipp.
& Galenus, sanguinem prius liquidum nos, & calidis fomentis, & quamplurimis, assiduisq; fri-
ctioni-

A ctionibus reddere debere, tamen si isthæc à sanguinis copia, crassitie, ac tenacitate promanent hæc eadem à crudorum vtique copia, crassitie, & glutinositate progigni valent: hinc isthæc inhibere possunt, quominus calor innatus eos crudos succos aliqua in parte collectos, in tumoremq; elatos concoquere possit: nisi eum calorem innatum partis humorum crudorum collectione læsæ *prius adhibitis fomentis*, vt ait Hippoc. foueamus, & ad concoctionem moliendam quoq; excitamus. Quæ fomenta moderatè calida, concoctiua, seu maturatiua esse debent. Quandoquidem crudorum concoctio ex calfacientibus herclè fit; concoctioni etenim eorum frigus aduersatur, sicuti perpetuò calidum opitulatur. Quocirca partium affectarum natura, vt ait Gal. ex Hippocratis decreto *auxilio externo aliquo indiget, si aliquando imbecillior reddita fuerit*, cum Hippocrates ibidem exararit, *corpus quieti permittere, vngere, & æqualiter contegere*, & in comm. Gal. vlterius ait, *aduersus vim febris humiditatem eam, quæ inunctionibus comparatur remedium esse putauit præter quam quod neque valenter calfaciat*, ne in altum cruditates attrahat: *neque refrigeret: sed leniat, mulceatque: quibus maximè indigent, quæ* à Natura *coquuntur, & maturantur*: simulque fluxilia concoctione, seu maturatione fiunt: veluti succi crudi sunt. De tertio autem modo apud Galenū patet, cum interdum crudi humores copiosi vehementer constipati sint, in parte frigefacta, hinc etiam imbecilla, seu in mesenteteo, siue pancreo, aut in parte circa hepar, & circa lienem residen-

B te. Eamque sanè ob causam tunc iure meritò calidis moderatè præsidijs rarefacere oportet: sicuti densatio, seu stipatio à frigido quidem exoritur: Si autem in venarum sinu summa, & ingens cruditas fit, ab vrina cruda omnino pernota: vt lib. 3. c. 29. ad finem, istius operis est iam demonstratum, tunc etiam certè *imbecillitas naturæ significatur, egetque ope aliqua ad succos percoquendos*, vt ait Gal. & vt etiam diximus lib. 3. c. 29. tum extrinsecis remedijs, tū intrinsecis ore assumptis præsidijs: Quam ob causam Gal. ad eandem intentionem respiciendo, inqnit. *Quies, & calfactio circa hyppochondria iuuat* concoctionem moliendam crudorum succorum, de cura tertianæ notæ alloquendo. Postea verò exarauit; *quando verò adhuc humores in ipsis continentur nondum adstringere, sed tantùm calfacere*, quod quidem de cruditatibus in ventriculo contentis, in stomachi angore assetere intendit. Immo dum coctio facta non est, in ventriculo iubet. *Vobis autem Regibus, quibus tutissima remedia medici admouere consuerunt, lanæ manipulum* 7. met. med. c. 4. *apsum* vocatum *nardino pigmento calido intinctum, ostio ventriculi imponere: tum ille alias quoque subiunxit solitus sum purpuream lanam, & nardinum pigmentum calfactum stomacho supermittere*. Verùm si mesentereon, & pancreon læsa ex constipatione fuerint; isthæc vtiq; emollientibus emollire tenemut; quæ lieni, vtero, & hepati etiam admouere solemus, ijsdem quatuor conditionibus etiam relaxantium applicandarum seruatis, antea explanatis; Quippe quod ad digerendam materiam

C crudam, & frigidam densatam, ad excitandamque naturam tum ad coquendam eam; tumque ad expellendam eam iam concoctam insensibiliter, cucurbitula magna vehementer ignita, & calfacta, sicca plurimum valet; & vtero & lieni, & iecinori, & pulmoni, & capiti pluries admota. Hippocrates enim ait, *cum verò repleti vteri in tumorem sublati fuerint nihil effluit, & pleni euadunt* postea verò inquit. *Hic morbus primùm huiusmodi fomento curandus: summissis in vinum ficubus immaturis ipsum calfacito, cucurbita ad os vasis, in quo calesit, ad hunc modum apposita, cucurbita media directa repurgata, summaque eius parte parùm rescisa, veluti in vtriculis fieri assolet ipsum veluti cooperculo circuntegito, quo odor per angustum immissus ad vterum pertingat, & calida perfundito, medicamentisque calidis subdititijs vtitor*. Ad hanc etiam intentionem valet cucurbita magna vtero apposita sicca, quia Gal. ait. *Hac ratione, & cucurbitula (strenuum planè auxilium est inuenta, tum vt foras euocentur, quæ sunt in alto, tum vt eximantur, atque eruantur, quæ in scirrhum iam abeūt. Verùm cucurbita in ipsa parte, quæ phlegmone vrgetur inter initia non est, immo postea quando totum corpus vacuaueris, ac necessarium sit, eorum, quæ in inflammata parte continentur aliquid educas, atq; eruas, aut etiam foras versus attrahas, & quemadmodum rursum & sanguinem (si ita est opus) attrabimus; si quidem cum menses euacare in animo est in pube, & inguine cucurbitam figimus* vt lib. 3. de magn. sang. iam quoque dixi. Pro eadem quoque intentione in Pulmone, ita phlegmone affe-

D cto ait, dum reprimentia damnat, attrahentia verò extollit *quippe foras trahere potiùs quàm reprimere in eo debemus. Itaque etiam cucurbitula vtiliter ijs, qui sic laborant, si prius sint vacuati applicabitur*. & alibi depromit *sic & hepati, & spleni cucurbitulas applicamus*. Alio verò in loco *in cerebri & eius membranarum phlegmonis cucurbitulis*. Galenus vtitur. *Verùm vbi nec influit adhuc quicquam, & totum corpus prius est vacuatum*. In lethargia verò, & phrenitide in earum declinatione ait Gal. *nunc exyrhodinum infundendo nunc radendo tum spōdilium, aut serpillum, aut* id genus aliquid *admonendo: immo verò si malum traheret etiam castoreum, aut certè etiam cucurbitam*. Cucurbitula enim sicca materiam tenuat, digerit, simulque spiritum flatuosum foras extrahit, inquit enim. *Ac de doloribus quidem, qui ex crassis, glutinosisue, aut frigidis succis, vel etiam flatuoso spiritu excitantur hactenus abundè. Similis nanque est eorum omnium curatio, & quæ per comprehensas iam materias perficiatur: nisi quod is, qui spiritum flatuosum comitatur propriam quandam curationem est sortitus ex cucurbita cum flamma copiosa subinde admota: videbiturque tibi præsidium hoc in huiusmodi affectibus incantamēti cuiusquam simile quid efficere, siue in intestinis, siue in quauis corporis particula hi sint excitati*: & postea exarat. *Aliquando verò, & cucurbita magna bis, terue sine incisione*

medio

Left margin notes:

4. De vict. rat. in m. a. t. 48.
De constit. artis med. c. 11.
Com. 3. de vict. rat. in m. a. t. 19.
4. De vic. rat. in m. a. t. 44.
9. Meth. c. 1
11. Meth. c. 4. & c. 5.
9. Meth. c. 2.
4. De tuen. san. c. 4.
1. Ad Glauc. c. 10.
1. Ad Glauc. c. 14.
De præcogn. ad posthumum c. 13. & idem ait 7 meth. c. 4.
Lib. de locis in hom. p. 421. ex Foesio.
11. Meth. med. c. 19.
11. Meth. c. 17.
2. Ad Glauc. c. 2.
11. Meth. c. 18.
13. Meth. c. 21.
11. Meth. c. 8.
14. Meth. c. 7.

Right margin notes:

Calor is naturalis tunc extrinsecè fouendus, at crudos concoquere possit succos.
Pro calore naturali debili ventriculi fouēdo.
Pro mesenterio & pācreo, & liene, ac hepate.
Ad excitandum calorem naturalem imbecillē alicuius mēbri ad crudos concoquendos succos; cucurbita magna sicca magna ignis flamma admouēda & etiam suffumigium vtero prodest.
Pro vtero mesēntereo, liene, iecinore, pulmone, & capite cucurbitula sicca maximè valet.
Cucurbitula sicca phlegmoni admouenda in declinatione tātum, pro indicatione tenuante coquente ac excitante calorem naturalem coquentem cucurbita sicca vtero admouenda ad menses excitandos.
Ad pulmonem ad hepar ad lienem & cerebrū admouenda in fine phlegmonis ædematosi pro naturali calore ad coctionem excitando.
Quæ cucurbita vi incantamentorum est ait Galenus.

medio ventri affixa. Tanta verò ac taliter applicata etiam totum vmbilicum comprehendet. Neque mihi obijcias, si dixeris, hic locus tantùm est indicationum dilucidationis, non autem materiæ præsidiorum: Quandoquidem modò cucurbitas declaraui tantùm ad indicationem iuuatiuam calidi innati, coquentis, simulque excitatiuam, & vehementer attractiuam explanandam citra calfactionem euidenté cum Galenus asseruerit *duplicem indicationem habet: nempe eius quod calorem creat, vacuationem, atque alterationem. Vacuant id tum calfacientia omnia, tum quæ citra calfactionem vehementer trahunt; veluti, & cucurbitula, & caua cornua quędam, quibus nonnulli cucurbitularum vice vtuntur.* Cæterùm quando vrina cruda summam ostendit cruditatem, vbi *imbecillitas naturæ significatur, egetque ope aliqua ad succos percoquendos*, vt iam dudum quoque posui: Nam non extrinsecè modò, natura tunc auxilio eget: Verùm etiam intrinseco aliquo fomite indiget: quod modicè calfaciat, ac ad viam intestinorum accedat; neque mihi ceu superfluum ascribatur, si pro hac indicatione dilucidanda, exempla materiæ præsidij huic indicationi deseruientia statuero, Inter quæ exemplum vini primum locum tenet. Ait enim Gal. ibidem. *Nec tamen à vino eum abstinebimus, concoquit enim id semicrudos humores, quantùm aliud quoduis tum sudorem, vrinamque promouet, ac somnum conciliat, &c. Id autem optimè quiete, & somno conficit.* Si ergo vinum quies, & somnus ad semicrudos humores coquẽdos potissimùm valet, ergo eò magis ad summè crudos succos coquendos iuuabit. Vnde alibi inquit. *Quippe somnus concoquit, vigiliæ digerunt, quorum vtroque est opus ijs, qui ex multitudine crudorum succorum ægrotant: Ergo inuicem mediocriter adhibiti iuuare se mutuò vtiliter poterunt, atque si pulsus his paruus admodum, infirmusque, aut etiam supra hac vehementer inæqualis; scire licet extremum periculum esse, facienda tamen nobis, quæ retuli, nec aliud quicquam moliendum, &c. Aliquando enim subito ad imbecillitatem, vel inæqualitatem, vel paruitatem* pulsus *mutantur. Quo tempore panem ex vino diluto exhibere conueniet: vtique si nec ventriculi, nec iecur phlegmone laboret: quando si hac infestentur, iam corpore crudis succis referto, planè desperata salus ægro est, pulsibus sic mutatis.* Et alibi de Rege, succis crudis copiosis laborante, depromit. *Postquam verò, & vnguentum ventriculo impositum est, & pedes calidis manibus attrectati incaluere; vinum sabinum poposcit: atque pipere insperso bibit* Piper, & Zingiber, ac diatrium pipeteum, diaspoliticumque proponit ad eandem intentionem, vt loco proprio dicam, pariter, & aliam compositionem ex succo malorum cytoneorum ex melle, aceto, zingibere, & pipere albo medicamenti etiam constituit, quam etiam tunc promulgabo. Hæc autem dicta sint quo ad succorum crudorum primæ regionis, tum præparationem, tum simulque concoctionem, vt hi succi educi valeant per aluum, tametsi quoque per ventrem superiorem eos ita præparatos, concoctosque educere oporteat deriuationis gratia, tum pituitosos, tunque biliosos.

Admouenda in testinis, vmbilico, & cæteris partibus. Obiectio. Solutio. Cucurbita fiera citra euidentẽ calfacionẽ suũ opus efficit. Calor in naturalis debilis eiũ intrinsecis ore assumptis auxilijs fouendus.

Vinum concoquit vrinasq. mouet, & somnum conciliat. Vinum quies & somnus ad semicrudos coquendos succos valent. Nã ad omnino crudos succos coquendos vinum minime dandum.

Disperatæ salutis his cruditatibus signum.

Vlua vinum, piper zingiber, & diatrium pipeteum, ac diaspoliticum ad coquendas cruditates optima sunt.

A

13. Meth. med. c. 6.

4. De san. tuen. c. 4.

B

12. Meth. c. 8.

De præcogn. ad posthum. c. 13. Idẽ 1. ad Gl. uc. c. 14. 6. De tuen. san. c. 15. 4. De tuen. san. c. 6 & 1. ad Glauc. cap. 12. & 7. meth. c. 12. & 2. ad Glauc. c. 12. & 14.

C

Hipp. 4. de vict. rat. in mor. ac. c. 110 & Gal. 3. ad Glauc. c. 14. & 2. de san. tuc. fac. c. 11. & c. 14.

CAPVT XIV.

Indicationis crudorum copiæ vacuatiuæ, Aliam eradicatiuam, aliam subeuacuatiuam, seu minoratiuam per epicrasin peragendam esse: Aliam insuper sensibilem à cauitatibus, & à vasis & à carne moliendam; Aliam denique insensibilem diaphoreticam græcè nuncupatam haberi, ostenditur.



Ruditatum autem rectè curandarum primæ regionis indicationum primo genere hucusque fusè exposito: Ad secundum genus, quæso, accedamus: Quod equidem fuit eam cruditatum copiam, iam à Medico præparatam, & à natura concoctam euacuare nos debere, seu saltem deriuare, siue reuellere; nam, vt ait Hippoc. *Vbi verò virium debilitatem, aut animi defectionem indicare oportet; quandiu hoc feceris alio vertendum, aut siccandum, aut reuellendum:* interdum nanque id fit, aut in summis cruditatibus, aut medijs cruditatibus, ideo tunc priùs reuellere, postea verò deriuare tenemur. vt Gal. & Paulus confirmauit: *Reuulsio verò per longitudinem, deriuatio autem ad latera* fieri ait Hippoc, quam deriuationem triplicem esse alias dixi ex Hip. eodem loco, & ex Galeni confirmatione, vel enim secùndum latitudinem destrorsum, ac sinistrorsum, aut per altitudinem antrorsum, & retrorsum, aut secùndum profunditatem extrorsum, ac introrsum, & cum hæ tres differentiæ, vt genera in sex bipartiantur, ergo octo sunt species, duæ reuulsionis sursum, ac deorsum, sex verò deriuationis allatæ. Euacuatio autem vel ampla, confestimque peragenda, eradicatiuaque appellata etiam, ad animi vsque deliquium molienda, vel imbecillitatis vitium permittentium paucissimam vacuationem administrandam fore ratione, tantùm eductio pauca, paulatim, ac per vices facienda, hoc est, per epicresin. Quæ vacuatio vtique ab Hippoc. subpurgatio vocata fuit, ab alijs minoratio, de quibus eò quia tum lib. 3. de mag. sang.

tum

Lib. de magnit. sang. c. ... & de ma. cacochyma cap.

D

Lib. de humoribus p. 60. ex Fo. es.

11. Meth. c. 3. & 2. ad Glauc. c. 14.

Lib. 2. c. 37.

Lib. de humor. p. 58.

5. Aph. 68.

A tum 2. de cacochyma vberrimè iam dixi: ideò nunc ſuperuacaneum eſſet de his alia verba ſcriptis mandare. Verùm vlteriùs euacuatio, vel ſenſibiliter fit, vt etiam lib.6.cap.28 dicam, aut per aluum, aut per vomitum, ſeu per ſputamenta, ſeu per nares, aut per vrinam, ſiue per menſes, aut hemorrhoidas, ſeu per ſudorem fiat, aut à cauitate, aut à venis, ac etiam ex carne fit; ait enim Hipp. *Vena enim in venæ ſectione quicquid in ea ineſt pituitæ, & bilis, & ſanguinis morboſi vnà cum his magna ex parte foras emittit. Pars verò ex carne per medicamenta, & potiones diffunditur, et per calfactoria extrinſecus admota adeò, vt morbus per totum corpus ſpargatur.* Nam etſi ibi Hip. de tumore duro lateris in pleuritide per ſputamenta tollenda verba fecerit; iidem tamẽ concludit ẽt pro noſtro inſtituto, vt li.6.c.25. dicã: Alia ergo euacuatio inſenſibiliter fit ſuccorum, qui neq; venæ ſectione, neq; pharmacis purgantibus educi poſſunt ſenſibiliter: immo cum in ſpatijs, meatibusùe ſpeciei carnoſæ, ſeu partis ſolidæ infixi, ac ſtabiles ita contineantur, vt ſenſibiliter intrinſecè vacuari nullatenus poſſunt: idcirco per inſenſibilẽ halitum, ſeu diflationẽ extrinſecus extrahendi ſunt: hinc ait Gal. *qui in extremis venis, & corporis habitu ſunt per halitum reſoluendum*: Cum alio modo educi non poſſint: Iſta aũt vacuatio diaphoreſis quidẽ grecè appellatur, quæ à virtute præſidij fit diaphoretica tres concoctionis modos ſimul iunctos poſſidente, nempe humores eos crudos, & craſſos ita maturandi, ſimulq; tenuandi, vt in aeream naturam eos ſuccos tranſmi-
B grent: nec non cutem, & carnem adeò rarefaciendi, ac aperiẽdi, vt viæ omino apertæ ſint, atq. deniq; eos ſuccos ita attenuatos foras attrahendi, vt loco opportuniori, vbi de horum remediorũ diaphoreticorum materia, & natura agam.

2. Aph. 35 & alibi.

Quot à noſtro corpore, & à q. bus partibus ex cretiones fiant.

Lib. 2. de morbis p.448.

De euacuatione inſenſibili, per cutem diflationibus, exhalationibusue molienda.

4. De tuen. ſan. c.9.

Euacuatio hæc diaphoreſis vocatur, per diaphoretica præſidia executioni mandanda.

Diaphoretica ipſa tres concoctionis modos faciunt.

C A P V T XV.

Partis læſæ tum cruditates gignentis, tum tranſmittentis, tum recipientis duplicem roboratiuam indicationem eſſe, vel enim integram priùs tota materia cruda vacuata, vel mediam non tota materia cruda vacuata, ſed maiori ex parte, demonſtratur.

C Ruditatum primæ regionis ſecundam indicationem vtique membri offenſi pituitæ fluxionem gignentis, ſeu tranſmittentis emendatiuam, ſimulq; roboratiuam eſſe, iam c.3. demonſtraui; quam indicationem genere deſumptam modò in ſuas ſecare debebo differentias: neque mihi dicas, quòd antea c.4. eas differentias ſtatuere ego tenebar. Nã ibi quo ad intẽtionem eam indicationẽ poſui, modò verò quo ad executionem eam in ſuas differentias diuido. Quandoquidem in Arte medica, ſicuti etiam alijs artibus contingit, id quod in inuentione, ſeu inuentione methodo reſolutiua, ceu in reſolutione extremum, ac vltimum habetur, in executione verò, ſeu generatione primum eſt Ariſt. & Gal. ſententia. Vnde Gal. ait, *ergo quod vltimum in ipſa reſolutiua methodo eſt inuentum, id primum omnium in curatione eſt peragendum*. Sicuti è contra viciſſim primũ in inuentione, vltimum in executione ſe habet: partis itaq; cruditatem fluentẽ producentis, ſeu mãdantis, corroboratio quidem, vel omnimoda, ac integra adſtringentibus, alterantibuſq; poſt omnes cruditates coctas, & penitus vacuatas, ac ẽt toto corpore prorſus expurgato dũtaxat molienda: vel media tantũ fouentibus ſolum adminiſtrãda, non omnibus cruditatibus vacuatis, at ſolũ maiori ex parte, q̃ roborationem ſæpe ventriculo pituitã & creanti, & ẽt alijs partibus tranſmittenti adhibere cogimur: alioquin pituitæ generatio, ſimulq; fluxio ad primas ingiués venas nunq̃ adimeretur, nec ẽt conſequenter prima cruditatum regio ab earum cruditatũ copia infe-
D ſtante, curaretur: Hinc Gal. in quotidiana febre curanda ſtatuit: *circa ſtatum verò de ventriculo eſt habenda ſolicitudo, ac de eius ore præſertim* de eius roboratione intelligendo: tametſi ẽt nõ minùs in tertiana ſpuria, vbi copia pituitæ procreatur meo quidem iuditio propè vigorem vniuerſalẽ agendum fit. De ventriculi verò corroboratione loquens Gal. ait. *Quod ſi ex iſtis faciliùs fiat etiam abſinthij comam in melicrato decoquens ad potandum exhibeas, atque deinceps vinum: ac omnibus modis membra oportet corroborare partim ijs, quæ extrinſecus apponuntur, partim abſinthij potionibus; non tamen id in principijs faciendum ſuadeo, ſed poſtea quando partes, quæ circa aluum ſunt, fuerint expurgatæ: Quando verò adhuc humores in ipſis continentur nondum adſtringere, ſed tantùm calfacere conuenit*, quia adſtringentia in tunicas ventriculi, ac in alias partes ventriculo adiacentes peniniores cruditates infingerent; Vnde penitiùs hæ cruditates ac tenaciùs inhæreſcerent, hinc difficiliùs tunc detergerentur: Vnde Galeni conſilium, in ventriculo roborando eſt, vt prius cruditates detergamus, ac educamus; ſubindeque ventriculum adſtringentibus roboramus. *Vbi verò multa pituita frigida in ore ventriculi fuerit aceruata fouere quidem plurimum oleo, in quo abſinthium ebullirit, &c.* Quoties ergo euacuatæ cruditates nequaquam ſint, nec etiam ventriculum omnino roborare debemus, at vero concalfacere ſine adſtrictione ac ita

Obiectioni oponitur.

2. Phyſ. t.89. & 3. de anima t. 49 & 2. mag. moral. c. 10. & 3. ethic. c 3. 4. Meth c 4. & 11. meth. c.10.

De media ventriculi roboratione, maiori tã tum ex parte corpore, nõ toto reliquo corpore purgato, adhibenda.

In febre quotidiana & in tertiana ſpuria, vbi pituitæ generatio adhuc viget.

1. Ad Glauc. c. 12.

1. Ad Glauc. c. 14.

Quæ roboratio tan intrinſeca quam extrinſecus eſſe debet.

Error qui euenit, ſi in ventriculo cruditates adeſſent, ventriculum roborare tentaremus.

Tamen tunc extrinſecè tantum eum fouere ventriculum oleo debemus.

ventriculum fouere deuincimur;ne denuò ita pituitam gignet; neq; ad primas venas transmittar,Quo ad partem verò lęsam recipientem,quę est mesentereon,aut pancreon aut hepatis cauũ roboranda venit, causam imbecillitatis adimendo, vel sub genere attractionis, seu receptionis comprehensam:de qua re dixi tum lib.3.de magn.morb.sang.c.tum li.2.de mag.morbi cacoch. c.6.Perpensis repellentibus,in principio fluxionis adhibendis.Nec non repellentibus,simulque digerentibus vnà commixtis,in fluxionis incremento, & vigore admouendis; atq; deniq; resoluentibus in materię fluxę declinatione moliendis.Quantum aũt ad cerebrum mucum,seu distillationem,tum gignens,tum transmittens ẽt roborandum est:prius tamen corpore toto,ac etiam capite expurgato, factaq; distinctione,an cerebrũ per protopathyam, vel per simpathyã ab aliqua alia parte afficiatur,seu à toto,semper nanq; primum membrum,transmittens corrigẽdum est,postea secundum,quod partim mandat,partimq; recipit roborandũ venit:tertio deniq; partem solum recipientem roborare deuincimur. Si ita exempli causa cerebrũ à ventriculi consensu laborarit,primò ad ventriculũ incumbendum solũ transmittentem. Postea verò ad cerebrum,quod à ventriculo fluxionem recipit,& etiam ad pulmonem mandat:Tertio aũt ad pulmonem à cerebro recipientem,vt in distillatione ad pulmonem descendente contingere solet.Sicuti ẽt si ventriculus à cerebri distillatione afficiatur:deinde si ventriculus ad primas venas cruditatem à cerebro receptam transmittet,tunc primò ad cerebrum incumbimus,subinde ad ventriculum,tertio ad primarum venarum particulas incumbere tenemur.

A

B

Pars etiã primitã à ventriculo recipiens roboranda vt est mesentereon & hepatis cauum.

De cerebri mucum,seu destillationẽ procreantis, roboratione.

Primum mẽbrũ transmittens, prius roborandum, posterius recipiens roborandum membrum.

CAPVT XVI.

Cruditatum primæ regionis indicatio vitalis proponitur.



Æterùm vitalis indicatio ad cruditates primæ regionis rectè curandas, vel vniuersi corporis,vel alicuius visceris habetur: Vniuersi corporis aũt vitalis indicatio triplex est, quatenus tria membra principalia sunt totum corpus regens: Cordis enim calor naturalis, vt primum agens corporeum, seu primus motor corporeus salubris & insalubris totũ corpus vitali,pulsatili, & irascibili vi,nec non calore influente,regit,vt li.de med.cert.iam dixi, similiter spiritus animalis in cerebro obortus actionibus animalibus idipsum gubernat:sicuti hepar, seu sanguificationis alimentalis officina,totum corpus regit. Proinde indicatio à natura totius corporis manutenenda dicitur,tanquam prima indicatio, quæ cæterarum omnium indicationum maximè regina est,perpetuo primo similibus,similigineisq; formæ substantię totius corporis humani nutribilis,nutriendiq; executioni mandanda est.Nanq; si virtus hæc non conseruaretur, nec vtiq; indicatio præseruatiua,nec etiam curatiua, vbi morbi iam facti sunt adimpleretur. Vnde hæc indicatio vitalis à virtute naturæ exhauritur.

C

2. De arte cur. ad Glauc.c.2.& 8 method. c. 8. & 11.meth.c.9. & 9.meth.c.13. 6.Epid. c.3. tex. 5.& 2 aph.17. 3 Meth.c. 3.& 9.met.c.13.&7. met.c. 12.& 11. methodi c.3.

4.Meth.c.4. & 3.met.cap 3. & Hip.lib de prisca medicina.

CAPVT XVII.

Indicatio ista vitalis tum à tota vniuersa totius corporis virtute naturę substantiali,tum à virtute substantiali particulari viscerum desumitur. Triplexque virtutis naturæ substantia,vnà cum suo originali temperamento conseruanda reperitur, hoc est, spiritus calidi naturalis, & corpora solida, & species carnosa,

D



Tota itaque natura communi, tum cordi,tum cerebro,tum hepati insita, pluribusq; immo cæteris cunctis partibus reliquoq; corpori toti,suis actionibus,functionibusue omninò accommodata, etsi potissimum à natura vniuersali cordi complantata indicatio vitalis vniuersalis accipiatur.Quemadmodũ à partibus peculiariter viscerum,tum illæsis,tum minimè offensis, per quas omnes nostri corporis naturæ operationes singulares fiunt, indicatio vitalis particularis exhauritur. Hinc vires vniuersales totius corporis, alimentis euchymis,hoc est,probi succi, facilisque coctionis, ac minimi excrementi manutenendæ sunt: Partes verò solidæ,ac istarum spiritus,& calor naturalis conseruandus,& proprium temperamentum originale earum omni ingenio custodiendum,cum dixerit Gal. *Spiritus substantia vnà cum solidis corporibus,sic nobis custodiẽda,vt tum qualitate, tum quantitate*, & alibi ait. *Virtus ergo omnium prima custodienda hominibus est: seruabitur autem si nec eius substantia inaniatur,nec tanta alteratione alteretur, vt ea corruptioni sit propinqua, atque huius custodia pars est, vbi vel temperiem ipsam præsentem seruamus, vel absentem* originalem, ac naturalem deperditam adsciticiam, iterum *inducimus*:

In substãtia spiritus calidi innati, & in substantia corporũ solidorũ cõsistit vires nostrorum actionũ, corporeorum 6. de mor. vulg c.5.2. 5.& c.1.aph.17 & 4 de com.me. pei gen.c. 6. & in 1. de m.vul. c.2.1.46.23 dixi lib, 2.c.6.

Vt iam dixi lib. 2.c.14.

11.Meth.c.5. 9 Methodi c.13

12.Meth.c.3.

A *quippe ſi quem curare ſtudes affectum is vacuationem requirit, vires autem extrema imbecillitate laborant, toto illo tempore, quo vires reficimus eorum, quæ affectum ſanent, nihil planè ægrotanti exhibebimus. Vbi verò eò roboris perueniſſe eas coniecimus, &c.* Pariter nec etiam tanta alteratio competit, vt *ea corruptioni ſit propinqua,* vt antea iam dixi ex Galenus 9. meth. cap. 13. cuius rei iam quoque memini in lib. 2. de morb. magn. ſanguinea. Quocirca ſubſtantia vitium, quæ quidẽ *tum ex ſpiritu, tũ ex carnoſa ſpecie, tum ſolidis ipſis completur,* vt ẽt antea dixi vnà cũ ſuo originali, ac proprio temperamento tum primatum, tum ſecundarum qualitatum, perpetuò cuſtodienda *ijs, quæ ſimilia ſunt.* Incumbimus autem *ſpiritui ex reſpiratione, ac tranſpiratione, et qui ex ſanguine attollitur vapore, &c. ſolidorum verò generi ex ſolido nutrimento, carnoſo generi per eã naturam, quæ in medio humidorũ, ac ſolidorum corporũ eſt,* & ait ẽt, *cum verò horum cuiq; vel optima temperies ſit, vel aliquatenus vitioſa, quæ quidem optima eſt ſemper ſeruari debebit, quæ verò omninò vitio non caret, hæc in ſanis quidem vel ſeruanda eſt, vel alteranda; in ægris verò ſeruanda eſt, ea ipſa ſcilicet ratione, qua priùs oſtendimus maximam eſſe à conſuetudine indicationem, quippe vel temperamentum originale ipſam ſeruare, vel ad adſcitium inducere. Præſtari verò (vt prædictum eſt) modi auxiliorum indicationem ex eo temperamento, quod iam præſens ſit, ita nimirum ſicuti ex ætate non quam æger priùs habuerit, ſed quam nunc habet.*

9. Meth. c. 13. — 12. Meth. c. 1. — Ibidem Gal. — Ibidem.

Quæ ſubſtantia ſit ſuo proprio, & originali præſentanᵫ naturæ tẽperamẽto, tum quantitate tum qualitate manutenenda.

Etſi dixerit Gal. ẽt in ſpecie carnoſa vires corporearum actionum ineſſe, non tamen principaliter, verũ ſecundo partes ſolidas, ſicuti ẽt calor, influens calorem innatum iuuat, vt lib. 2. c. 14 dixi.

B

C A P V T X V I I I.

Indicatio vitalis ab vniuerſa natura totius corporis ex hauſta, qualem victus rationem poſtulet in cruditatibus primę regionis pituitoſis rectè curandis exemplis alimentorum dilucidatur.

IN cruditatibus itaq; pituitoſorum craſſis, viſcoſis, lẽtis frigidis, & humidis prętematuraliter ſe habentibus contrarijs pręſidijs non modò, verùm etiam tenuãtibus alimentis, incidentibus, abſtergentibus, calidis, & exiccantibus, nos pergere tenemur, ita nos docente Galeno citra tamen calorem manifeſtum crudorum humorum copiam adæquare deuincimur, ne vehementer humores crudi, à calore valido exſiccante liqueſcant, neq. liquefacti in totum introferantur corpus: Hoc enim modo victus ratione vitium ſubſtantia ea triplex manu tenebitur, vnà cum temperamento proprio originali harũ ſubſtantiarum; præparabiturq; crudorum humorum copia. Verũ *quoniam praecordia iſtiuſmodi omnibus turgida, inflataq; ſunt ac facilè quicquid aſſumpſerint in flatũ vertitur, non inutile fuerit longi piperis aliquid cum cibo dare: Quippe quod flatuoſi ſpiritus craſſitudinem ſoluit, & quæ in præcordijs pigra ceſſant ad ventrem inferiorem depellit, & concoquendis, quæ ſũpſeris, ſubuenit,* è contra verò *quæ vrinam cient,* ait Gal. *hoc caſu non probo maximè quæ prævalentia ex his ſunt, & ſanguinẽ calfaciunt, ac liquant,* tunc. n. in totum habitum crudi humores, ſeu *in omnẽ corporis partem feruntur* inquit Gal. quod quidẽ de calidis carminatiuis per ventrem inferiorem ſpiritus craſſos flatuoſos diſcutientibus minimè aſſerendũ venit, ſi quis vtetur ſolũ vrgẽte flatu, tanquam ſymptoma vires proſternens, ac reſoluens quoquomodo, cui ſemper *occurratur,* cũ dixerit *quatenus ſupra vires eſt, reliquis ſit maior, conſtat igitur primam adhibendã eſſe curã, vt ei, quod vires reſoluit, occurratur,* tunc ẽt præterea id eſſet cauſa, augeſcens cauſam gignẽtem cruditatem, quæ ſemper tollenda venit. Quocirca etſi dixerit Gal. *ſeruandi igitur hi ſunt in omni quiete, dandaq; ipſis cibus, potio, medicamentaq; ſunt ſingula eius generis, quæ attenuent, diſſecent, & minimè conficiãt ſuccorũ craſſitudinem, idq; citra manifeſtũ calorẽ, nam qui excalfacti vehementiùs ſucci ſunt, ij in omnẽ corporis partẽ feruntur.* Nihilominus laudat piper, quod ſanè manifeſtè calfacit, & aliquo modo pituitam liquat, cum eius calor ad ventrẽ inferiorem craſſum ducat pituitoſum non aũt pituitã craſſam, frigidam, viſcoſam, & lentam in ſinum venarũ ducit, vt diurectica, & alia calidiora, quã piper eſt, medicamẽta, tũ ſimplicia, tum cõpoſita. At verò quoniam victus tenuis, vel quo ad facultatem attenuandi per alterationem, contrarij factam, ſe habet, cuius iam memini, aut pro ve victus ratio pauco nutrimento ſit, ac ita inedia non modò ad cruditatum coctionẽ facit, (cũ tanto cibi impediant cruditatum coctiones, quanto ægri robur lædãt) Verum ẽt quatenus paulatim coquuntur crudi humores, *ad corporis alimentum* faciunt, inedia dico euacuatio quidem eſt per accidens, vt ẽt ex Hip. habetur. Verum quia quantum inedia ad coctionem valet, tantùm quoq; vel amplius viribus officit, vt ait Gal. præſertimq. in lõgis affectionibus, in quibus delinquũt ægri victu tenui. *Quicunq; enim error committitur maior in hoc fit, quã in paulo pleniori victu.* Præterea ẽt, *condonandum aliquid tempori, & regioni, ætati, & conſuetudini* potiſſimumq; conſuetudini, quæ natura quidem eſt adſcititia, cum dixerit *in ægris verò ſeruanda eſt ea ipſa ſcilicet ratione, qua priùs oſtendimus, maximam eſſe à conſuetudine indicationem.* Quocirca ſtatuit indicationem ab ætate, & à natura deſumptam, nihil abſolutẽ eſſe, *ſed tantùm cum conſuetudine,* cum *à præſtantiſſimis medicis aduentitia natura fuerit vocata, quin & Hipp. videtur in neceſſariſſimis ſcopis eam ſemper poſuiſſe, cui etiam in indicando ſecundum locum tribuit.*

4. De tuen. ſan. c. 4 & c. 6. & c. 7. & c. 9 & 11. me. c. 5. & 11. met. c. 16. & Hipp. 4. de vic. rat. in m. ac. t. 47.

C

Gal. iiſdẽ locis cit. ex Ariſt. doctrina 4. meteo. c. 3. — Gal. 4. de tuen. ſan. c. 5. — 4. De tuen. ſan. c. 4. — Ibidem.

7. Meth. med. c. 11. Idem 1. ad Glauc. c. 14. — 4. Meth. c. 4. & 7. meth. c. 12. — 4. De tuen. ſan. c. 1.

D

4. De tuen. ſan. c. 5 & in 6. de mor. vulg. c. 3. t. 18. — 1. Ad Glauc. c. 10 — 4. De tuen. ſan. c. 5. li. de ant. & de priſca medi. 1. Ad Glau. c. 10 Hip. 1. aph. 5. Hipp 1. aph 17. Gal 11. meth. c. 3. & 8. meth. c. 7 & 9. met. c. 14 & in lt. Hipp quæ in med. aff. c. 3. cont. 10. — 11. Meth c. 1. 8. Meth. c 9. In lib. Hip quæ I med. off. com. 3. cont. 10.

Qualibus aliment{is} curamus copiam cruditatũ pituitoſarum.

Quotics præcordia turgida, ac inflata ſint cxſia carminatiua ad ventrem inferiorem flatũ & cruditatẽ ducenda danda.

Obiectio tollitur cur calida, ad ventrẽ inferiorem tendentia, laudantur à Gal non autem diurectica.

Piper tenuat, calefacit, flatũq. diſcutit calfacit, ac per inteſtina exhalare flatũ ſimulq; cruditates efficit.

Diæta quod tenuis alimento[?] tum ad cruditates rectè curandas.

Inedia euacuat per accidens.

14. Meth. c. 7 & de venæ ſect ad uerſ Eraſiſtrat. c. 8 & c. 9.

In inedia exercitinni manda da conſuetudo obſeruanda venit, ne quid nimia diæta vtamur, cum aſſuetudo iam natura acquiſita ſit.

Indicatio à natura, & ab ætate accepta, nihil abſolutẽ eſt, ſed in relatione ad ægrorum aſſuetudinem.

CAPVT XIX.

A

Rationes, cur interdum cruditates hę tum lõgo temporis decursu tantum, tum difficillimè, his indicationibus tolli possunt. Et quando hę cruditates patientes interficiant, nullo præsidio iuuaturo, demonstratur.

Cur interdum longo tẽpore ac difficile cruditates tollantur. 1. Ratio.

1. Ad Glauc.c. 14 & 9.met.c.1. 6. De tuen.san. c.9.& c.10.

HIs autem scopis hactenus constitutis, sæpe nisi diuturno tempore, simulq. nonnisi difficillimè satisfacere possumus. Quandoquidem dum cruditates veteres fluerent ob pituitam adhuc fluentem, ac etiam fluxuram à ventriculo, fortassisq; à cerebro, ad ipsas primas venas venæ portę; tunc nunquam fluxio hæc auferri posset, quin etiam priùs ventriculi, & cerebri talem fluxionem gignentis, ac mandantis vitium adimatur. Quod equidem non nisi longo temporis spacio emen-

2. Ratio. — 7. Meth.c.11 & c.13.

dari valet. Nam etiam ob causam ipsam, eam fluxionem, generantem difficillimæ curationis hę

3. Ratio.

cruditates apparent: sicuti enim harum intemperies nonnisi diuturnè fit, ita quoq; diuturnè tolli potest. Vlteriùs difficilis curationis sunt ob cruditatem in has primas venas iam fluxam: tum

4. Ratio. — 2. De diff.febr.c. 16.

ob copiam eius nonnisi difficulter educendam. Quoniam optima excretio tantùm post integrã

B

Quinta. Sexta. — 4. De præ. ex pulsu c.33. 3. Epid.c.1.t.5. 2. De diff.feb.c. 16

coctionem fit: quę concoctio crudorum duntaxat longo temporis spatio adimpletur. Insuper ob crudorum crassitiem, tenacitatem, ac lentorem ad liquationem difficilem. Ac eò magis, quo etiã à calidis euidenter, tenuantibus, colliquantibusq; in totum corpus eas cruditates impellentibus

Septima. Octaua. — 4. De tuen.san. c.4.& 6.& 7.

nos cauere debemus. Pariter ab exercitatione ab aere calido, & ab alijs rebus multis, quod ferè impossibile est ea omnia euitare. Præterea quia paulatim contraria præparantia adhibere deuin-

Nona. Decima. — 4. De tuen.san. c.6. 6.Epid.4.t.16.

cimur, ac interquiescere. Porrò difficilis curatio est ob viarum angustiam, per quas vias hæ cruditates educi debent, à primis venis angustissimis capilaribus. Ad hæc si partes ijs cruditatibus

Vndecima.

oblæsæ, ac imbecilles fuerint, tunc sanè facultas coctrix solummodo languidè coquere valet. Ac etiam earum facultas expultrix expellere tantùm languidè potest, cum duntaxat naturam iuuatricem obtineamus, cum materia prorsus cocta sit. His enim rationibus iure meritò Gal. exara-

Sicuti gutta non nisi longo tractu temporis lapidem excauat, ita cruditates adimuntur. Duodecima. — Com.2.aph.52.

uit. *Quemadmodum enim gutta in subiectam petram casitante vix longissimo tempore in ea fit sensibile cauitatis vestigium: sic in crudis morbis, & coctu difficilibus se res habet.* Deniq; cum in pleris q; vnà cum pituitosorum copia primæ regionis, mordacium quoq; copia secũdæ, aut tertię regionis in corpore humano reperiatur; hinc triplici ratione harũ pituitosarum curatio contraria, ac difficilis est: quoniam tum in earum alteratione, tum in vacuatione, tum in roboratione ventriculi fri-

C

gidi, & hepatis calidi res contraria se habet. Verùm quandoq; nullatenus eas cruditates curare

Quando cruditates incurabiles sint, & ex quo dignoscantur. Tunc panem ex vino madefactũ dare conuenit, dummodo nec in ventriculo nec hepate phlegmone insit. — 12. Meth.c.8.

possumus, cum earum curationis desperata salus penitus sit, Galeni sententia, cùm asseret. *Pulsuũ interim ratione obseruata, aliquando enim subito ad imbecillitatem, vel inæqualitatem, vel paruitatem mutantur. Quo tẽpore panem ex vino diluto exhibere conueniet vtiq; si nec ventriculus, nec iecur phlegmone laboret.* Tunc enim vinum minimè conueniet, ob eius visceris inflammationẽ. Nã *quando si*

Ibidem.

hac phlegmone, ventriculus, aut hepar *infestentur iam corpore succis refertò, planè desperata salus ægro est pulsibus sic mutatis.* Ergo nos docuit Gal. p'pulsus eos subitò mutatos nos dignoscere posse, numquid ægri sic laborantes conualeturi, vel morituri sint; Subinde verò, ne summo nostro dedecore, vituperioq; ægri pereant; imò summa nostra laude, ac artis p̃stantia nos iubet, ægrorũ parentibus, seu consanguineis, affinibus, amicis, & adstantibus ægrorum ex pulsibus ijs interitũ

Tuncq. ex acto prognostico nos ipsos inculpabiles reddere debemus. — Ibidem.

planè prænuntiare debere, inquiens. *Ergo in eiusmodi ægri casu te ipsum à culpa immunẽ præstabis si moriturũ prædixeris, ac nullo generosiore medicamento vsus fueris.* Postea verò ad nostrã maiorẽ intelligentiã illico ait. *Quibus verò spes est salutis? Est aũt omnibus, qui ita citra phlegmonẽ ægrotant*

Ibidem.

maximũ medico, qui vtiq; ipsas in principio susceperit, videtur mihi dedecus esse. si in syncopem incide-

Nota Galeni præceptum.

rit, quanquam per inscitiam medicorũ quotidie id fieri cernitur. Verũ non est, quod hos spectemus, aut cũ nobis sibi et conferamus, sed cũ eo, qui cũ reuera peritus in arte sit; sedũ putet ægrũ animo extemplo linqui:

D

nẽpe lypothimia, quæ à syncope differt, vt 12. meth.c.5. *ipse* Medico *nec symptoma prædicente, nec ad id præparatio, aut idẽ prohibente.* Scias verò, etsi hæ cruditates maximè in primis venis à Gal. ibi constitutæ fuerint, attamen quoq; ait: *iã corpore* nempe toto *crudis succis referto*, ibi nanq; & lipothymiam, & syncopen, & mortẽ superuenturam prędicere debemus. Ab inflãmatione etenim consequenter partis inflãmatæ suffocationẽ, mortificationem, simulq; cancrenã fieri conspicuũ est, mortificationẽ etenim *vtriusq; virtutis, & retentricis, & alteratricis* partium vocauit, Gal. 1. de cris.c.12. Vnde non modò lipothymia, & syncopes, & mors prędicenda in ventriculi, & hepatis phlegmone, verùm & mesenterei, renum, & cuiuscunq. partis, tum superioris ventris, tum inferioris phlegmone affectæ: potissimum existente cruditatum copia allata, quæ semper aliquo modo inhibet, quominus nos ægrorum phlegmonem rectè curare valeamus. Quam rẽ iterũ de-

Cruditates si corruptioni subierint, sine phlegmone & lethale signum est.

nuò postea confirmauit. *Quod si non modò crudi succi sint, sed & eò corruptionis peruenerint,* & sine phlegmone, *vt eo concoqui ad perfectionẽ non queant, qui sic ægrotant eorũ desperata salus.* Extremæ

Ibidem nempe 12.meth.c.8.

cruditatis aũt in ventriculo existentis meminit Gal. pro cruditate sũma ad concoctionẽ penitus ineptam secũdæ cruditatũ regionis per vrinã omninò crudã explananda, his verbis. *Quæ verò ad*

summum

3. De sympto. cau. c. 8. 8. De cōp. med. s. l. c. 7. f. 194. B.

A *summū incocta est has oēs vincit; est aūt aquosa exquisitè, neq; iam coqui incipiens qualis turbulēta, neq; in spe, vt coqui debeat, sicuti quæ paulò post perturbatur: sed veluti desperatæ concoctionis accidēs, quæ talis est venosi generis passio existit, qualis est in ventriculo extrema ipsa cruditas*: apepsia à Gal. vocata: tamen scias, quòd *Peior est ea transmutatio, quæ in peregrinam qualitatem iuxta cruditatem fit* per corruptionis modum genita: quàm si cibus non mutetur apepsia vocata. Hine in prima regione bilis prasina, & zinatia deteriores longè sunt, quàm aliud crudum pituitosum, immo iam dictum est zinariam adeò veneficam esse, vt antequam putrescat, patientem interficiat. Vnde ex ea quidem putrida quidem minime fit febris.

Lethale signū quoq; est vbi extremæ cruditates adsunt ex vrina penitus aquosa ac tenui cognitæ ceu signum desperatę concoctionis vt etiam est vrina clara emicta, & paulo post turbatur.

C A P V T XX.

Cruditatum tam pituitosarum, quàm mordacium secundæ regionis indicationes absoluuntur.

B CVm cruditatum secūda regio, quæ venarum sinus, seu venosum genus est, harūq; cruditatum copia coinquinata esse possit, quæ certè multitudo tum pituitosarū ante sanguinis generationem, per cruditatis modum genita, vel mordaciū post sanguinis generationem, ac per adustionis modum orta esse valet: sub mordaciumq; copia compræhensa quidem tum biliosorum flauæ bilis, tum atræ, nec non melancholiæ. Pro quarum autem omnium harum cruditatum hue vsq; allatarum copia eripienda tria sanè perpetuò perpendenda veniunt, pręparatio nēpe, eductio, & via per quam educi possit ea copia; tametsi Gal præparationis internæ mordacium haud meminerit, attamen, me quidem iudice, de cruditatum mordacium tertiæ, & quartæ regionis copia allocutus est Gal. non autem secundæ, dum exarauit. *Quoniam ergo duo prima sunt, quibus primum intentus sit oportet, qui eiusmodi affectibus medebitur crudorum, siue etiam semicoctorum, qui ante sanguinis perfectionem fuerunt pereoctio, & acrium, ac mordacium, qui secundi sunt, & sanguine posteriores eductio.* Nam ibi intendit *in venoso vasorum genere apparere subesse illi copiam semicrudorū succorum* pituitosorum *in reliquo verò corpore toto multitudinem horum mordacium, &c.* Secundæ itaque regionis cruditates, nisi turgeant mordaces, & acres crassæ adæquandę sunt: Ambæ autem hę cruditates extremæ quidem, & seorsum oppositę sunt, inter sanguinem probum, vt ait Gal. *Siquidem sanguis in medio est biliosorum, atq; horum, quorum vtiq; genus vno vocabulo appellare licet,* C *vel crudum succum, vel pituitam*: Quo ad pituitosarum adæquationem vero tum intrinsecis orc sumptis, tum æquè topicis alterantibus præsidijs agendam, circa indicationem pręparantem, ita exactè iam dictum est, dum alterantium primę regionis meminerim, vt hic alterantia ea repetēda haud veniant. Vnde satis est, vt ea perlegas dudum allata. Alterantia vero cruditatibus quidē acribus inseruientia c. seq. inuenire poteris, vt laconicè me expediā: perpetuò assumptis alterantibus, nedum humores specifica proprietate respicientibus, vt exempli graria syr. bizantinus, & de asplenio melancholicū humorē petit syr. de pomis, & de succo borraginis atram bilē, syr. violatus bilē vitellinam, & oximel pituitā. Verùm ēt partes læsas à tota substantia proportione respondentibus, quod per signaturas esse dicunt spagirici, vt Quercetanus, & Crolius vt agrimonia cichoreum, & seris hepar respiciunt: item absinthium quod iecoris tenorē seruat; sicuti cortex radicū capparorū lieni conducit: similiter cetrach, fumaria, &c. Pro capite vero betonica; pro ligamentis iua artetica valet. Quo ad euacuandi locum commodum, sicuti prima regio per vomitū, ac per aluum expurgatur: & primò per vomitū deinde per sedem: ita secunda regio commodè per aluū, per vrinā, ac per sudorem, seu per halitū totius corporis; & priùs per sedem, postea per vrinā expurgabitur, deniq; per sudorē; verū prius ipsa regio secunda per secessum optimè reiterata adæquantibus cōpositis præparatione, ac expurgatione, euacuanda est. Præterea neq; ea se- D cunda purgāda est regio, quin prius exactè prima à cruditatibus inanita sit regio, scias aūt quod per sudorē, & per halitū cutis secunda regio expurgatur, quoties extremæ venulæ venosi generis copia cruditatū laborent, quæ extremæ venulæ ēt tertię & quartę regioni inesse dici pōt: prout in specie carnosa, & in partibus solidis nutriendis ea copia sit, quæ cū circa cutim sit: per nullā aliā partem expurgari pōt, nisi per cutim. Cæterū aduerte, quod per topica pręsidia nedū alterare, meatusq; aperire, & naturā coquentē roborare, verum ēt per inconspicuam diflationē digerēdo, tenuando, ac resoluendo, euacuare possumus, seruatis nihilominus cautionibus iam statutis. Quo ad vitalē indicationē eadē erit, quā in pituitosis cruditatibus requiritur primæ regionis, siquidē pituitosę sint; aut quę in mordacibus alijs petitur cruditatibus. Prognosticum vero idem est, quod iam c. 19. dudum retuli, etsi valdè periculosiores sint cruditates in secunda regione existentes, quā illæ in prima regione repertę. Quandoquidem, vt ait Gal. *longè præstet, vt circa iecur, et primas venas adhue ipsis subsistant*, coinquinato enim sanguine, etiam spiritus sanguinis affici quidē necessariò debent, hinc etiam calor, influens lęderetur, quo læso, ēt calor primogenitus, & cordi implātatus afficeretur, qui sanè primum corporeum est naturale salubre, seu insalubre est agens in Ar-

4. De san. tuen. c. 4.

Loco ci. tato.

Sanguis in medio acrium cruditatum, & pituitosarum cruditatum sua natura est.

Crudi succi adęquandi specifica proprietate præsidiorū, simulq; partia læsę à tota substātia per pensæ remedio adhibito.

Prima regio facilè per aluum ac per vomitū euacuatur à cruditatibus.

Secunda aūt regio cruditatum commodè per aluum, per vrinam, & per sudorem purgatur.

Et ordo seruandus proponitur.

4. De tuen. san. c. 8.

Cruditates in secunda regione residētes magis periculosæ quā in prima regione.

11. Meth. c. 3.

Iacturæ ex cruditatibus in secunda regione existentibus futuræ.

te Medica nostratum omnium actionum, vt Hip. & Galenus assueuerunt, vt iam lib. de med. cet titud. vberrimè demonstraui: immo Gal. depromit, quòd *crudis humoribus liquatis* in primis venis existentibus, in venarumq; sinum transeuntibus, *ac per omnes corporis partes fluentibus ita, vt metuendum sit, ne ad pulmones, & cor ferantur aliquando etiam ne ad cerebrum subeant*. Quam ob causam facillime morbi renū, & vteri, & paraplexia, & apoplexia, & orthopnea, & syncopes, & mors tandē subsequi posset; præterquā vt alimento totius corporis coinquinato, omnes corporis partes nō nisi mala, & vitiata nutritione ali possint: Vnde cauti esse debemus in prognosticando. A

CAPVT XXI.

Cruditatum mordatium tertiæ, & quartæ regionis indicationes à Galeno sparsim positæ colliguntur, & aliquibus exemplis materiæ præsidiorum dilucidantur.

B

Si biliosæ cruditates natura cōtrariç pituitosis cruditati b. sunt Ita etiam cōtrarias habent indicationes.
Cruditatum biliosarum indicationes exhauriuntur.
Alterationes.



EX cruditatum pituitosarum indicationibus hactenus statutis, aliarum cruditatum mordacium biliosarum quidē indicationes, ijs partibus enucleatis, præparatione, & eductione contrarias esse manifestum est. Nam istæ amaræ, biliosæ cruditates à combustiuo crassefactæ calore, à frigido liquefaciendę sunt. Ideo tum qualitate prima, tum secunda contrariæ existunt, contrariasque postulant indicationes. Istæ enim cruditates calidę, siccæ, asperę, acres, & mordaces sunt, vlcerosam producentes lassitudinem, nec non motum, & vigiliam concitantes. Pituitosæ vero cruditates frigidę humidæ, viscosę, glutinosę, ac lenes sunt, quietem, & somnum excitantes. Quocirca illas refrigerare, humectare, epiceraușticisque contemperare, lenireque tenemur; sicuti è contra istas calfacere siccare incidere, tenuare, friabilesque reddere cogimur; ita nanque hæ cruditates ambę adęquantur fluxilesque fiunt; Causę quoque has cruditates efficientes, vt contrarię, contrarias etiam petunt indicationes; Ea propter in illis hepar refrigerare, in istis verò ventriculum calfacere deuincimur: sic aer etsi temperatus in vtrisque esse debeat, tamen vergere ad contraria debet; Concoctio etiam humoris, quæ à natura fieri debet extrinseca contraria esse tenetur: ac indicatio vitalis etiam contraria, quoad specificas indicationes, etsi genericas indicationes ambę postulent, nempe virtus conseruanda alimentis optimi succi, facilis digestionis, & minimi excrementi. Quamobrem victus ratio in cruditatibus illis humectans, ac refrigerans se habere debet. Vlterius harum cruditatum eductionis viæ, per quas euacuantur, contrarię habentur, pituirosę nanq; primę regionis cruditates iam pręparatę copiosę per vomitum, ac per secessum educuntur: Mordacium verò cruditatum copia corporum solidorum speciei carnosę, & venularum harum partium extremarum per cutim educitur, vel per sensibilem sudoris transpirationem, aut per insensibilem fuliginum, ac vaporum halituosorum diflationem, vt Gal. ait, & si à toto vniuerso corpore materia turgens, ad cutim accedens educenda quoque sit: Cinis enim vt humor putrefactus per sudorem egreditur, Quocirca coctionis mordacium duo sunt modi. Alter etenim modus digestio horum humorum est, quę causa est, vt euacuentur vel per sudores, vel per diflationem vaporum inconspicuam: Alius verò modus ratione vię habetur, quia raritas est corporis per quā viam per halitum totius corporis euacuantur, vel humores, vel vapores, aut fuligines. Cruditates itaque mordaces interdum quoque in cinerem conuersę per sudorem egrediuntur, vel cinis sit sanguinis adusti, in atramque bilem conuersi, vt Gal. asserit in partibus solidis, aut in genere carnoso existens: aut cinis aliorum humorum sit, ac talis veluti pus est cinerulentum humorum, iam iam putrefactorum, vt Gal. statuit, veluti in partibus inflammatis contingit, quod per vrinā egrediens, vrinę sedimentum reperitur esse. Cęterum cinis illa pauca sanè manet, quę per sudorem expurgatur, cum maiori ex parte per halitum insensibiliter diflatur. Quandoquidem incrassis succis putrefactis pauca superest cinis: in serosis verò nulla seruatur cinis. Aduerte tamen quandoque, vt sudor ex tertia, & quarta regione cruditatum nasci, non ex succis quidem mordacibus; veluti in cinerem elapsis, verùm ex tenuiori tertię concoctionis excremento, quod per se vbique, & semper per halitum inconspicuè per cutim resoluitur, tamen per accidens fit sudor, & *sit visibilis quoties vel naturalis calor languet, vel nutrimento ampliori, vel motus quispiam vehementer animali contingit*: vt ait Gal. vt iam etiam lib. 3. c. 19. dixi. Ad mordacium cruditatum itaque copiam educendam tertię, & quartę regionis cruditatum etiam in febribus putridis balneo, & relaxantibus vtebatur Gal. priùs tamen facta omnimoda primę, & secundę cruditatum regionis purgatione etiam in febre putrida; cum dixerit. *His euacuatis non solùm audacter lauem, sed et cataplasmatibus vtar, in alijs quidem membris, ijsque relaxent; in iecinore verò, ac ventriculo additis etiam, quæ mediocriter adstringunt*. Ante omnimodam verò corporis expurgationem, facta tamē ali-

Coctio à natura agenda.

Victus ratio.
Euacuationes.

Cruditates acres vel per sensibilem sudorē vel per inconspicuā halituosam diflationem educuntur.

6. Epid. c. 2. t. 30 ac 6. epid. c. 5. t. 6
6. Epid. c. 2. t. 30. & t. 13.
6 Epid. c. 5 t. 6. & 6 epid. c. 2. t. 10. & 4. de tuen. san. c. 9.

Com. 1. progn. 27.
2. De diff. feb. c. 11.

D


2. De præs. ex pulsi c. 7.
2. De diff. feb. c. 11.

Li. 3. meth. me. c. 3.

11 Meth. med. c. 16.

A aliqua expurgatione venę ſectionis, & humorum expurgatione, deterſoria laudat pharmaca *cataplaſmata, quæ ex oximelite, & abſinthio, & capari fiunt, illi* nempe lieni craſſis, & viſcoſis laboranti *ſunt idonea*, vt hoc lib. c. 12. iam dixi. Pręterea, expurgato toto corpore, in febre ardenti legiti-
Com. 3. de vict. rat. in m. a. c. 61. ma, à bile prodita ſimiliter Gal. balneo vtebatur, inquiens *ſcire riſq; in vniuerſum de balneorū viribus, quod ſi non antea vacuato corpore exhibeatur membris affectis fluxionem parit: vacuato autem ſi exhibeatur coctionem iuuat, nempe corpore toto antea vacuato adhibitum ad euacuatoriam obtinet facultatem. Quo fit vt ex febre ardente laborantibus, ijs tantū opituletur, qui ſine tumore, vel phlegmones, vel eryſipelatos laborant, feruente in ipſis per totum corpus bile. Quod ſi coctionis ſigna habuerint, his multo magis conferet. Verùm ſi ardens febris ob ſalſam pituitam putreſcentem oriatur aduerſiſſimum illis eſſe balneum ſcire oportet: Neque enim pituitoſus humor, vt billoſus per cutim euacuatur, propterea quod tum craſſus, tum glutinoſus fit, neque extinguitur longa egens concoctione.* Quod autem ita mordaces cruditates per ſudores, & per cutim euacuentur tertię, & quartę cruditatum regionis ſicu-
4. De tuen. ſan. c. 4. ti per vrinam acres cruditates ſecundę regionis educantur collige ex antea à Gal. ſtatutis; concludendo enim Gal. inquit. *Tantum eius meminiſſe conueniet huc omne conſilium dirigere, qui copia ſic affecta curat, vt excrementa, quæ circa cutim ſunt, educat, propterea quod affectus in hac vnà conſiſtit:* nempè in euacuatione ſola per cutim facta; Vnde poſtea ait. *Vbi verò in extremis venis, & cor-*
4. De tuen. ſan. c. 9. *poris habitu reſedit* nempè partium ſolidarum, ſpeciei que carnoſę, & cutis, tunc *& concoquendum*
B *pariter, & per halitum reſoluendum.* Et alibi etiam idem confirmando, vomitum damnat in crudi
4. De tuen ſan. c. 6. tatibus tertię regionis, inquiens *etiam lauare tum hominem debebis, vngereq; ac molliter fricare, vt verò in vrina primum ſubſidentia viſuntur, tum frictiones augere, tū ad conſuetas exercitationes paulatim reducere. Hoc tempore vnguentis ijs vtendum, quæ per halitum euocent, haudquaquam tamen in eiuſmodi affectibus vomitu vtendum ſuaſerim, ſicuti nonnullis viſum eſt.* Cruditates verò primę regionis per oppoſitum tantùm per centrum educendę, vt ſuo loco iam ſatis dictum eſt. Nota autem mordacium cruditatum calidarum, amararum, bilioſarum indicationes, hic me declaraſſe, non aut indicationes mordacium frigidarum cruditatum acidarum, tum atrabilarium, tum melancholicarum: cùm frequentiùs laſſitudo vlceroſa à bilioſis ijs amaris humoribus promanet: Nam iſtarum cruditatum frigidarum, acidarum, mordacium alterantia, ſimulque pręparantia calida moderatè eſſe debent, & calida magis moderata ad atram bilem adęquandam, quàm ad melancholiam fluxilem reddendam. Pręterea aduerte tria nos ſemper in cruditatibus rectè curandis exactè perpendenda eſſe, ſcilicet cruditatum genus, ſpeciem, ac regionem his copioſis offenſam cruditatibus, vltra cruditatum copiam educendam, quę ventilanda etiam eſt. Proinde primo generum, ſecùndo ſpecierum, tertio regionum harum cruditatum exquiſitam ponderare
C tenemur compoſitionem: Inſuper in vtraque compoſitione cruditatum coquendarum, & pręparandarum, ſimulque poſtea per viam conuenientiorem educendarum copia ſemper introſpicienda veniet.

Finis Libri Quarti.



DE CRV-



DE CRVDITATIBVS RECTE DIGNOSCENDIS, RECTEQVE CVRANDIS.

LIBER QVINTVS.

In quo

Regionum, cruditatum, compositionum indicationes omnes Galeni sententia absoluuntur.



CAPVT PRIMVM.

Quot regionum cruditatum compositiones, indicationes obtinentes apud Galenum fuerunt, de quarum compositionum indicationibus hic sermo habendus, proponitur.



Ametsi cruditatum compositiones duplici modo esse conspiciantur, vt lib. 2. istius operis est videre. Nihilominus relictis generum, ac specierũ, differentiarumq; cruditatum compositionibus rectè curandis, ceu notissimis vnicuique, arti medicæ operam danti; solummodo locorum, seu regionum cruditatum compositiones rectè curandas potissimum dilucidabo, ob quas Gal. in lib. de tuenda san. maximè plurimùm defatigatus est, cum in his cruditatum regionum compositionibus curandis plura errata à Medicis etiam peritis committi soleant: Hinc Gal. ægrotantium vtilitatis amore, ac studio ductus, ad isthæc errata euitanda, nos docuit quomodo has compositiones sine vllo errore rectè curare valeamus. Quæ compositiones etsi numero nouem sint, vt lib. 2. cap. 4. istius operis iam dictum est. Cùm tamen à Galeno quatuor peculiariter tantùm explanentur suis indicationibus, & curationibus reliquarum quinque non principalium indicationes, simulque curationes facilè elicere possumus. Eamq; sanè ob causam harum quatuor regionum compositionum cruditatum principalium tantùm Galeni mente indicationes priùs, ac postea curationes examinare nitar: quæ hæ sequentes erunt. Neque obijcias inquiens, has compositiones sex esse, non autem quatuor; quia in hoc libro tertiam, & quartam sine distinctione specifica posui, at solùm distinctione graduali. Verùm lib. 1. quartam à quinta regione secui. Nã ibi eam ab alia tertia seiunxi, vt apparenter quatuor regiones hæ sunt reuera seorsum distinctæ, ita etiam in doctrina hæ pateant. Verùm quia quo ad indicationem, simulque curationem quarta à tertia non segregatur, nisi secundùm magis, & minùs. Proinde Gal. vbi de earum regionum indicatione, & simul curatione constituit, semper de vtroque simul agit: Ideò ex Galeni more hanc tractationem ingrediar.

Obiectio tollitur.

A

B

CAPVT

A

CAPVT II.

Cruditatum compoſitarum primæ regionis cum ſecunda cruditatum regione indicationes abſoluuntur.



Tatutis cruditatum omnium ſimplicium indicationibus, modo verò cruditatū compoſitarum Indicationes eliciendæ veniunt: ſæpe nanque vel prima cum ſecunda regione componitur, aut prima cum tertia, & quarta; tertiam enim à quarta non diſtinguo, cum hæ non niſi gradu differant quo ad curationem ex Gal.ſententia, vt antea loco proprio iam iam, & etiam dudum dictum eſt, vel ſecunda cum tertia,& quarta,vel tandem omnes quatuor ſimul componuntur, cum vniuerſum corpus cruditatibus afficiatur. Vnde quatuor ijs modis cruditates ſimul componuntur. Primi itaque modi nunc meminero,nimirum cum prima,& ſecunda ſimul regio cruditatum copia lędatur; Cuius compoſitionis intentiones facillimè colligi poſſunt,ex ante rebus B allatis in indicationibus primæ,& ſecundæ regionis ſimplicium rectè curandarum. Quocirca tantùm dicam, ſi iſtæ cruditates ſimul fuerint iunctæ perpetuò quidem æquè cruditates,& pręparare,& euacuare teneamur,tam primæ regionis,quàm ſecūdæ,& præparare,& euacuare præſtet;ne cruditates primæ regionis ad ſecundam fluent regionem; quippe in oppoſitum cruditates ſecundę regionis ad primam regionem attrahi ſemper debent:Hinc aſſiduè alterantibus, & cibis ea vtique,quæ mitè aluum ſubducere valent commiſcenda erunt,vt ad profundum ij ſucci crudi accedant;nullatenus verò ad altum,niſi omninò euacuatis cruditatibus tum primæ, cum ſecundæ regionis etiam per vrinam; tunc enim ſi ſucci crudi in extremis venulis ſinus venarum ſuperſint propè cutim,qui per aliam nullam partem educi poſſint,niſi per ipſam cutim, tūc per eam partem eos extrahere ſuccos par eſt;ſemper explorata via, per quam natura vergat eos expellere humores,& per commodiorem viam,facta verò priùs diſtinctione,an hę cruditates morbo magno annexæ fuerint,vel laxitudini, ſi nanque morbo magno,tunc ſanè abſq; præparatione ſuccos turgentes extrahere deuincimur, vt lib.2.de morb.mag.cacochyma ſatis exploratum habui.Sin laxitudini iuncti hi crudi ſucci fuerint compoſiti, tunc optimè diſquirendum de regione,de genere,& de differentia horum ſuccorum venit.Quandoquidem in prima regione generis pituitoſorum copia pręparanda eſt magis,& minùs tripliciter,ſicuti generis iſtius tres differentiæ ſunt. C Nam hi humores ante ſanguinis generationem per cruditatis modum orti,vel parum à ſanguinis natura diſtant,vel medio modo,cum ſemicrudi ſint,ſeu ſemicocti,aut plurimū, & omnino à ſanguineæ maſſę ſpecie recedunt; ſi enim primo modo pauca alteratione egent hi humores,ac audacter ſanguis detrahi poteſt copia peccans:ſi ſecundo verò modo hi dimidia alteratione indigent,& conſideratius ſanguis educēdus venit, ſi tertio autem modo hi maximam poſtulant alterationem, ac tunc de ſanguinis miſſione reuulſiua, ſeu deobſtructiua cogitandum erit. Quocirca maximè confert ad indicationes ipſa diſtinctio. Sic de alteratione etiam,& de vacuatione alterius generis cruditatum mordacium,& acrium,quæ poſt ſanguinis generationē proditæ ſunt,aſſeuerandum venit;quod ſimiliter à Galeno in tres alias ſecatur differentias ijs enarratis differentijs appoſitas, & proportionatas, pro quibus etiam vel pauca, vel dimidia, vel maxima alteratio,& ſimul ſanguinis miſſionis contemplatio requiritur. Et quæſo exempli cauſa ad hanc rem dilucidandam,vt etiam lib.2.feci aſſignamus A,primæ, B, ſecundæ C, & D, ſimul iuncta tertiæ,& quartæ cruditatum regioni. Similiter E,F,G,tribus differentijs cruditatum pituitoſarum,& H,I,K,alijs tribus differentijs cruditatum acrium, & mordacium: quibus poſitis,dicamus in A,eſſe E,& in B,eſſe E,vel in A,eſſe E,& in B,eſſe F,vel in A,eſſe E,& in B,eſſe G,vel in A,eſſe F,& in B,vel eſſe E,vel F,aut G, aut in A,eſſe G,& in B, eſſe G, & in B, ineſſe vel E,aut F, D aut G,Præterea in A,eſſe E,& in B,ineſſe,vel H,aut I,ſeu K vel in A,eſſe F,& in B, eſſe F, & in B, ineſſe vel H,vel I,aut K,vel in A,ineſſe G,& in B,ineſſe aut H,vel I,aut K,omnibus enim iſtis decem,& octo modis cruditatum compoſitio contingere poteſt: Nouem etenim modis ex cruditatum pituitoſarum differentijs inter ipſas differentias, vt eſt hic videre,

Si prima regio cruditatū, cum ſecunda, ambę ſimul afficiātur quid agendum ſit.

In	A	ſit	E,	&	in	B	ſit	E
In	A	ſit	E,	&	in	B	ſit	F
In	A	ſit	E,	&	in	B	ſit	G
In	A	ſit	F,	&	in	B	ſit	E
In	A	ſit	F,	&	in	B	ſit	F
In	A	ſit	F,	&	in	B	ſit	G
In	A	ſit	G,	&	in	B	ſit	E
In	A	ſit	G,	&	in	B	ſit	F
In	A	ſit	G,	&	in	B	ſit	G.

compoſitiones fiunt: in prima

etenim

etenim compositio æqualis quidem alteratio, ac æqualis sanguinis missionis contemplatio re- A
quiritur: In secunda verò compositione, in prima regione pauca alteratio, paucaque sanguinis
eductionis speculatio petitur, cum ibi audacter sanguis mittendus: in secunda autem regione di-
midia alteratio, & bona sanguinis mittendi consideratio desideratur: In tertia autem composi-
tione prima regio similiter paruam præparationem, paruamque sanguinis missionis discussio-
nem petit: secunda verò maximam præparationem, maximamque sanguinis eductionis contem
plationem flagitat. In quarta, in quinta, ac in sexta compositione primæ regionis vtique crudi-
tatibus dimidia præparatio, dimidiaque sanguinis missionis animaduersio competit: secundæ
regionis autem cruditatibus in quarta compositione pauca alteratio, paruaque sanguinis edu-
ctionis circunspectio, in quinta autem compositione dimidia præparatio, dimidiaque sangui-
nis missionis perscrutatio: in sexta verò compositione maximā alteratio, gradatim tamen facta,
maximaque sanguinis missionis perscrutatio congrua est. In septimo præterea octauo, & nono
modo compositionis primæ regionis cruditates maximam præparationem, maximamque san-
guinis detractionis circunspectionem optant. Secundæ verò regionis cruditates in septima
compositione paruam alterationem, paruamque sanguinis missionis speculationem respiciunt.
In octaua verò compositione dimidiam, In nona verò compositione maximam rem enarraram
postulant. Quocirca in prima, in quinta, & in nona compositione æqualem præparationem, B
æqualemq; sanguinis eductionis contemplationem desiderat tum prima, tum secunda crudita-
tum regio. In quarta verò, in septima, & in octaua maiorem præparationem, maioremq; sangui-
nis missionis circunspectionem prima regio petit, quàm secunda: Cum in prima cruditates cru-
diores sint, quam in secunda, ac tunc magis longè incumbendum est ad cruditates primæ regio-
nis, quam ad eas cruditates secundæ regionis, & maximè in septima compositione, in qua tertia
differentia cruditatis pituitosæ omninò distantis à sanguinis natura prima regione adest: prima
verò differentia in secunda regione; in quarta verò compositione secunda differentia cruditatis
in prima regione, prima verò differentia cruditatum in secunda regione: In octaua autem com-
positione tertia differentia cruditatum in prima regione: secunda verò differentia cruditatum
in secunda regione inest. E contra autem in secunda, tertia, & sexta compositione secundę regio-
nis cruditates maiorem præparationem, maioremque sanguinis eductionis contemplationem,
& animaduersionem respicit, quàm cruditatum regio, eò, quia in secunda regione succi crudio-
res sunt, longeque crudiores existunt in tertia compositione, vt est videre; attamen aduerte ne
cruditates primæ regionis in secundam regionem fluant: immo in oppositum facies: ideò alte-
rantibus semper ea, quæ aluum mirè subducunt commiscere deuinceris, vt ad centrum crudita-
tes accedant. Totidem autem nouem modi sunt, quibus cruditates primæ regionis, cum crudi- C
tatibus secundę regionis componuntur, nempè ex cruditatibus pituitosis cum cruditatibus mor
dacibus, vt est hic introspicere.

In	A	fit	E	&	in	B	fit	H
In	A	fit	E	&	in	B	fit	I
In	A	fit	E	&	in	B	fit	K
In	A	fit	F	&	in	B	fit	H
In	A	fit	F	&	in	B	fit	I
In	A	fit	F	&	in	B	fit	K
In	A	fit	G	&	in	B	fit	H
In	A	fit	G	&	in	B	fit	I
In	A	fit	G	&	in	B	fit	K

Omnes autem isti modi, & si differant, & conueniant inter se, sicuti etiam alij nouem modi su-
pra allati compositionum cruditatum, attamen vlteriùs discrepant in eo, quòd alterationem
contrariam petunt, sicuti per modum contrarium geniti fuerunt hi succi præternaturales. Nam D
illi per modum cruditatis à causa frigida, isti verò per modum adustionis à causa calida combu
stiua prodiri fuerunt. In curatione verò istorum cautè nos agere debemus absque quòd nec il-
los, qui sunt in centro, ac profundo ad circunferētiam, ac ad altum trahamus, nec istos, qui sunt
in medio ad profundum ducamus, præsertim si ægri picrocholi fuerint, & quando ea fluxione
ad os ventriculi facta ægri afficerentur. Attamen aduerto Hippocratem, ad curandas mordaces,
& acres cruditates, in sinu venarum inexistentes, eas cruditates & per vomitum, & per sedē edu-
cere, quando scilicet ad eas vias natura vergere nitebatur, etiamsi picrocholi ægri fuerint, vt in
cholera fecit lib. de affect. sect. 5. pag. 537. inquiens. *Ad choleram autem confert, si quidem dolor*
detinet ea dare, quæ in medicamentorum tractatione dolorem sedare scripta sunt. Venter autem tum
superior, tum inferior, potionibus madefacientibus curandus, corpusque excepto capite balneis calidis
emollientibus, & dum sic facilior vomitus contingit: & si quid humidi subierit, quæ molesta sursum re-
mouentur, & per inferiora secessus magis prodit: quod si vacuus fuerit, cum vi conouantur, & violen-
tius secedunt, sub vesperam autem etiam exhibeto, quæ ei, qui medicamento purgante vsus est. Cęterum
si Natura

A *ſi Natura eos non moueat ſuccos*, tunc ipſos tantum præparare tenemur humores pituitoſos, auxilio quietis, ac ſomni. Sicuti in oppoſitum ſi hi mordaces ſucci ob morbi magnitudinem cacochymam per accidens vnà cum ea magnitudine vrgeant, ac ſimul turgeant à natura moti, eos educere operæ pretium erit. Verùm aliquem video obijcientem, ſi dixerit, tu iam eas ſex cruditatum differentias connumeraſti à Gal. ſtatutas pingui minerua. Quandoquidem, vt ille ait, *vtriusque generis innumeræ particulares differentiæ*. Tu autem eas tres vtriuſq; generis differentias tanquam exactè determinatas poſuiſti; Cui reſpondeo cum ipſomet Galeno ibidem aſſerente, non eſſe opus quarta differentia, ac tres eas proponere differentias ſatis eſt, *vt etiam ſatis ſit eas ad vnum caput redigere, quod tibi veluti ſcopum agendorum proponas*, & antea dixerat. *Quartum tamen ipſarum* ſpecierum *adeò hic omnium meminiſſe neceſſe non eſt*, & illico pergendo eas tres vtriuſque generis ſtatuit differentias, & dilucidat. Animaduerte autem quod ſicuti ſpecies illæ cruditatum aſſiduè hoc modo in compoſitione harum perpendendæ ſunt, eodemque modo copia harum cruditatum expendenda eſt.

4. De ſan. tuen. c. 4.

Obiectio.

Reſponſio.

C A P V T III.

B Cruditatum compoſitarum ex pituitoſis primæ regionis cruditatibus, & ex mordacibus tertiæ, & quartæ regionis indicationes explorantur, à Galeno ſtatutæ, ac eius exemplis patefiunt.



DVm autem, vt ait Gal. *ambo redundant in primis venis cruda* pituitoſa excrementa *& in ſolidis* ſeu genere carnoſo, aut in cute *mordacia*. *Caueri enim in talibus ſatius eſt vtrunque reuulſum, & foras crudorum & intro mordacium*. Rationemque reddit, cum pergendo, dixerit *ſicuti igitur in ſuperioribus cauimus, ne crudi ſucci foras traherentur; ita ne mordaces reuocentur intro eſt vtiq; cauendum*. Deinde ea omnia, quæ foras cruda primæ regionis, & ad tertiam & quartam regionem tranſmittendo, totum corpus coinquinare poſſunt, connumerat, vt illhæc omnia caueamus, exarans *ſummè verò eorum, quorum occaſione foras ferantur hæc ſunt, exercitatio, & frictio, & balneum, & fomenta calida, & vnctio calefaciens, tum ex animi affectibus, iracundia: & vno verbo omnia, quæ ſuccos, qui altè in animatis corpore ſunt merſi ad motum quoquo verſus irritant*, vt ſunt diuretica, ore aſſumpta, vt Gal. atque tenuantia omnia euidenter calida, pituitam liquefacientia, & ſanguinis miſſio venæ cauę ſecundæ regionis, & ſolutiua medicamenta; nec non aer ambiens æſtiuus pituitam liquefaciens ſuo nimio calore. Subinde autem, quæ intro aeria tertiæ, & quartæ cruditatum regionis ferunt conſtituendo, ait. *Quorum verò occaſione intro ferantur ea ſunt, quæ vtique prohibent foras ferri, talia ſunt ex iis, quæ cuti propinquant, & quæ frigida ſunt, & quæ adſtringunt. Adhæc quæcunque ſuccos introrſus attrahunt, aut alias quoquo modo ipſorum intro motum excitant, quorum ſunt triſtitia, & horror, quacunque de cauſa ortus, quippe quem, & ex calida cauſa, & frigida tum horrorem gigni, tum etiam rigorem, qualem ſupra deſcripſimus, eſt oſtenſum. Prætere a, quæ auditu, viſuue, animo, aut ſtuporem, aut horrorem incutiunt. Hæc itaque omnia deuitanda*. Cęterùm aduerte illhæc me ponere voluiſſe, quæ vitanda veniunt in curatione harum cruditatum compoſitarum, antequam ea ponam, quæ facienda ſunt: cum hæc, quæ curationi obſunt plura ſint; ea verò, quæ curationi conducunt pauca ſint: ſeptem etenim tantùm habentur, quæ has cruditates curare pollent, earum nanque concoctio à natura confecta flagitatur, pro qua executioni mādanda quies non ſolum corporis, verùm etiam animi, ac ſomnus modicus requiritur Galeni confirmatione, Hippocratis decreto. Vlterius victus ratio tenuans, ac detergens, vt oximeli ptiſana, & mulſa, aues monticulæ, piſces ſaxatiles, &c. inter olera ſola lactuca. Præterea ea, quæ aluum leuiter ſubducunt, quæ abſterſiuæ indicationis, ſimulque lenitiuæ indicationis ſunt, veluti oximeli, aqua mulſa, apponeli, hidromeli, ac ptiſanæ cremor, quæ ſemper deobſtruentibus, aperientibus commiſcere tenemur. Quartò eſt cutis rarefactio, ac mordacium mitiſſima eductio abſque pituitoſorum attractione, quod his verbis Galenum intendere voluiſſe patet, dum ſempiternis monumentis prodidit. *Nam neque, qui extra ſunt rectè intro reuocantur, neque qui intus ſunt, foras: immo qui foris ſunt leuiter educendi per halitum ſunt. Si quidem, quæ vehementius id faciunt etiam eorum, quæ intus ſunt, aliquid attrahunt: qui verò intus ſunt hi attenuandi, coquendique ſunt*: ex quibus poſtremis verbis habes à Galeno, tum primam, tum ſecundam indicationem ante allatam; quarum opus prima ad naturam, ſecunda verò ad artem medicam pertinet, Pergens autem Galen. ſicuti damnauit ea, quę vehementer foras, & ad altum trahunt, ita etiam ea, quæ intro, & ad profundum violenter rapiunt (vt purgatio aluina valida, & vomitus ſunt) confutat, exarans. *Quod ſi vel vomitu eos, vel alui deiectione educere violentius tentes: vtique eorum, qui foris ſunt aliquid intro rapueris*. Quintum verò eſt, vt aer ambiens, vt cauſa ſine

C (beside "tur hæc ſunt, exercitatio…")

D (beside "modicus requiritur Galeni…")

4. De tuen. ſan. c. 6.

4. De tuen. ſan. c. 4.

4. De tuen. ſan. c. 1.

4. De tuen ſan. c. 3. & c. 6. & c. 9.

4. De tuen. ſan. c. 5.

4. De tuen. ſan. c. 4 & c. 7.

Ibidem c. 4.

4. De tuen. ſan. c. 4 & 12. meth. c. 1.

4. De tuen. ſan. c. 6.

Quæ ad tertiam & quartam regionem cruditates primæ regionis impellere, ſeu trahere valent connumerantur.

Quæ ad ſecundam & primam cruditatū regionem, aeres cruditates tertiæ, & quartæ regionis impellere, & attrahere poſſunt.

Quæ curationi cruditatum conducunt pauca ſunt, quæ vero obſunt plura inueniuntur.

Septem duntaxat ſunt quæ harum cruditatū curationi prodent coctio victus ratio.

Quæ aluū ſubducunt.

Cutis rarefacio.

Et actium eductio.

Vomitus & deiectio ea, quę in tertia & quarta cruditatū regione ſunt ad primam & ſecundam attrahitte gionem.

fine qua non temperatus fit ad calidum,& ficcum vergens Sextum flatum hypochondriorum difcutere tenemur. Poftremum vero,vt à rebus confuetis indicatio defumatur. Cæterum nouem modis cruditatum ipfarum compofitio contingere poteft. Nam vel A

Quintum quod conducit cruditatibus acribus. Sextum. Septimum.

4. De tuen. fan. c.5. 4. De tuen fan. c.4.

	In	A	eft	E,	&	in	C D	eft	H
vel	In	A	eft	E,	&	in	C D	eft	I
aut	In	A	eft	E,	&	in	C D	eft	K
feu	In	A	eft	F,	&	in	C D	eft	H
fiue	In	A	eft	F,	&	in	C D	eft	I
vel	In	A	eft	F,	&	in	C D	eft	K
aut	In	A	eft	G,	&	in	C D	eft	H
feu	In	A	eft	G,	&	in	C D	eft	I
fiue	In	A	eft	G,	&	in	C D	eft	K.

antea enim exempli ftudio ad hanc rem explanandam iam A,primæ cruditatum regioni, B,fecundæ regioni,& C D tertiæ,& quartæ regioni affignata fuere:nec non E primæ differentiæ cruditatum pituitofarum F fecundæ differentiæ,& G,tertiæ differentiæ: Infuper H primæ differentiæ cruditatum generis acrium,& mordacium I verò fecundæ differentiæ, K denique tertiæ differentię confignata fuerunt. Per id enim patet primo,quinto,& nono modo compofitionis fpecierum proportionem ineffe,atque tum in prima,tum in tertia,fimulque quarta cruditatum regione æqualis alteratio, æqualifque fanguinis eductionis confideratio requiritur : tametfi contraria petatur alteratio; ficuti etiam primæ regionis cruditates copiofę frigidę funt, tertię verò, & quartę regionis cruditates calidę exiftunt: In primo etenim modo parua alteratio, paruaque fanguinis eductionis confideratio poftulatur,fi vtique fanguis peccarit. In quinta verò dimidia alteratio, dimidiaque fanguinis miffionis perfcrutatio defideratur. At verò in nona maxima pręparatio,maximaque fanguinis detractionis circunfpectio æque in vtrifque flagitatur:In primo autem modo,& quinto,& nono omni ingenio cauẽdum eft vtrunque reuulfum,ne venofum genus cruditatibus coinquinetur, verum magis vitandum reuulfum in quinto, quàm in primo modo,cum deteriores cruditates quinto modo infint,quàm primo modo: Cæterum adhuc longè magis in nono modo prohibendum vtrunque reuulfum,cum deterrimę cruditates æquè feorfum contrariæ inueniantur in prima,& in tertia,fimulque quarta regione. Vnde quiete funt feruandi ægri,& concoquere,ac tenuando adęquare tenemur,& id diligentiùs in quinto modo,diligentiffimè verò in nono modo agere tenemur. In quarto autem modo, in feptimo, & octauo C primæ regionis cruditates maiorem alterationem,maioremque fanguinis miffionis contemplationem,& animaduerfionem petunt, quàm cruditates tertię,& quartę regionis, maiorem verò in feptimo modo,quàm in quarto, & in octauo, quia maiorem inæqualitatem excedentem in feptimo modo habent cruditates primæ regionis,quàm in quarto,& in octauo: cum in feptimo longiùs diftent. In prima enim regione tertia fpecies cruditatum pituitofarum ineft,in tertia verò,fimulque quarta regione prima fpecies cruditatum mordacium adeft. In quarto verò modo in prima regione fecunda fpecies cruditatum pituitofarum: in tertia verò,& quarta regione prima fpecies cruditatum acrium:ficuti in octauo modo in prima regione tertia fpecies cruditatum pituitofarum: in tertia verò,& quarta regione fecunda fpecies cruditatum acrium: Omnibus autem iftis tribus modis, quibus cruditates longè deteriores primæ regioni fubfunt, magis quoque ad eas incumbere tenemur,quàm ad cruditates tertię,& quartę regionis,cauentibus tamen nobis,ne dum ad eas incumbemus,intro cruditates ferrantur. In fecundo verò,tertio,& fexto modo compofitionis cruditatum tertiæ, & quartæ regionis cruditatibus maior pręparatio,maiorq; fanguinis euacuationis difcutio,& cautio confert; Adhuc verò maior in tertio modo compofitionis eò, quia tunc maiorem inæqualitatem excedentem tertię, & quartæ regionis cruditates acres continent,cum ibi duos gradus inæqualitatis exuperantis habeant eò,quòd tũc primę cruditatum regioni prima fpecies cruditatum pituitofarum ineft: tertię verò, & quartę D regioni tertia fpecies cruditatis mordacis ineft: Vnde ibi cruditates per duplum deteriores mordaces funt in genere acrium cruditatum,quàm cruditates pituitofę fint in genere pituitofarum. In fecundo verò modo, & fexto inęqualitas quidem excedens repetitur per vnum gradum inęqualitatis excedentis. Quandoquidem in fecundo modo primę regionis cruditas pituitofa primę fpeciei inuenitur, tertię verò, & quartę regioni cruditates acres fecundę fpeciei fubfunt. In fexto autem compofitionis cruditatum modo in prima cruditatum regione fecunda fpecies cruditatis pituitofę, in tertia verò, & quarta regione tertia fpecies cruditatis mordacis reperitur. Quocirca omnibus iftis in modis maior curatio pro tertię, & quartę regionis cruditatibus rectè curandis poftulatur, quàm pro primę regionis cruditatibus:ac lõgè maior in tertio modo, quàm in fecundo, ac fexto petitur. Ac in iftis tribus modis,me quidem iudice,pręfertim vt ait Gal. humores acres *funt leuiter educendi per halitum*,verùm omnino leuiter,ne ij fucci,qui primę regioni infunt ad fecundam trahantur regionem.

Conuenientia inter has cruditatum compofitiones. Contrarietas in tertea.

4. De tuen. fan. c.6.

CAPVT

A

CAPVT IV.

Cruditatum, quæ ex secunda cruditatum regione, simulque ex tertia, & quarta regione composita indicationes statuuntur.



Ost compositionem cruditatum primæ regionis, cum tertia, & quarta regione, illicò alia compositio vtique secundæ regionis cum tertia, & quarta simul regione perpendenda venit, quæ sanè duorum generum esse valet, vel etenim ex cruditatibus pituitosis secundæ regionis, & ex cruditatibus mordacibus tertiæ, & quartæ simul regionis consurgi potest, aut ex cruditatibus mordacibus secundæ regionis, & ex cruditatibus similiter mordacibus tertiæ, quartæque regionis: In secunda enim regione frequenter cruditates illæ geminæ adesse possunt, sicuti primæ regioni tantùm pituitosæ cruditates subesse per se, & frequenter queunt, & quemadmodum
B tertiæ, & quartæ regioni duntaxat cruditates acres, & mordaces inesse frequenter contingunt, vt ex Galeni doctrina toto libro quarto de tuenda sanitate est videre. Quamobrem nouem modi compositionis harum cruditatum, in quocunque horum cruditatum compositionum duorum generum allatorum inueniuntur, Quandoquidem

vel	in	B	est	E,	in	C	D	est	H	1.
aut	in	B	est	E,	in	C	D	est	I	2.
seu	in	B	est	E,	in	C	D	est	K	3.
siue	in	B	est	F,	in	C	D	est	H	4.
alias	in	B	est	F,	in	C	D	est	I	5.
Quandoq;	in	B	est	F,	in	C	D	est	K	6.
Interdum	in	B	est	G,	in	C	D	est	H	7.
Aliquando	in	B	est	G,	in	C	D	est	I	8.
Nonnunquam	in	B	est	G,	in	C	D	est	K	9.

Quos omnes modos iam etiam posui cap. 2. istius lib. in secundo genere modorum compositio-
C num cruditatum primæ regionis cum secunda. Verum, cum alias indicationes requirat secunda regio cum tertia, & quarta simul iuncta, idcirco dicam quòd in primo, quinto, & nono modo, in quibus æqualis alteratio, æqualisque sanguinis eductionis contemplatio quæritur tam in secunda regione, quàm in tertia, & quarta. Nam in primo modo parua alteratio, paruaque missionis sanguinis consideratio quæritur, cùm in vtrobique regionis cruditates in prima specie sint, hinc mitissimæ, ac paruæ. In quinto autem modo mediocris tenuatio, & coctio, dimidiaque sanguinis detractionis animaduersio quæritur, cùm in qualibet regione secundarum specierũ cruditatum, cruditates tunc reperiantur. Sicuti in nono modo maxima tenuatio, & coctio, maximaque sanguinis eductionis circunspectio, ac diligenti, religiosaque præmeditatione facta cruditatibus harum regionum congruissima habetur, ibi etenim cruditates deteriores existũt, cum in tertia cruditatum specie, quæ extremè à sanguinis specie distant, ac eo maior præmeditatio, maiorque, & simul diligentior curatio flagitetur, quo extremè hæ cruditates contrariæ vicissim sint: sicuti etiam in quinto, & primo modo non solum, sed in omnibus ijs modis allatis. Cæte-
D rum aduerte, quòd licèt æqualiter hę cruditates primi, quinti, & noni modi indicent earum ablationem, & curationem; tamen quandoque magis indicant cruditates tertiæ regionis, quando scilicet partes principales, aut aliqua pars, tum principalis, tum principali inseruiens, tum principali parti subordinata, quarum memini lib. 1. de magn. morbi. Pręterea etiam quarta regio magis indicabit, quoties aut pruritu, aut dolore vlceroso, aut alio morbo, symptomateùe cutaneo vires prosternet, vt vigilias gignendo, aut aliud symptoma vrgens. His autem omissis, perpetuò cruditates venosi generis maiorem longè indicationem adamussim flagitabunt. Semper autem nobis cauentibus, ne cruditates, quæ foris sunt, nempe in tertia, & quarta regione, ne intro rapiantur, nisi natura ipsamet niteretur, ac simul tentaret eas cruditates per vomitum, siue per sedem educere, tunc enim eos humores, vt turgentes, ac simul vrgentes ratione magnitudinis morbi cacochymię rectè per eas vias extrahere poteris similiter per pęrricam. In quarto verò modo, & septimo, & octauo secundę regionis cruditates maiorem indicationem pręparandi, maioremque sanguinis eductionis diligentiam petunt, longè autem maiorem in septimo modo. Ac in ijs tribus modis magis quidem incumbere ad secundam regionem ęquum erit quam ad primam regionem, & ad tertiam: Verum semper ad primam regionem hę attrahendæ sunt cruditates: Explorata semper consuetudine ęgrotantis, per quam partem expurgari solet æger si natura ad aliquam partem non vergerit. At verò in secundo, tertio, & sexto modo, cum in oppositum res se habeat, tertiæ, quartæque regionis cru-

Humores turgẽtes vrgentes sũt per accidens. I. respectu magnitudinis morbi cacochymiæ per se vrgentis, vel incipientis, vel imminentis.

In curandis cruditatibus ægrotantium cõsuetudinem seruare debemus per quam viam facilius sit eas expurgare à natura cruditates.

ditates quidem maiori curatione, maioriq́ue præparatione, atque simul maiori sanguinis A
euacuationis speculatione, & cautione indigent, cum deteriores sint, maioreque longè diligentia in tertio modo egeant. Cum ibi maiorem quoq; inæqualitatem excedentem obtineant hæ cruditates. Proinde tũc magis ad tertiam, & quartam cruditatum regionem incumbere tenemur, quàm ad secundam. Quocirca tunc hæ cruditates mordaces iure meritò *leniter educendæ* (4. De tu. san. c.6.& c.5.) *per halitum sunt, qui verò intus sunt, hæ attenuandæ coquendaq́; sunt*, vt Galenus constituit, non tamen vehementer ad cutim reuocandæ; *si quidem quæ vehementiùs id faciunt, etiam eorum, quæ intus sunt aliquid attrahunt*, vt Gal. ibidem; ac ita humores ad angustiores partes accedentes, obstructiones geminarent 8. meth. c.4. difficiliusq́ue valde curarentur, & educerentur hi humores. Sicuti autem de primo genere modorum compositionum cruditatum, sic etiam de secundo alio genere, in quo cruditates geminæ mordaces sunt, tam in secunda regione, quàm in tertia, & quarta regione explorandum esse intelligas: tametsi facilioris curationis sint cruditates hæ, cum alterationem eandem non autem contrariam, vt in alio genere postulẽt: Superest autem, quod sicuti monui, cap.2. istius lib. nempe, quod sicuti succorum crudorum, & locum, & speciem examinare perpetuò deuincimur, ita simul etiam eorum copiam semper perpendere debeamus: vbi enim copiosiores inueniuntur, ibi quoque maiorem curationem, maioremq́; præparationem, maioremque diligentiam, & maiorem denique sanguinis eductionis circunspectionem assiduè flagitabunt. B
Cæterùm videtur deterioritas horum succorum semper copiæ eorundem comes esse. Quandoquidem certum est. cruditates eò deteriores, crudioresq́ue esse, quò duntaxat à statu naturali recedunt, ac eo vtique hæ à statu suo specifico naturali distonare; quo solum magis concoctio vitiata habetur. At verò quò vitiosior coctio erit, necessariò quoque eò copiosior multitudo succorum crudorum habebitur, ergo necessariò sequitur institutum allarum; ergo sępissimè, semper locus, seu cruditatum regio, quę propter succi crudi speciem peiorem, maiorem quoque interim alterationem, curationem, atque intensiorem sanguinis missionis circunspectionem petit, nonminùs quoque sanè hæc propter horum crudorum succorum copiam, quæ perpetuò eam succorum prauitatem sequitur, postulat.

Succorum crudorũ turgentia duplex est, vel ob copiam, vel prauitatem.

Quocirca eius turgentia duplex erit, & propter succorum speciem prauam, & ob copiam; sic asserendum est procul omni dubio in quacunq; cruditatum compositione. Cæterùm de hac compositione ait Gal. *in venoso vasorum genere apparere subesse* (4. De tuen. san. c.4.) *illi copiam semicrudorum succorum, in reliquo verò corpore toto multitudinem horum mordacium, quos lassitudo secuta est*. Postea verò indicationem exemplificat. *Maximè ergo, vt dictum est, detrahere primo de sanguine oportet: deinde succum illum educere* à venis medicamento soluente, *qui in venis superare videtur*. Postea verò ait. *Quoniam ergo duo prima sunt, quibus primùm intentus sit, oportet, qui eiusmodi affectibus medebitur crudorum siue etiam semicoctorum, qui ante sanguinis perfectionem fuerint percoctio, & acrium, ac mordacium* in tertia, & quarta regione, *qui secundi sunt, & sanguine posteriores eductio* subinde ait, *abstinere eos conuenit ab omni valido motu: Blandè verò vnctos, atque oleo perfrictos per quam suaui lauare balneo, inde in otio, abstinentiaque habere*: post sanguinis missionem molitam, ac post succi semicrudi purgationem *etiam somno si fieri potest minimè ignorantibus nihil esse, quod æque concoquat ea, quæ concoqui possunt, & malos succos per habitum digerat,* C

Ex balneo somnus conciliatur.

vt somnus à balneo, quod notatu dignum est, ex balneo ita somnum inferre: ac per halitum educare cum dixerit, *vbi verò in extremis venis, & corporis habitu resedit, & concoquendam pariter, &* (4. De san. tuen. c.9.) *per halitum resoluendum*. De balneo itaque subinde ait, *conducit ad somnum non in postremis ipsum* (4. De tuen. san. c.4.) *quoque balneum: Sunt enim qui eo sunt vsi omnes magis ad somnum propensi, modo maioris momenti nihil obstiterit*.

Somnus ex balneo contractus & causa & signum speratæ salutis.

Sicuti ex balneo si ægri dormire nequeant totũ in oppositũ res se habet.

Adeò tibi somnus, & causa, & signum percommodum speratæ vtilitatis sit, veluti è diuerso non posse à balneo dormire, nec causa, nec signum est commodum facilis curationis, cum ibi valde acres, & copiosos adesse ostendat succos. Postea verò de talibus cibandis agit: cùm tales inediam ferre nequeant, vt pichrocoli. Hæc autem posui ad eas indicationes declarandas.

Dubium.

Verum hic dubitatur, quia in tertia cruditatum differentia tum pituitosarum tum mordacium, iam statutum est sanguinis missionis maximam speculationem adesse, tamen in ea ait Gal. *nullus omnino mittendus est sanguis quia humores omnino crudi sunt*, ergo tunc nulla speculatio cadit. D

Solutio.

Cui respondeo Galenum simpliciter sanguinis missionem in ea tertia differentia cruditatum rectè curandarum ibi considerasse; (4. De tuen. san. c.4.) postea vero ibidem has tertias cruditatum differentias, ad plurimum sanguinem relatas accepisse, vel ad exiguum, aut ad moderatam sanguinis quantitatem spectantes, ac tunc non nisi maxima speculatione sanguinis missio molienda est, vt libro sequenti capite 18. videbis.

*

CAPITE

A

C A P V T V.

Cruditatum compoſitarum omnium cruditatum regionum ſimul iunctarum compoſitionum indicationes colliguntur.



In totum corporis humani vniuerſum cruditatibus afficeretur, ſimiliter duobus generibus id contingere poteſt, cum in prima regione crudi pituitoſi ſucci copioſi, qui etiam in ſecunda regione, eſſe poſſunt in tertia, & quarta mordaces, in prima verò crudi pituitoſi, quæ duo genera quinquaginta quatuor modos poſſident compoſitionis. Vnumquodque etenim iſtorum genus viginti ſeptem modos cruditatum compoſitionum continet: Nam vel

	In	A	eſt	E	&	in	B	eſt	E	&	in	C D	eſt	H
	In	A	eſt	E	&	in	B	eſt	E	&	in	C D	eſt	I
B	In	A	eſt	E	&	in	B	eſt	E	&	in	C D	eſt	K
	In	A	eſt	E	&	in	B	eſt	F	&	in	C D	eſt	H
	In	A	eſt	E	&	in	B	eſt	F	&	in	C D	eſt	I
	In	A	eſt	E	&	in	B	eſt	F	&	in	C D	eſt	K
	In	A	eſt	E	&	in	B	eſt	G	&	in	C D	eſt	H
	In	A	eſt	E	&	in	B	eſt	G	&	in	C D	eſt	I
	In	A	eſt	E	&	in	B	eſt	G	&	in	C D	eſt	K
	In	A	eſt	F	&	in	B	eſt	E	&	in	C D	eſt	H
	In	A	eſt	F	&	in	B	eſt	E	&	in	C D	eſt	I
	In	A	eſt	F	&	in	B	eſt	E	&	in	C D	eſt	K
	In	A	eſt	F	&	in	B	eſt	F	&	in	C D	eſt	H
	In	A	eſt	F	&	in	B	eſt	F	&	in	C D	eſt	I
	In	A	eſt	F	&	in	B	eſt	F	&	in	C D	eſt	K
	In	A	eſt	F	&	in	B	eſt	G	&	in	C D	eſt	H
	In	A	eſt	F	&	in	B	eſt	G	&	in	C D	eſt	I
	In	A	eſt	F	&	in	B	eſt	G	&	in	C D	eſt	K
C	In	A	eſt	G	&	in	B	eſt	E	&	in	C D	eſt	H
	In	A	eſt	G	&	in	B	eſt	E	&	in	C D	eſt	I
	In	A	eſt	G	&	in	B	eſt	E	&	in	C D	eſt	K
	In	A	eſt	G	&	in	B	eſt	F	&	in	C D	eſt	H
	In	A	eſt	G	&	in	B	eſt	F	&	in	C D	eſt	I
	In	A	eſt	G	&	in	B	eſt	F	&	in	G D	eſt	K
	In	A	eſt	G	&	in	B	eſt	G	&	in	C D	eſt	H
	In	A	eſt	G	&	in	B	eſt	G	&	in	C D	eſt	I
	In	A	eſt	G	&	in	B	eſt	G	&	in	C D	eſt	K

Hi enim modi ſunt primi generis. Sicuti totidem ſecundi generis inueniuntur, ſi litera E. F. G. li-
teræ B mutaueris in literam H. I. .K quorum quidem modorum indicationes vtique ex modis,
hactenus declaratis cap. 17. 18. & 19. nec non ex horum modorum indicationibus, ibidem ſtatu
tis, elicere poteris tu, ne tempus conteram: Solumque dicam quòd, ſicuti ijs indicationibus, an-
tea allatis c. 17, 18. & 19. difficilè eſt ſatisfacere, præſertim ijs deteriores cruditates, & copioſio-
res reſpicientibus, ſic iſtis ipſorum modorum, compoſitionum, cruditatum, indicationibus, dif-
D ficultate proportionatis, dico impoſſibile ſatisfacere nos poſſe, cum vniuerſum corpus iam affe-
ctum omninò ſit. Quocirca in Arte Medica magnum fuit mirum; Illuſtriſſimum D. Paulum Bra
gadenum hoc modo his cruditatibus laborantem, ſanitati reſtitutum fuiſſe: in cuius curationis
gratiam, huic doctrinæ compilandæ incubui.

Finis Libri Quinti.



DE CRVDITATIBVS
RECTE DIGNOSCENDIS,
RECTEQVE CVRANDIS.
LIBER SEXTVS.
Vbi

Cruditatum simplicium in genere, differentia, ac specie, copia, & loco, seu regione perspectarum,

Curatio adimpletur his indicationibus, libro quarto statutis adæquata,

Omnia Hippoc. & Galeni autoritatibus, rationibus, experimentis, atque exemplis illustrata.



CAPVT PRIMVM.

In primæ regionis cruditatum pituitosarum exacta curatione, sanguinis missionem incongruam esse demonstratur.



CVm mea hic non intersit integram allatarum omnium cruditatum curationem statuere. Verum tantùm curationem principalium cruditatum constituere quo ad regionem, genus, speciem, & copiam ponderatam Hippocratis, & Galeni doctrina, autoritatibus, rationibus, experimentis, simulque exemplis, vt assiduè hanc doctrinam in promptu habeam. Quæ tanque deerunt omnibus medentibus conspicua sunt. Quoniam ergo præsidiorum materiæ, vel in fonte chirurgico, aut pharmaceutico, seu diætetico inueniuntur. Prius in chirurgico, vt an venæ sectio in cruditatum pituitosarum curatione conueniat disquiram. Cum Galeno dicam *alij humores priusquam ad exactum sanguinem nutrimentum perueniant veluti semicocti sunt, alij prorsus incocti, crudique, alij, paulo absint à sanguinis forma*. Deinde ait vt in ea differentia, quæ parum à sanguinis natura distat, *audacter mittendus sanguis*, vbi verò semicocti, & semicrudi fuerint, nempe medio modo sanguinis formæ participes, & simul etiam à sanguinis confectione longinqui sint, tunc *consideratius agendum* sicuti vbi penitus incocti, simulque crudi fuerint, omninoque à sanguinis specie dissonant, *in his nullus omninò mittendus sanguis*, cum ad Hippocratis aureatum decretum respicere tenebatur Galenus, vbi habetur *si qualia, peccant, quæ oportet purgari, purgentur, confert, & facilè ferunt; si contra difficulter*, dum speciem succi peccantis euacuandi considerauit Gal. Verū cum ēt quantita-

A

Gal. ad Thrasibus c. 42. & Hip. lib. de prisca medic. 4. De tuen. san. c. 4.

Duo in sanguinis missione, scilicet in deiectione respice tenemur vt ait Gal. 4. de san. tuē. c. 4. nempe speciem succi peccantis, & euacuandi & abundantis succi copiam.

Hip. aph. 25 & 6. de m. vul. 4. t. 12. Gal. 1. 6. de m. ... c. 4. t. 21. & ad Thras. ca. 16. & com. 4. aph. 2.

A quantitatem eius introſpicere debeamus. Ideoque illico Galenus pergendo, ait. *Inſpicere verò et quantitatem cōueniet, vt verbi gratia, ſi bonus ſanguis exiguus ſit, reliquus verò ſuccus* crudus omninò *plurimus, vtiq; in his abſtinendum à detractione ſanguinis eſt: ſin is quidem exiguus, ſanguis verò copioſus, audacter vena incidenda eſt.* Quæ etiam poſtea iterùm rememorauit, inquiens. *Cæterùm in laſſo corpore ſanguis bonus exiguus ſit, crudi humores plurimi, huic nec ſanguis mittendus, nec alui deiectio, aut exercitatio, aut omnino motus, aut balneum adhibendum; Quippe inciſa vena bonum ſanguinem emittit, malum, qui in primis venis maximè circa iecur, & quod meſentereum vocant colligitur, in totum attrahit corpus.* Vnde plura mala ſequerentur: ſi verò in primis venis vel ſucci paulò à ſanguinis forma receſſerint, vel ſemicrudi fuerint; tunc ſanè ſicuti de his in ſinu venarum ſecundarū ait Galenus *in venoſo vaſorum genere apparere ſubeſſe illi copiam ſemicrudorum ſuccorum: Maximè ergo (vt dictum eſt) detrahere primo de ſanguine oportet.* Sic etiam pro prima regione, rectè curanda procul omni dubio primò ſanguis educendus eſſet, ſed non per venam cauam cubiti, immo tantùm per venas ſedales, venæ portæ immediatè communicantes. At verò in copia pituitoſorum, qui ſucci plurimum à ſanguinis ſpecie diſtant: neutiquam ſanguis mittendus eſt, vt vberrimè lib. 2. & 3. de magn. morb. ſang. ceu in loco proprio iam dictum eſt. Verum ſectio venæ minime conuenit ait Gal. vbi plurimi ſint ſucci, non exiſtente morbi ſanguinea magnitudine immi-
B nente, ſeu incipiente, vel præſente: ſi enim vnà cum ſuccis plurimis, etiam morbi magnitudo ſanguinea fuerit fluens, ſeu fluxura à ſanguine exiguo emergens, tanquam à vehiculo pituitam ducente; vt lethargiæ magnæ contingit, quæ à pituita fluente copioſa fit, cum exiguo ſanguine, ceu vehiculo ad cerebrum eam ducente pituitam. Pariter vt in phlegmonoſo meſenterij ędemate, ſeu iecinoris caui phlegmonoſo accidit ædemate; tunc ſanè reuulſiua, ſeu deriuatiua ſanguinis miſſio rectè agenda eſt.

4. De ſan. tuen. c. 4.
Quantitas crudi tatu, & quantitas probi ſāguinis reſpicienda in venæ ſectione.
4. De tuen. ſan. c. 5.
4. De tuen. ſan. c. 5.

C A P V T II.

Pituitam crudam, in ventriculi fundo reſidentem, ad primaſq; venas fluentem, ſeu fluxuram, primò nos ad reuellendam per vomitum præparare debere: Deinde aliam, iam in primas venas fluxam, ad eductionem diſponere nos cogi, demonſtratur.

C IAm dictum eſt pituitam fluentem, atq; fluxuram primò tollendam fore: cum priùs ad partem mandantem incumbere teneamur. Subinde pituitæ iam fluxę, ſimulq; parti recipienti ſtudere deuincamur, vt in quacunq; fluxione id conuenire lib. 3. de magn. ſang. c.... abunde oſtenſum eſt pręter gallicam ad penē fluētem fluxionem. Proinde duæ tum præparationes, tum vacuationes ad eruditatum pituitoſarum primæ regionis copiam adimendam requiruntur. Quocirca prius illius pituitæ crudę fluentis, ſeu fluxuræ adæquantia, & euacuantia in medium afferā. Mox autem illius in primas venas fluxæ, ſimulq; compactæ alterantia, ac educentia ſtatuam.

Lib. 4.

C A P V T III.

Pituitæ à ventriculi fundo ad primas venas fluentis, vel fluxuræ ad vomitum præparandæ præſidia conſtituuntur.

D VT autem conuenientia, & diſcrimen ſimul, quæ inter hæc duo præparantia ſunt pateſiant ſpeculor, q̄ ſicuti pituitæ crudæ in primis venis coaceruatę pręparantia duas continent virtutes, nempe & fluxilem eam pituitam reddere, & naturā mitiſſimè excitare, ſeu proritare; vt ſicuti pituita ea fluxilis fit; ita à facultate expultrici ad aluum eam fluxilitatem, & motum, & inclinationē aluinæ excretionis acquirat: Ita pituitæ crudæ in ventriculi fundo creata, & exiſtente copia ad primas venas fluentis, aut fluxurę præparantia alias duas continent vires, hoc eſt eā pituitam fluxilem efficiendi, ſimulq; ventriculum ſubuertendi, ac ad vomitum irritādi. Vnde quemadmodū ea pituita tenaciſſima fluxilis fit, ita quoq; procliuitatem ad vomitiuas excretiones recipit. Sicuti itaq; Mulſa cruda pituitam in primis venis reſidentem, per ventrē inferiorem ſubducere, & oximeli ea pituitam fluxilē præparare pōt, vt Gal. 12. meth. c. 3. & 4. de tuen. ſan. c. 4. atq; etiam ſicuti Mulſa aquoſa, ac ptiſanæ cremor humores acres, & mordaces *tormina, & vomitus, & mordicationes* procreantes citra ſtomachi læſionem, citraque periculum detergit per vomitumq; præparant, vt Hip. & Gal. afferunt. Ita quidem pituitoſum, & crudum ſuccum raphani ſuccus, oximeliti commixtus, ad vomitionem diſponit: quem ſuccū Gal. pro radiculæ ſucco accipit, inquiens.

Pituitæ crudæ primæ regionis duæ præparationes nempe ad vomendū & ad deijciendum. Præparantia remedia tres con tinent facultates.
4. De vict. rat. in mor. a. t. 130.
7. Meth. c. 11. & 8. meth. c. 2.
Vomitiua reme dia quæ nā ſint diſponentia.
7. Meth. c. 13. & 5. meth. c. 11.

Quod si ad vomendum sint idonei non inutile sit per radiculam ex oximelite vomere. Vnde libro Gal. ascripto de simpl. med. fol. 89. F. habetur, *Cortex verò eius* nempe raphani *cum aceto, & melle acceptus, vomitus mouet.* Vlterius similiter cetri cortex oximeliti admixta vomitum præparare valet. Insuper oximeli ijs rebus vomitum prouocantibus, & succo ceparum commixtum, pituitam eã crudam ad vomitum procliuem reddere valet, vt oximeli cepelioum, scilinum, assarinum, sampsucinum, irinumque se habet: item acetum, & vinum scilinum, assarinum, sampsuccinum, & irinum idem præstare potest. A

Lib. Gal. ascripto de casbaeis c.8.

C A P V T IV.

Pituitam crudam ad vomitum iam dispositam, quibus præsidijs per vomitiones educi posse, & quando ea pituita, per vomitiones educenda, tentanda non sit, demonstratur.

Tres requiruntur conditiones vt rectè vomitus pituitæ fiat. Tres conditiones, vt ægri ad pituitam vomẽdam vomitoria assumere possint.

TAlem pituitam vomitionibus excernendam quidem non esse patet, quin hæ tres conditiones adesse inueniantur. Quandoquidem, vt ait Gal. *si ad vomendum ægri sint idonei*. Præterea, vt iam facta sit præparatio tam viæ, quàm humoris, & corporis ad vomitum peragendum, alioquin *ægrè, molesteque purgatio procedet, non sine ventris torsione interdum, & virtigine quadam, magnaque inquietatione, & pulsus deprauatione, interdum etiam corporis solutione, & difficultate*. Tertio vbi in tertia regione cruditatum mordaces succi biliosi fuerint, ne vomitu ad secundam regionem coinquinandam attrahantur; vomitus non conuenit: ergo quoties in tertia regione acres humores crudi non fuerint, tunc vomitiones congruæ sunt, vt nos docere voluit Galenus, his verbis. *Haudquaquam tamen in eiusmodi affectibus vomitu vtendum suaserim sicuti nonnullis est visum, tum Medicis, tum gymnasticis, falsis (vt opinor) ex ys, quæ à Philotimo, & Praxagora de eiusmodi succorum curatione sunt scripta: Non enim quum lassitudinum affectus abundant: sed quum hi soli infestant, vomitus eos expellit: quippe quum nullum periculum sit, ne intro violentius reuellatur aliquid eorum excrementorum, quæ in carne consistere: quemadmodum certè est: quum ambo redundant, & in primis venis cruda, & in solidis mordacia: caueri enim in talibus satius est, vtrunque reuulsum, & foras crudorum, & intro mordacium.* Quocirca inquit: *Praxagoras verò, ac Philotemus rationabiliter post eiusmodi mulsum cum hyssopo coctum vomitum probant: propterea quod crudos citra lassitudinem succos curant.* B

7. Meth. c. 12. à

Gal. com. 1. aph. 9.

4. De tuen. san. c. 4.

Purgantia per vomitum.

At verò pituitam à ventriculi fundo per vomitum purgat, & succus raphani, & scylla præparata, vel in pastillos, seu trochiscos confecta in hidreleo iniecta, seu cum hidreleo oximeli scilinum, aut acetum, seu vinum scilinum propinandum est. Insuper assari puluis in iure, cum oximeli 5. ad 3. 5. circiter, & dra. 3. electuarij assarij fernelij admodum valent. Habetur autem ab Antiquis *Vt facilè* pituitam *vomat. Sampsucci folia potui, raphani verò semen esui dato, pituitam multam vomitu reyciet* Prætera *Vomitus sine periculo Rec. succi cyclaminis atriplicis semiuns, spermatis gentellæ an drag. 3. cinamomi drag 5. mellis quod sufficit. Item alius, qui sic fit. Rec. mellis cyatum vnum, aquæ cyatos duos, aceti cyatos tres coque ad medietatem: deinde raphanum ibi intingas, & manduca, & bibe de ipso oximelite.* Hipp. autem Artem medicam illustrauit his verbis *sesamoides superiorem ventrem purgat sesquidrachma pondere in oximelite tritum, & potu datum: Miscetur autem veratris ita, vt tertiam efficiat partem: nempe id* hoc est veratrum album *hoc pacto minus suffocat.* Valesius de Taranta vero in sua practica hæc duo vomitoria ponit. *Rec sachari lib. 5. succi scillæ, & cepæ domesticæ an lib. 5. coquantur simul & f. electuarium cuius drag. 3. capiantur. Vel Rec. oximeli scillini aquæ sampsuci, & raphani olei com. an q. s. M.* Quocirca ad capitis grauitatem, ac dolorem, ventrisq; anxietatem à cruditatibus primarum viarum obortam vomitiones valdè cõferre statuit. Validius ergo ex dictis Vomitoriorum præsidium quidem eleborus albus est: quo Hippocrates etiam in succos probos habentibus sugillatis, & alijs reuulsionis gratia, vt lib. 2. de magnit. cacochy. cap. 7. iam dixi vtebatur; proinde eleborum sesamoide corrigit: etsi nostro tempore id medicamentum: vt validissimum, ac veneficum, in vsu non sit. C D

Lib. Gal. attributo de med. fac. parand. fol. 173 F.

Lib. 2. de dynamis Gal. ascrip. fol. 27 A.

4. De vict. rat. in m. a. t. 123. & in Epist. ad Democrit. Reg. de veratri Purgatione.

Lib. 3. c. 20. f. 72 tergo.

5. Epid. ex Foes. p. 1050. 1052.

Emplastra Aetij chezanca appellata ad euacuandum per vomitum.

Aetius autem doctissimè emplastra ponit chezanca vocata ventriculo, & thoraci admota, ad vomitum excitandum. Cæterùm in vomitoria præbenda varijs naturis, hæc nos docuit Hipp. lib. de salubri dięta t. 16. *Administrantur catachysmata corpulentioribus, & humidioribus salsiora, ac tenuiora. Siccioribus verò gracilioribus, & imbecillioribus pinguiora, & crassiora, &c.* quę commisceri debent vomitorijs allatis,

Lib. 3. c. 4. f. 117

A

CAPVT V.

Omnes per vomitum purgandi modi varijs naturis congrui explorantur: Ea propter, quibus ante cibum, seu post cibum, quibus motu plurimo, aut paruo, vomitus fieri debeat, quibusque plures, aut pauciores, vices vomendi conueniant, patefiunt.

4. De salubri diæta t. 17.

De modis per vomitum purgandi.

Quomodo corpora obesa facilius vomant. Et ordo.



E modis autem per vomitum purgandi Hippocrates agit, inquiens *vomitus autem hoc modo irritare oportet. Homines obesi, ieiuni vomant, currendo, aut celeriter eundo meridie.* Quoniam, vt ait Gal. in comm. *vult crassis, qui vomituri sunt, corpus excalfactum, quò succi pituitosi, quo plurimo e rassi abundant, liquefiant:* obesa namq; corpora frigida, ac densa reperiuntur: Hinc pergendo exarat, *Quin etiam omnium apertio vasorum, & angustiorum meatuum raritas hac maximè ratione paretur. Faciunt autem hæc omnia ad facilem, & minimè molestum vomitum.* Motus præterea solus vomitum

B

4. Aph. 14.

facere ait Hippoc. & Gal. inquit, *quod indicare potest nauigatio, quæ motus species est, adeò turbans corpora, vt ad vomitum adigat. Quum igitur talis motio, vel sola possit ad vomitum corpus præparare fit verisimile ipsam* motionem *vomitorio cuipiam paruo medicamento iunctam longè maiorem habituram efficatiam* vomitiones promouendæ. Ea propter Hippocrates inquit. *Qui ad veratrum non facilè supra purgantur eorum corpora ante potionem veratri copiosiore alimento, & quiete præhumectanda.* At verò hoc facto *Potoque elleboro corpus mouendum, quam somno trahendum aut quieti:* Attamen his, qui crudorum copiam in prima cruditatum regione habent, paruus motus confert, ne motu vehementiori, hæ cruditates in secundam confluant regionem. Cùm itaq; *homines* vt Gal. depromit, *crassi, humoribus prorsus crassis, & frigidis præditi sint: ac nonnulli etiam lentis:* ideò *potionem eorum* humorum *incidentem vult esse.* Hippocrates hyssopi quadrantem in congio aquæ cōtriti, nempe in aquæ vnc. 4. 5. *quem ebibat acetum effundens, & salas aspergens, quo sit iucundissimū:* & hoc vomitorium est ab Hipp. pro corporibus obesis constitutum: à ieiunio datum. Subinde verò adamussim pergens, modum assumendi eam potionem vomitoriam nos docet, nobis præcipiendo. *Bibat tardius primum, deinde velocius:* Nam vt Gal. in comm. ait *à principio si affatim bibisset, continuo vomeret, prius quam omne ebibisset, atque succos in ventre contentos abstersisset, quã vnà cum ea potione effunderentur, quos prima venæ habent. Sin autem primo lentius, postea omninò bibat largius ea ratione fiet, vt mediocri tempore continere possit, atque in tempore impetum ad vomitum capiat, quod tandem affatim bibat.* Modum autem vnà, & ordinem gracilioribus, ac imbecillioribus vomitum irritandi subinde statuit, hoc modo. *Graciliores, & imbecilliores à cibo vomitū prouocent hunc in modum, calida loti præbibant meri heminam, mox omnis generis cibos ingerant, nec in comedendo bibant, nec à cibo, sed contineant se, dum quatuor stadia quis progrediatur. Deinde illis in potum triplex vinum miscebis, austerum, dulce, & acidum, primum meracius, & paulatim longiori temporis interuallo, deinde dilutius, celerius, & affatim.* Quandoquidem pro gracilorum, imbecilliorūque vomitu feliciter excitando hic Hippocrates septem obseruat. Primo enim ait, *à cibo vomitū prouocent:* vt gracilorum venter gracilis humectetur, ac etiam cibo ad ventriculi fundum descendendo, faciliùs vomitus, irritetur. Præterea imbecillioribus tutior est, vomitus prouocatio per cibos, & potiones alimentales, quàm medicamentis. Cætera verò sex constituit, modum omninò dilucidando; quoniam secūdo vinum meracius, primo postea dilutius vnius heminæ quantitate calidum præbibendum porrigit, vt eo vino calido venter calfiat, humoresque colliquentur, fientq; fluxiles, ac viæ laxæ, & apertæ euadant: Vlteriùs ēt, vt eo vino imbecilliores roborentur,

Ibidem t. 18.

Ibidem.

Ibidem t. 19.

C

Ibidem t. 20.

Modi & ordo quibus faciliùs corpora gracilia vomere debeāt.

Septē ad hoc rectè agendum, ab Hip. assignātur.

Primum.

Secundum.

D

hinc etiam, vt natura sua facultate expultrici, validiori facta, faciliùs obnoxiam materiā expellere valeat. Tertio ait *mox omnis generis cibos ingerant,* nempe cibos austeros, vt ventriculus roboretur, quo roborato, faciliùs vomitum facit, & cibos dulces & pingues, seu oleosos, qui vomitū concitant, ac humores emittunt, & acidos qui succos, ventri infixos, abstergere possunt: vt etiam de his superbibendis asserit, vt infra patebit. Quarto autem ait *nec in comedendo bibant, nec à cibo,* vt hi varij cibi à vino superbibito *statim non supernatent,* & ne vires eorum emittant, vt Gal. ait, in com. Vnde vt ex parte tenuiori alimentorum iam assumptorum quadantenus venter, corpusque nutriatur, roboreturque, necnon etiam, vt ea cibaria varia suas quoque vires allatas, & ventriculo, & humoribus impertiat. Quinto verò, vt ait Gal. *tempus etiam constituit interea, quod commorentur, nutritioni sufficiens, ipsum adeò tempus pronuntiauit, dum quatuor stadia quis progrediatur.* Sexto, vt Galenus depromit *dat bibere vina tria, quæ inter se sunt diuersis qualitatibus. Nam aliqui dicunt austerum ipsum administrare ob instrumentorum, per quæ vometur, robur. Dulce, vt vomitum concitet ad hæc, quod fundat humores dulce vinum. Acidum, vt abstergat, quæ ventri sunt infixa.* Septimo autem declarat modum, quo primum vinum meracius, postea dilutius præbere

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

debeā-

debeamus: Nam *primum meracius, & paulatim, longoque temporis interuallo*, vt eo vino generoso imbecillis patiens primo roboretur, & calfiat, vt prima indicatio à natura cõseruanda exhausta. *Deinde dilutius, celerius, & affatim*, vt veluti à lauacro interno viæ relaxentur, & quodammodo ventriculum ad vomitum concitaret loco vomitorij medicamenti: tametsi Galenus contra hũc Autorẽ in hoc persentire videatur: qui Autor hic meo quidem iudicio intelligendus est. De vomitu verò concitando Galenus ait *hos post vomitorij potum, fac vomere: quod si difficulter euomãt prius concalfacere oportet, quæ os ventriculi circumstant loca, & manus, & pedes: quod si neque hoc modo possunt euomere digitos, aut pennas demittendo irritare oportet: quod si neque sic euomant rursus his oleum calidum, quam optimum exhibendum* cum de *vitiosis humoribus os ventriculi mordicantibus* alloquatur: hinc in pituita tunc vomitorium validiùs iterandum: Plures autem vices vomitus crassis hominibus: Paucas verò siccioribus conferre ait Hippoc. *Vomitionibus autem post cibos cuiusuis generis, humidiores ter in mense vtantur: ficciores verò bis, & sub id tempus leuioribus, & paucioribus laboribus vtendum*: & alibi inquit *vomitibus vtantur per quatuor vt minimum dies*. Et ad hæmorrhoidas curandas, seu euitandas, exarat. *Vomat septem diebus, aut ter in mense: nam hoc pacto optimè corpus habebit*. Aduoto autem duo hic: Primum nanque, vt pauciores vomitionũ dies gracilibus conferat, plures verò obesis: data paritate quantitatis pituitæ peccantis, his corporibus proportione respondentis; secundum est, quòd Hipp. seu Hippocraticus Autor asserit *per quatuor dies* continuos singulis diebus vomitus fieri debere. Nam in motu vomitionum disponitur materia ad faciliorem vacuationem: Vnde secundo die pituita egreditur, quæ primo disponebatur, ac ita de tertio, & quarto die respectu secundi diei, ac tertij dicendum venit; licet Gal. asseueret *nihil tamen causæ est, quia per interualla ista faciamus non continuis duobus diebus*. Verum in hoc, & ægri natura, & emolumentũ, & damnum vomitionis per dies continuos peractæ, aut interpolatos perpendenda veniunt, vt vomitiones venturæ agendæ rectæ fiant.

De vomitu excitando Gal. agit, vomitorij medicamẽti ope, tum intrinsecè assumpti, tum extrinsecè admoti.

Crassis, & siccis quot vicibus vomitus conueniat.

Primo animaduersione dignũ.

Secundum obseruandum.

2. Ad Glauc. c. 14.

3. De vict. rat. p. 340.

3. De vict. rat. p. 317.

4. De vict. rat. in mor. a. t. 123.

A

B

CAPVT VI.

Pituitæ crudæ copiosæ primarum venarum ad aluinam eductionem interna præparatiua pharmaca, ab Hippocrate, & Galeno statuta, connumerantur, quæ vsq; ad tertium diem, & quartum, & septimum etiam pro nutrimento isti autores præbebant.

C


Ræparantia autem pituitam crudam, in primis venis redundantem, non modò tenuantia, incidentia, aperientia, siccantia, simulque detergentia esse debent: At verò (vt antea ostensum est) etiam moderatè acria, miteque ventrem subducentia, mitissimè aluum proritando: & quæ quoque vim quandam nutriendi continent: sine calfactione euidenti, vt oximeli, aqua mulsa, aut hyssopo, seu aliquo alio tali medicamento incidente incocto, cum exararit Hippoc. in cruditatibus propositis febrem etiam, & grauem, ac implacidam concitantibus. *Eos ita degere oportet, vt nihil præter oximeli aquosum tangant, sorbitionem autem non dabis donec sese malum remiserit, & vrinæ maturentur*, hoc est, quousque hæ cruditates quadantenus coquantur; Si tamen vt ait Gal. in com. *æger virium robore suffecerit*. Gal. verò hanc rem confirmando: primò ait *esto eius domus, &c. sanè mulsa, in qua coctum hyssopum fuit, his aptissima est, seruandumque ne vel cibum, vel sorbitionem, vel aquam exhibeas, vel omninò liberaliter libere sinas, nisi mulsa tribus diebus primis duntaxat*, quam victus rationem tenuissimam Hippoc. de fract. sect. 2. t. 29. in inflammatione sugillatorum seruat, qui eam inediam cruditatum alteratiuam vsque ad septimum diem peragendam in his cruditatibus coquendis esse, statuit, inquiens, *custodies deinde ægrum, donec septimum peruenerit diem, &c.* quod tamen in pectoris inflammatione ait: Sed Gal. in his cruditatibus vsq; ad septimum aqua mulsa, hyssopo percocta pro nutrimento prębenda ex Hippocrate depromit. *Si verò medicanti tibi tres primos dies, vt dictum est, nihil occurrat incommodi, iisdem ipsis vteris vsq; ad septimum aqua duntaxat mulsa, in qua incoctum hyssopum sit, contentus*: Rationemque illico assignans illius diuturnæ inediæ, inquit. *Si quidem longissimam, qui ita sunt affecti cibi abstinentiam ferunt: corpore scilicet ex crudis ipsis, quos continet, succis concoquendis alito*. Quam rationem alibi asseuerando ait. *Ergo nutries eos maximè oximelite: aliquando etiam ptisanæ, & mulsi exiguo quopiã. Sustinent enim hi victum, si modo alij vlli tenuem: ipsa nimirum crudorum copia, quos paulatim coquunt ad corporis alimentum abutentes*. Vnde tale præparans quidem est, quod parum *nutriat, tum nusquam per angustos meatus hæreat, sed & permeet: vt meatus per totum detergat, & quicquid in semicoctis, crudisue succis contineatur crassis, id dissecet* idest incidat *ac resoluat. Horum ipsorum gratia, & mulsa his idonea est, & oximeli, & apomeli, & piper, & zingiber: postremò omnia, quæ citra vitiosi generationem succi, humorem crassum dissecant soluunt*. Quocirca inter alimenta, vt asserit Galenus

ptisanæ

Præparantia interna remedia pro pituita in primis residente venis.

Qui summa cruditatum pituitosarum primæ regionis vsq; ad coctionem tantam pro nutrimẽto oximelli aquosum dandum ex Hipp. si virtus valida talem victus permisserit rationem.

Mulsa hyssopo f. cta pro nutrimento trib. primis diebus sola danda ex Gal. ex Hip. decreto & etiam vsque ad septimũ diẽ. Vbi pituita copiosa est.

Ratio redditur.

Confirmatio huius rationis.

Conditio obseruanda.

Alia ratio.

Mulsa oximeli apomeli piper, & zingiber.

Ptisanæ cremor & mulsa inter alimenta.

4. De tuen. san. c. 4. & 12. Method. c. 3.

4. De tuen. san. c. 4.

4. De vic. rat. in m. 2. t. 47.

12. Methodi c. 3.

D

4. De vict. rat. in m. a. t. 76.

12. Meth. c. 3.

Ibidem.

4. De tuen. san. c. 5.

4. De tuen. san. c. 4.

Ibidem.

A *ptiſanæ cremor in hoc caſu tutior eſt, qui tum modicè nutriat*. Mulſam autem quoque inter alimenta connumerauit, inquiens. *In alimentorum ratione ſunt ptiſana, & mulſa* ſimplex. *In pharmacorum verò oximeli, & quæcunque incoquere in mulſa* nempe compoſita *licet: cen calamintha, & hyſſopum, & origanum, & ſerpillum, & irim, & apium* diſtinctione tamen facta, vt febris non adſit, cum ſubinde aſſerat. *Verùm hæc omnia iuſto ſunt calidiora; ideoque febres accendunt ita vtique vt vinum* nimirum aqua his compoſita *oximeli verò ſolùm nec febres accendit, ac ſtrenuè detergit: ſic vt ea, quæ glutinoſa, craſſaque ſunt, diſſoluat, & meatus obſtructos liberet*. Hic autem ſpeculor, Gal. hunc in locum etiam pituitam crudam, in venoſo genere redundantem accepiſſe curandam: proinde etiã calaminthæ, & apio mulſam incoquendam ſtatuit, quæ ad corporis habitum, cruditates ducũt: Idcirco in primæ regionis pituitæ crudæ curandæ redundantia nullatenus conueniunt: Sed tantum Mulſæ hyſſopum origanum, ireos, & ſerpillum incoquendo ſunt. Verùm potiſſimum hyſſopum incoquendum, vt ex Gal. elicio, aſſerente. *Ergo quibus intus crudi ſucci copia eſt, & foris laſſitudinis ſenſus, ijs hyſſopum in mulſo coquens, non ſtatim nec primo die, ſed in ſequentibus diebus*. Iſthæc autem mulſo imponenda quatenus incidentia, ſimulque tenuantia ſunt, patet ex eodem Gal. exarante. *Protinus melicratum exhibeo, probè coctum cum incidentium medicaminum quopiam veluti hyſſopo, origano, & interim etiam nepita, aut pulegio, aut certè cum melicrato oximel oxiglycy*.

B Oximeli nanque tantæ, taliſque efficatiæ ſi habet, ſi ex hyſſopo, origano, ſeu pulegio, & melle cpotum fuerit, vt animi defectus, & ſyncopes ex copia cruditarũ obſtructiones procreante oborta exactè cureotur, vt Gal. faſſus eſt, maximè additis attenuantibus, quæ vim illius oximellis, ita compoſiti adaugent: tamen aduerto oximeli ex radicibus fœniculi petroſeleni, apij, aſparagorũ, bruſci compoſitum, cum diureticum ſit, his cruditatibus nociuum eſſe. Contemplor autem interdum in ſumma cruditatum pituitoſarum copia Hippocratem, & Galenum oximelite duntaxat, vt alimento alterante vltra ſeptimum, reliquo toto tempore vſos fuiſſe vbi a ſuffocatione calidi innati imminens diſcrimen erat lipothymię, & ſyncopis, vt patet ex eodem Gal. de cruditatum harum copia, tum primæ regionis, tum ſecundæ, alioquĩce, præſertim quoties pulſus paruus, ac tardus, ſimulque rarus fuerit, cum deprompſerit, *oximeli pro mulſa exhibere aſſiduè debebis. Quod ſi huius aſſiduus vſus tædio eſſe cæperit, tranſire inuicem ad mulſam, & ptiſanam conuenit, dein rurſus ad oximeli reuerti. Maximè verò quibus tum paruus, tum tardus, ac rarus pulſus eſt, ijs frigidos ſubeſſe ſuccos putandum, iiſdem protinus & color vitiatus in toto corpore manifeſtè cernitur, &c. Ergo æſtas ſit, & æger frigida potione aſſuetus frigidum huic oximeli dabis. Sin hyems ſit omnibus calidum, tum ijs, qui frigida conſueuerunt, offeres*. Hac igitur de re *vbi crudos affatim ſuccos eſſe ani-*

C *maduerteris, oximeli pro mulſa exhibere aſſiduè debebis*, vt ait Gal. cum vbi ſumma cruditatum pituitoſarum copia fuerit, pro potione oximeli dandum ſit: quod alibi quoque inter potiones in his caſibus connumerauit, vbi ſcribit. *Potio oximeli mulſa vinum tenue, & album &c.* De mulſa verò in potu alimentali exhibendo, ad aluum mitè leniendam, hæc docere voluit Gal. *Accidit nanque poſt aquam mulſam, vt ea, quæ in primis venis, quæ ſcilicet circa iecur, & meſentereum ſunt; colligi ſuperuacua ſolent, hoc remedio commodè deijciantur. Quod ſi maior iuſto ſuperfluorum impetus ad aluum citetur, principio quidem percoquere mulſam amplius oportebit*, vt à leniori aluum, mitè ducente exordiamur. *Ea nanque ſicuti minus aluum ſubducit, ita magis nutrit*, ac etiam roborat: *contra verò cruda mulſa, vt minùs nutrit, ſic etiam magis ſubducit. Poſt hæc ſi ſuperuacua largius deſcendãt, ne ſic quidem ſiſtenda, ſed exhibendus pro aqua mulſa ptiſanæ cremor eſt: ſi verò fluere pergant alicæ* ideſt fari ſucci *ſorbitione nutries, pulſuum interim ratione obſeruata. Aliquando enim ſubito ad imbecillitatem, vel inæqualitatem, vel paruitatem mutantur. Quo tempore panem ex vino diluto exhibere conueniet, vtique ſi nec ventriculus, nec iecur phlegmone laboret*. Quæ omnia tum pro alterantibus etiam in victus ratione adhibendis, tum quoq; his præparantibus alijs alimentis ventrem ſubducentibus, ſimulque virium roborem conſeruantibus proportione adæquatè reſpondentibus

D omninò patefaciendis me dixiſſe volui. Cæterùm demum perpendo oximeli, ſicuti pituitæ crudæ conducit: ita vbi humores acres fuerint, ibi aceti acris ratione oximeli haudquaquam cõfert: cum oximeli *parum acre ſit* ait Hippocrates, & Galenus. Ideoque in acribus non oximeli, ſed mulſa, & ptiſanæ cremor, & oleum dulciſſimum, ſeu optimum maximè confert: Ptiſanæ autem cremorem, melli commixtum, propinabat Hippoc. 4. de vict. rat. in morb. acu. tex. 76. vbi pituitæ crudæ copia inſ. ſtabat, & 2. de morb. pag. 470. idem decem diebus. Hæc autem remedia acribus conducunt humoribus, vt epiceraſticam habeant facultatem.

8 Meth. c. 4.
Ibidem.
Ibidem.
4. De tuen. ſan. c. 6.
Lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. c. 12.
Idem 12. meth. c. 8. & 9. met. c. 10. & c. 11.
1. Ad Glau. c. 14. & 12. meth. c. 3.
Ex l. de attenuãte victus rat. c. 3.
12. Meth. c. 3.
Ibidem.
Ibidem.
4. De tuen. ſan. c. 4.
12. Meth. c. 3.
3. De vict. rat. in m. a. t. 30.
4. De vict. rat. in m. a. t. 110.
2. De ſimp. med. fac. c. 23. & 12. meth. med. c. 18.
1. Ad Glauc. c. 14. & 2. de ſim. med. c. 21.

Oximeli verò & mulſa hyſſopo incocta inter medicamenta.
In febre mulſa hyſſopo cocta non conuenit nec vinum.
In febrib. vero oximeli conuenit.
Calamintha & apium cũ diuretica ſint in mulſa non ſunt coquẽda in cruditatib. primæ regionis rectè præparandæ.
Hyſſopum origanum, ireos, & ſerpillũ in mulſa coquenda ſũt vt incidẽtia ſint.
Oximeli hyſſopo, origano, & nepita coctum quas habeat facultates.
Ad ſyncopẽ tollendam ex cruditate exortam.
Oximeli diureticum cruditatibus primæ regionis rectè curandis obeſt.
Vltra ſeptimũ, & vltra id tempus, quo ſacta ẽ coctio, maturitas parte, & quia oximeli, apomeli, & aqua mulſa compoſita rã tum vt cibaria data fuerũt, donec penitus coquatur ea cruditas, oximeli pro mulſa ſimplici exhibendũ. Interdum vero & mulſa præbẽda ſi pulſus rarus ac tardus ſit.
Oximeli quãdo frigidũ, & quãdo calidũ, actu dandum.
A prĩcipio mulſa ſimplex cocta danda deinde cruda, quæ validius venter ſubducit, ſicuti cocta magis nutrit, tum roborat.
Quãdo loco crudæ mulſæ, ptiſanæ cremor, & fari ſuccus exhiberi debet pro alimento.
Pulſus mutationem in cruditatibus explorare debemus.
Oximeli quibus obſit.
In acrib. ſuccis non oximeli dãdum, ſed mulſa, & ptiſanæ cremor, & oleum dulciſſimũ conueniunt.

CAPVT

A

CAPVT VII.

Alia interna præparantia proponuntur, inter quæ spiritus chalcanthynus præcipuè est, qui vt acidus frigidus, & siccus habetur, non autem calidus, nec igneus, vt aliqui falso existimant.

Alia valentiora præparantia pituitã in prima cruditatū regione existentem.

13. Meth. c. 18.

6 De simp. med. fac. capite proprio.

Vltra verò alterantia allata, si oximeli ex hyssopo, iride, marrubio, & alio ijs simili componas, efficax medicamentum erit: Insuper mel: ros. 5. sed efficacissimũ oximeli scilinum habebis. Trochisci autem de agarico admodum valent quia, vt Gal. inquit, *digerendi agarici radix vim habet, & crassitudinem incidendi tum infarctus viscerum expurgandi. Proinde morbo regio laborantes sanat eos vtique sic ab infarctu iecoris laborant.* Verum quoniam agaricũ ventriculo obest: Ideò eos agarici trochiscos corrigo trochiscis de Rhabarbaro de caparibus, specit busque hieræ S. G. quæ etiam ventriculum roborant, abstergunt, atque aluum mite ducunt: ac verò si addatur parum cremoris tartari albi bononiensis, præparati, validius detergebit: quarum rerum compositionis cum syr. de hyssopo factæ, bolum vnum pondere vnius dracmæ præbeo, singulo mane, ante oximelis assumptionem. At verò Neotericos arti Medicæ operam dantes video, qui ad crudos humores pituitosos fluxiles reddendos, attenuandos, disecandos, detergendos, atque tandem soluendos, pro cæterorum alterantium vehementissimo præsidio chalcanthino spiritu vtuntur, maximo ægrotorum beneficio veluti mirifico; Video dico eos asseuerantes hunc spiritum ad nostram intentionem longè magis valere, cæteris omnibus præsidijs, præterquam quòd gustui gratissimus est, neque asserant aliqui, eum ita calidum, & siccum esse, vt ipse vim comburendi possideat: Nam & ratione, & experimentis plurimis patet, eum vim refrigerandi, & exsiccandi possidere: quia calidam omittit vim, dũ ex oleo in spiritum transmigratur: sapore etenim acido certè se habet, vt vnicuique eum lingua gustanti patebit. Cæterum cũcta acida, tum naturalia, tum artificialia per se, vbique, & semper frigida habentur, & sicca virtute, subtili, tenuium partium, velociterque transeunt. Acidumque omne, etsi à calore mutante proueniet, non tamen à calore vincente, immo tantum à frigido fit vincente. Vnde Gal. quoque 4. de sim. med. fac. c. 3. ait. *Quippe si gustanti vehemens, atque manifesta illi inesse aciditas appareat, nec quicquam præseferat acrimonia omnino hunc succum refrigerantem reperies: Quin confidenter vtitor, siue ad ardores vti consilium est hypochondrijs imposito, siue ad erysipelas, siue ad alium affectum calidum.* Quod autem prætereà vitrioli spiritus acidus est ab effectu quoque patet; cum omne acidum ob subtilitatem, ac eius velocem penetrationem quodammodo adstringentem dentium stuporem gignet, vt Gal. asserit: Verum vitrioli spiritus dentium stuporem facit, ergo virioli spiritus acidus est. Quocirca etsi chalcanthinus spiritus cuti nostræ admotus, cutem mordicando maculat, ac abradit, similiter etiam pannum linteum tenue mordicat, non tamen vrit eò, quia, vt ait Gal. *communisque est mordicatio tribus istis saporibus acido, amaro, acri. Verum acido quidem, vt frigido simul, & subtili, nam & id sæpe monstratum est: amaro verò, & acri vt calidis.* Verùm spiritus iste acidus, vt reor, immediatè ob siccitatem duritiem gignentem, frigiditati iunctam, simulque tenuem, seu subtilem spirituosam velociter, ac efficaciter permeando, ac transeundo mordicat, vt omne durum tenue ob siccitatem mordicat; Vnde spiritus iste acer non est, & quando etiam parum acer is spiritus esset; parum pro nihilo habetur vt Arist. 2. phys. t. 56. Quocirca Ioseph. Quercetanus Regius Parisiensis Medicus, & consiliarius sua pharmacopæa, longa obseruatione, ac experientia certificata, spiritus chalcanthini meminit, hoc modo. *Ignari interim istud remedium acre esse dicunt: Ideoque reijciendum. Sed boni illi viri multum falluntur, cum id si optimè præparetur sit dulce sit, & succus limonum, cuius in medicina vsus tamen probatur sit ipso multo acidior, vt quo margaritæ soluantur, & vasa stanea etiam erodantur.* Cuius rei etiam meminit lib. Tetras grauissimorum totius capitis affectuum, his verbis. *Qui per ignorantiam spiritus vitriolati vsum in medicina improbant.* De ipsius autem virtute ait *Febribusque putridis cum aqua cichorei, aut ptisana exhibetur. Aciditate enim putredinem arcet, quemadmodum & syrupus è succo limonum, & obstructiones pellit partium tenuitate. Quapropter ad delendas viscerum obstructiones, hepatis nempe, & lienis valde efficax est, Miscetur aliquando huius guttæ aliquot cum conserua florum cichorei: fitque gratissimi saporis medicamentum ad extinguendam sitim immodicam.* Neque desunt alij tum antiquiores, tum recentiores chalcanthi vsum comprobantes. Dioscorides etenim asseuerat atramentum sutorium pondere vnius dracmæ cum melle, aut aqua epotum valde valere ad vermes latos reijciendos, ad vomitumque excitandum, contraq; fungorum venenum, nec non nare assumptum cum aqua solutum, caput expurgare. Matthæolus quoque oleum chalcanthinum proponit, ab eo pluries expertum pondere dimidij scrupuli pro lapidibus, è renibus dimouendis, ac ad vrinã

retentam

B

Spiritus chalcanthynus cæterorum horum præparantium efficacissimus.
Spiritus is frigidus & siccus, nihil igneus & nec acer seu mordax.
Omne acidum quod sine acrimonia est, frigidum & siccũ, nihilq. igneum.
Ideo oleũ chalcanthynum acidũ simulq. acre cũ sit, hinc calidũ & siccum, & igneum est.
Acida hæc ad præcordiorũ ardorem eripiendum optima ex Galeno.
Secũdum argumentum.
Tollitur obiectio.
Mordicatio cõmunis acido, amaro, & acri ea Galeno.
Ergo spiritus chalcãthynus vt acidus tantum nihilq. acer mordicat.
Quercetanus.
Dosim & virtutes spiritus vitrioli declarat.
Cap. 14 p. 116. cuius spiritꝰ virtutes scribit eodem lib. Tetras c. 30.
Dioscorides pluribꝰ adimendis affectionib. chalcãthum ad dracmam vnam ore assumptum dabat.
Matheolus oleũ chalcanthynũ ad g. x. dabat.

4. De simp. med. fac. c. 7. & c. 3. & c. 15 & 17.
4. De sim. med. fac c. 7. & c. 17.

C

4. De sim. med. fac. c. 3. & 4.
4. De sim. med. fac c. 7.
4. De sim. med. c. 7. & c. 12. & c. 14 & 15.
3. De alim. fac. c. 16. & 2. de sym. cau. c. 5. & 2. de loc. aff. c. 16.
4. De sim. med. fac. c. 17.

Lib. de medic. spagir. c. 9.

D

De medic. spagirius c. 9 p. 14

Ibidem.
De medic. spagir. c. 9.

Lib. 5. c. 71.

Eodem cap.

A retentam expellendam. Inſuper aſthmaticis, alijſque reſpiratione affectis expertum optimum inuenit: tametſi chalcanthum, & eius oleum calfactiuum, & vlceratiuum ſit. Quod ſanè de eius ſpiritu non eſt exiſtimandum, vt iam ſatis oſtenſum fuit. Si itaque antiquiores hoc medicamentum tutò præbebant calfactiuum, ac vlceratiuum; ergo eò tutiùs hoc præſidio arte frigefactiuo reddito, nihilque vlceratiuo vti poſſumus, vt Quercetanus ſatis exploratum habuit. Vlterius recentior Oſualdus Crolius reperitur, ita exarans. *Vtimur 6. aut 8. guttis in vino aqua menthæ criſpæ, vel quod melius in iure carnis calido. In debilibus ventriculis frigidis, quia digeſtionem promouet. In calculo, & arena in aqua ononidis. In ſuffocatione matricis, in aqua artemiſiæ. In febribus ſtomachi, caloribus, & ſiti 12. vel 15. guttæ in aqua centaureæ, roſarũ &c.* Qui Medicus philoſophus ita doctiſſimus fuit, vt Maieſtatis Cæſareæ primarius dignè fuerit: ſicuti Quercetanus Regis Galliæ primarius Medicus fuit peritiſſimus, Andreas autem Libauius Medicus etiam D.P.C. omnino dilucidat modum, quo iſti chymici calfactiuam, & corroſiuam vim ex oleo chalcanthyno extrahant, & ſpiritum acidum frigidum etiam, efficiant. *De oleo vitrioli. Oleum poſcenti Paracelſiſtæ vulgares, & ſemichymicæ officinæ porrigunt ſpiritum acidum, qui acetum minerale appellatur. Artifices intelligunt aliquando rubrum liquorem, qui valido igni poſt acidum exit, aut etiam abſtracto acido ad oleoſitatem remanet. Hoc oleum corroſiuum eſt, minimèque idoneum ad internos corporis humani vſus,*

B *niſi quod fieri induſtria poteſt acrimonia ea fuerit adempta, vt cum oleo tartari miſcetur. Tunc enim dulceſcit ſicuti, & ſpiritus acidus &c.* Ioann. Iacobus VVeckerus etiam hoc præſidium ore aſſumptum collaudat quatuor in locis *ad apoplexiam, paraliſim, epilepſiam, febres ardentes, peſtilenteſque: item ad ſitim, ſtomachum bile æſtuantem, morbos vterinos.* Præterea ait quòd hoc medicamentum *ſtomachum roborat, appetentiam excitat infarctus expedit.* Vnde non modò hominibus aliquot guttæ iſtius præſidij dantur. Sed etiam *Pueris duæ treſue guttæ cum aqua acetoſæ præbere conſueuerunt.* Attamen, vt ait Quercetanus *non per ſe, ſed conuenientibus rebus commixtum infiniti Medici quotidie experiuntur.* Ego quoque pluribus ægrotantibus hoc remedium mirificè contuliſſe exploratum habui: vbi cruditates craſſæ, viſcidæ, ac lentæ copioſę erant, & quandoq; etiam valde pręcordia inflantes in lipothimiamque interdum ægros ducentes: Quocirca bis Illuſtriſſimum nunquam ſatis pro dignitate, nobilitate, ac ingenuitate laudatum D. Paulum Bragadenũ herum vnà, & compatrem meum animi defectu ijs cruditatibus craſſis, & glutinoſis, ſimulque flatuoſis laborantem à manifeſto, & à propinquo interitu, hoc remedio ad g. xiiij. cum aqua de toto cetro aſſumpto, ego fęliciter tutò, citò, & iucundè vindicaui, & ipſemet Illuſtriſſimus Dominus meus vnà cum alijs, qui tunc temporis in ſuo cubiculo aderant aſſeuerare valet. Verùm ad cruditates eas primæ regionis incidendas, detergendas, tenuandas, ac diſſoluendas: tametſi

C ſpiritus iſte acidus vtique cæterorum omnium alterantium allatorum efficaciſſimus ſit, non tamen eadem de cauſa eius doſin pro qualibet vice præbere audere debemus: quippe tantùm dimidiam doſin, aut tertiam partem doſis propinare deuincimur. Integra nanque doſis vim non modò diureticam, at verò etiam diaphoreticam certè poſſidet. Eamque ſanè ob cauſam tota ea doſis, ſi exhiberetur procul omni dubio in totum corpus eas primæ regionis cruditates introferret; ex quo plura incommoda oborirentur. Ea propter tantum g. 4. aut 5. ſunt præbendæ, cum ipſius doſis ſpiritus, vt ait Crolius g. 12. aut 14. ſint: Quæ guttæ 4. aut 5. miſcendæ erunt, vel oximeliti, aut melicrato compoſito, aut alio quouis, ijs ſimili tenuanti, ac incidenti.

Sua baſilica chymica pag. 220. & 221.

Primo tomo li. 8. c. 418.

Lib. antid. ſpeciale 677. 678. & 679.

De medic. ſpag. præpar. c. 20.

Etiam ſi & chalcanthũ, ac eius oleũ igneũ ſit. Ergo eo magis chalcanthi ſpiritũ nihil igne audacter, tuto, cito, iucundè ac feliciter exhibendus.

Crolius doſim, & vires ſpiritus vitrioli ſtatuit.

Libauius.

Veckerius.

Experimentum ab autore factũ in hunc ſpiritũ vitrioli rectè adminiſtrãdũ.

Cautio in ſpiritu vitrioli præbẽdo, ad primæ regionis cruditatum crudos præparãdos ſuccos.

C A P V T IX.

Primæ cruditatum regionis detergentia externa præſidia, quæ admouenda ſunt eo tempore quo vias relaxantia adhibere non licet, ſtatuuntur.

D TOpica autem, ſeu localia à Galeno vocata, quatuor generibus ſunt, vt lib. 4. iam dixi: Quandoquidem & viæ deterſiua, quæ in cruditatibus adimendis, admoueri poſſunt: abſque quòd corpus totum expurgatum ſit, neque pars cruditatibus referta purgata partim ſit, neque cruditates eius partis reliquæ partim concoctæ, vt laxantibus conuenit adminiſtrandis nunquam enim mollientia ipſa pro vijs aperiendis, relaxandiſque adminiſtranda ſunt, quin hæ omnes tres reperiãtur conditiones vt lib. 4. oſtendi: Alia præterea topica calorem partis affectæ imbecillem languidè coquentem iuuantia blandè calfactoria, cruditateſque ſimul maturantia ſe habent. Quarta verò topica hercle diaphoretica, hoc eſt, inſenſibiliter per halitum, ſeu diflationem euacuantia crudorum in tertia, & quarta cruditatum regione redundantium, habentur; quæ omnia diluenda veniunt. Topica itaque primi generis nunc cataplaſmata deterſoria nuncupata conſtituenda veniunt: inter quæ hæc inuenitur. *Cortex verò raphani ſit in modum cataplaſmatis ponatur cum melle commixta hydropicis & ſpleneticis prodeſt.* Præterea *Quo magis cataplaſma, quæ ex oximelite, & abſinthio, & capparibus ſunt illi ſunt idonea,* & alibi ait *cataplaſma quod ex oximelite, & fabacea*

3. De loc. aff. c. 4. 12. Meth. c. 3. & 8. meth. c. 4. & 12. meth. c. 16. Ijſdem locis & 3. de vict. rat. in m. a. t. 62. & 13. meth 15. & 6. epid. c. 2. t. 30. et 11. meth. c. 17.

Lib. Gal. attrib. de ſimp. me. 89. F.

11. Meth. c. 16. 6. Meth. c. 2.

Topica id eſt localia detergentia adhibenda eo tempore quo laxantia nõ conueniunt vbi totum reliquum corpus non eſt purgatum, nec maiori ea parte facta cõcoctione: in obſtructionum cruditatibus rectè curandis.

Topicorũ quatuor ſunt genera.

Gal. primũ deterſorium externum.

Secundum cataplaſma Galeni. Tertium.

cea farina conficitur, quod planè salutare medicamentum est: neruo contuso ad abstergẽdum, quod A etiam cruditatibus mesenterei cõducere potest. Verùm quoniam lib. 4. c. 12. isthæc cataplasmata iam statuta quoque fuerunt; proinde hic ea non ponam, quæ mesentereo detergendo à cruditatibusque primarum venarum liberãdo admoueri possunt. Hac tamen iam allata conditione seruata, vt detergentia acriora non sint, nec euidenter acria, ne crudos succos in venis extremis impactos ad altum, & ad carnis, seu partium solidarum cauernulas, seu meatus cataplasmata hæc attrahant.

Vide medicamenta hæc lib. 4. c. 12.

CAPVT X.

Primæ cruditatum regionis viarum, quæ densæ, obstructæ reseratæque habentur, relaxatiua, simulque aperitiua extrinseca exarantur.

CÆterum secundi generis præsidia topica cap. præced. proposita modò expendenda veniunt. Quæ vtique vim carnis porositates, & spacia, nec non extremas venas mollliendi continent, ac emolliendo vim consequenter relaxandi, simulque aperiendi obtinent; cum remedia isthæc *apertos meatus*, *relaxatosque* efficiant, B *per quos humores* adæquati, & concocti, deinde *medicamentorum purgantium vi* facile extrahũtur, aut vomitiua, aut aluina expurgatione. Nam, vt Hip. ait *Pars cruditatum ex carne per medicamenta, & potiones diffunditur* vt lib. 4. cap. 14. quoque dixi. Relaxatio *ea nanque tensioni contraria est ad eundem modum, quo duritati mollities*: *Ait enim ita* Hipp. in lib. de vsu humidorum iuxta principium *cutis dura mollitio, distentæ remissio, ceu duro molle, distento remissum, laxatumque contrarium sit*. Ideò relaxantia medicamenta, *quæ chalastica græcè dicuntur*, vt ait Gal. 4. meth. c. 7. *humectant, calfaciuntque, ac tensas laxant particulas*, vt 7. de com. med. per gen. cap. 9. Vim hanc itaque relaxandi plura quidem simplicia habent medicamenta, à Galeno spatsim statuta, quæ, nostro instituto seruientia, hic colligam: Quandoquidem Gal. ait *oleo relaxante vtaris, quod genus est sabinum ab adstringente verò oleo abstinemus, cuiusmodi hispanum est, Histricumq; & quod vnà cum germinibus, vel ex oliua adhuc immatura conficiuntur*. Quod oleũ maturum flauo, seu ferè albo colore, seu sabinum relaxans alibi quoque laudat quamplurima alia laxantia constituendo, vbi ait: *Oleum solùm lassitudines externis partibus ingruentes curat, in alto affligentes, vehementioresque, cum iniecto aliquo laxante pharmaco mediocriter calfaciente, veluti chalbano, resina therebinthina ad hanc colophonia quadam nominata, & fricta; quibus calidiores sunt abietina, & strobilina: therebinthina verò larix paulo calore præpellit. Cæterum id genus omnia* C *relaxantibus oleis miscentur, quale est sabinum, iniecta interdum cera. Iam verò acopon vnguen est in ijs, qui iam etiam in corpore alto tollent. At medicamen ex semine abiectis chamæmeli, anethi, & floris populi nigræ. Præterea susinum, & gleneinum, & comagenum ægregie est, & quæ ex pinguedine, & adipe componuntur, suillo quidem moderatissimè relaxanti, Gallinaceo autem his vehementius, & hoc adhuc magis anserino. At adeps leonum, & pardi validior, & vt vehementer calfaciat, coque insigniter discutiat: in medio verò horum consistunt bubulus, caprinus, vulpis, & hyenæ*. De oleo autem maturo, seu sabino aduerte id esse gustui dulcissimo: cuius Gal. apertè meminit ita *oleum protinus dulcissimum fanauit* loco eius olei, ergo oleum amigdalarum dulcium, sed recenter extractum assumere possumus. At alibi Gal. ait *cum eo etiam cataplasmate, quod relaxandi vim habebat, nempe solemni hoc, quod ex pane, aqua, & oleo conficitur*. Aqua enim oleo mixta ebullita relaxat, hinc Hipp. ait. *Quibus febres graues, & implacidæ sunt, & hypochondria contendunt &c. Hypochondrium autem lini semine illines, cauebisque, ne cum apponitur, frigescat. Sit autem summè tepidum ex aqua, & oleo coctum*, & Gal. in com. ait. *Mollit lini semen, nec manifestè calefacit*. Quod autem aqua calida relaxat, simulque extenuat: Hipp. deptomit. *Quod ad aquæ calorem pertinet, & copiã: calor vehementior non sit, quàm vt infusa ferri possit à manu: copiam vbi relaxandum, extenuandumq; est, esse conuenit maximam, vbi caro mollienda, medicam*. Et Gal. alibi id confirmando ait. *Porrò calfacientia omnia, vbi contactæ substantiæ digerunt, continuò etiam eam* disiccant, *nisi fuerit humidum*, D *vt oleum, & aqua*: & ait *igitur oleum, & aqua calida humectant simul, & calfaciunt*, & laxant quia ea, quæ humectant, relaxant. Hęc omnia itaq; relaxantia tensioni mesenterei adhibenda idonea sunt, attamen, & absinthio, & corticibus radicum capparorum, parum isthæc corrigenda, ne calorem naturalem mesenterei ea relaxantia dissipent. Verùm hic dubitatu pulcherrimum esse inuenio, cum Gal. dixerit partes relaxari, quæ tensæ sunt, si à cruditate euacuantur: ergo relaxantia sunt, & digerentia, & digerendo quoq; per halitum educentia sunt: ergo topica tertia, & quarti generis cap. 9. constituti superflua sunt; Cui respondeo in emollientibus, seu relaxantibus ipsis tres quidem esse virtutes, nempe relaxatiuam, concoctiuam, ac insensibiliter vacuatiuam: attamen maior virtus ijs relaxantibus relaxatiua inest, quàm digestiua, & quàm eductiua: sicuti in digestiuis maior virtus digestiua, quàm relaxatiua, & quàm euacuatiua adest: & sicuti diaphoretica quoq; efficaciorem facultatem euacuatiuam continent, quàm digestiuam, & quàm relaxatiuam. Ita iure de topicorum tertio genere nunc dicturus sum.

Topica laxãtia, mollientia ac digerentia, & aperientia qua calida & humida sunt.
Laxatio tensioni contraria, & mollities duritati.
Relaxãtia pharmaca chalastica græcè appellata.
Quas vires continicant.
Relaxantiũ horum catalogus.
Oleum sabinũ relaxans.
Oleo comiscendu est vel chalbanũ vel resina therebinthina seu colophonia, &c.
Et interdũ cera & alia pharmaca quę calida & sicca diaphoretica existunt.
Medicamen ex abietis semine, & chamæmeli, anethi & populi nigræ floribus compositum.
Pinguedo adeps, & leuus.
Oleum dulcissimum.
Aqua oleo mixta relax.
Medicamen ex oleo sabino aquis lini seminibus bullitis factum.
Obiectio.
Solutio. Laxãtia primo laxant secundo digerunt tertio insensibiliter euacuant, ac ẽt consequenter aperiunt.

Gal. 2. aph. 9. & 3. aph. 74. & 2. de diff. feb. c. vl.
Arte medic. c. 85.
Lib. 1. de mor. p. 48.
Gal. 3. de san. tuen. c. 6. & 7 de com. m. per gen. c. 9.
12. Meth. c. 8.
7 De com. med. per gen. c. 11.
2. De simp med. facul. c. 11.
4. De vict. rat. in m. a. t. 47.
T. 49.
L1. de off. med. c. 3. t. 15.
11 De sim. medica. f. c. de castoreo f. Po.
5 De sim. med. fac. c. 5.
In lib. Hipp. de off. med. com. 3. cont. 35.

CAPVT

A

CAPVT XI.

Caloris innati partis primæ regionis cruditatibus refertæ, ac imbecillis languidè coquentis auxiliatiua calfactiua, tum maturatiua, tumq; innati calidi ad coquendum excitatiua externa præſidia explorantur. In primaque regione cruditatum curanda, diaphoretica extrinſeca non requiri oſtendatur.

QVoties autem meſenterei tenſi primç q; totiuſq; reliquæ primç cruditatum regionis tenſç, durædè calor innatus, cruditatum pituitç concoctionem ingrediens, ēt prius detergentium ope, ac deinde beneficio quoq; relaxantium externorum allatorum minimè tamen ſufficientium, nonniſi quidē languidè, ſimulque ſrigidè eas cruditates coquere poteſt; atq; tunc, vt iam dixi, cum calorem imbecillū tum extrinſecis, tum intrinſecis remedijs vtiq; concalfaciendo fouere cogimur: optimè tamen priùs, toto corpore purgato. Modò itaque externa ponam præſidia, quæ vero intus aſſumenda ſunt poſtea enarrabo. Eorum autem, quç extra admouemus, duo quoq; genera conſpiciuntur, cum alia calfacientia ſint, quæ calfaciendo crudam materiam maturant, digeruntuè, ac ita cruditatem ſrigidam digerendo calorem naturalem partis affectæ languidum foueant: Alia verò calfaciendo, tenuando, ſimulq; dimouendo, ac ad altum attrahendo calorem eum ad coquendum excitant: licèt hęc taotùm pro euacuatione diaphoretica efficiant; quç euacuatio tantùm in tertia, & quarta cruditatum regione locum habet: non autem in prima, nec ſecunda: proinde iſthęc ſecundi generis, vbi tertiæ, & quartç regionis curationem inſtituam ponam; quæ ēt tacta fuerunt lib. 4. c. 13. Vbi etiam autoritates, & rationes redditę ſunt: cur calore naturali ita imbecilli iam facto, fomentationibus vti cogamur digerentibus, vt ibi eſt videre. Digerentia itaque propriè omnia calfacientia ſunt: Preterea hæc humida ſunt, vt humidum, ac molle temperamentum efficiant, vel ſicca rareſaciendo & euacuando molliunt, vt in fructibus maturefcētibus prius duris, poſtea mollibus apparet. Maturatio enim in calido, & humido conſiſtit, *cum tale tantùm fiat humidum, aut aſſetur, aut elixetur, aut putreſiat, &c.* Verùm *dicuntur concocta eſſe, quia indicent caliditatem propriam dominari humido.* Et ſi tertio modo ea, quç euacuant, & ea, quç *digerunt, continuò etiam deſiccant,* tum attenuando, nempe fluxilem reddendo, tum diſcutiendo: tamerſi magis longe digerant, quàm diſcutiant, ſicuti diſcutientia, *quæ à diſcutiendo diaphoretica nominantur,* magis diſcutiunt, quàm digerunt. Ne itaq; tenſiones, ſeu duritíes partiū lapideſcāt. *Hac igitur de cauſa ad ſcirrhoſos affectus nullum vehementer excalfaciens ſiccansuè medicamentum eſt aptum, ſed ea tantùm, quæ cum molliendo digerere poſſunt: cuiuſmodi ſunt, tum ceruina medulla, tum vitulina tum ſeuū hircinum, ac taurinū, & leoninum: adhæc ammoniacum thymiama, et bdeliū vtrūq; magisque ſcythicum:* præterea, & ſerapinum. *Pari modo, & ſtirax, qui humentior eſt, ſicco vtilior eſt,* vt etiam cęterç gummæ humentiores; vtiliores quoq; ſunt *inſuper ſtyraces, inſuper Aegyptia maſticha nonnihil emollit: ſed maioris virtutis ipſius portio concoquit, digeritq; Huius quoq; ordinis eſt butyrum, tum althea, & ſænugræci decoctum &c. opoponax antem digerendo chalbanum molliendo, quandoque præcellit.* Ideò chalbanum inter relaxantia, & mollientia iam dudum connumeraui. Porro *oleum, ac vnguentum ex floribus lilij factum citra morſum digerendi, ſimulque emolliendi facultatem obtinet: Vnde fit, vt vteri duritiebus ſit aptiſſimus,* vt etiam oleum Keirinum eiuſdem virtutis eſt: Vitetius *Melilotum digerit, & concoquit copioſior enim in eo eſt ſubſtantia calida quàm frigida, tamen habet quiddam adſtringens.* Ad hæc *Anethi in oleo decoctum digerit, dolorem ſedat, ſomnumque conciliat, & crudos, & incoctos tumores concoquit,* vnde autem anethum minus calidum, hinc magis ſomnum conciliat, ſed minus digerit, quàm ſiceum. Poſt hęc *Anthemis, aut chamæmelum calfacit, & deſiccat in primo ordine, eſt & tenuium partium, ac proinde digerendi, laxandi, & rareſaciendi vim obtinet.* At vero *Aniſi ſemen digerit, & inflationem ventris reprimit. Beta vero nitroſæ facultatis particeps eſt, qua tum digerit, & per nares purgat. Cæterùm cocta nitroſitatem omnē, et acrimoniam exuit, ſitq; facultatis aphlegmantæ hoc eſt phlegmonis aducicæ lenter digerentis.* Sicuti *capparis radicis cortex vincentem habet qualitatem amaram proximam, acrem, deinde acerbam: Ex quo liquet quod diuerſis, pugnantibusque conſtet facultatibus: quippe abſtergere, repurgare, incidere amaritudine, excalfacere, incidere, digerere, &c.* Verùm ab *iſs, quæ ſimul, & excalfacere, & reſiccare poſſint, puta lolio, eruo, cicere, ochris,* crudi ſucci digeri poſſunt: Pariter *folia citri denique exſiccandi, ac digerendi vim obtinent.* Hæc autem ſunt ſimplicia principalia digerentia pharmaca, ex quibus emplaſtra, decocta, olea, vnguenta, & cerata confici poſſunt; pro meſentereo imbecilli fouendo, & ad crudæ materiæ,

Left margin notes: B — 11. Meth. med. c. 22. — Vide c. 29. iſtius libri. — 24. Meth. c. 17. — Ariſt. 4. meteor. c. 3. & c. 4. — C — 11. De ſim. me. f. c. de caſtoreo f. 80. B — 6. De com. med. per gen. c. 11. — 14. Meth. med. c. 4. — 7. De com med. per gen. c. 1. — 7. De ſim. med. fac. f. 13. B. — 7. De med. ſimp. fac f. 55 D. — 6. De ſimp. me. fac. f. 43. B — D — 6. De ſim. med. fac. f. 41. C. Ibidem — 8. De ſim med. fac. f. 02. B. — 7. De ſim med. fac. f. 49. G. — 5. De ſim med. fac. c. 9. — 7. De ſim med. fac. f. 56 B.

Right margin notes: Digerentia ipſa in duplici genere ſunt. — Vel propriè digerētia vel diaphoretica. — Digerentia tantum ad primæ regionis cruditates rectè curādas cōueniunt. — Digerentia omnia calida, & humida ſunt, ſicuti & laxantia ſunt. Aliqua tamen digerentia calida & ſicca ſunt rareſacientia, tenuiumque partium, & hæc per accidens digerentia molliendo, rareſaciendo, & euacuando, ſicuti calida & humida per ſe digerunt. — Digerentia mollientia commemorantur. — Medulla. — Amoniacū, bdelium, & ſerapinum. — Styraces butyrū althea & fænugræcum. — Opoponax digerit, & chalbanum mollificat. — Oleum liliorum alborū & Keirinum. — Melilotum. — Anethi oleum. — Anthemis, & chamæmelum — Aniſi ſemen. — Beta cocta.

Vetus oleū digerens ex herbis, seminibus radicibus & alijs factum à Gal. ponitur.

Oleum vetus valde digerit recens vero valde emollit.

teriæ, concoctionem efficiendam iuuando: Si autem oleum effeceris ex herbis, seminibus, & alijs, vt ait Galenus oleum tenuissimum maturissimum esse debet, *potissimumque quod est antiquus: Si ad digerentium aliquod trāsieris: Mox in vase duplici tantisper calfeceris, dum mediocriter qualitatem herbæ imbiberit*, oleum enim calidum, etsi ex se digerat. *Si tenuissimum cuius generis sabinum est*, fuerit: Nihilominus cum medicamento digerente fortius digerit: Hic autem aduerte oleum sabinum vetus valde digerere posse. At recens valdè emollire, & relaxare, doloresque magis sedare, minùs tamen admodum digerere, quia *id, quod recens est magis per halitum digerit* nempe laxando; minùs tamen tenuat, minusque calfacit: hinc in profundo minùs digerit, quàm vetustum. Cæterum, vt isthæc digerentia, ne dum crassas, viscidas, & frigidas mesenterei coquāt cruditates at verò etiam spiritus calidi innati mesenterei viuificant, simulq; actuant, & excitant ad concoquendum per modum calfaciendi ista maturantia administranda, perpendo, vel per modum fomentationum, spongijs moliendorum, vt in decoctibus vsu venit, aut per modum stillicidij olei, hora vna ante cibum singulis diebus id executioni mandare posse: totoq; diei reliquo tempore, vel cerato imposito, aut vnctione, lana pecurina sordida, carmelata apposita, calidaque semper actu conseruata.

A 12. Meth. c. 3.

8. De comp. per gen. cap. 4. & 6. meth. c. 8. 7 De com. med. per gen. c. 5. 6 Meth. c. 2. & 7 de comp. me. per gen. c. 3.

B

CAPVT XII.

Primæ regionis copia à cruditatum vnà, & flatuum copia valde offensæ caloris naturalis languidi, coquere nequeuntis roboratiua, simulq; cruditatum concoctiua, & flatuum, discussiua pharmaca interna, ex Galeno conscribuntur.



SVperest autem, vt ea, quæ lib. 4. c. 13. & etiam c. præce. proposita fuerunt; disquiramus, vt calore primç cruditatum regionis à copiosis cruditatibus vnà, & flatuositatibus ita imbecilli reddito, vt ne dum, tum eas cruditates, tum cibum coquere caloris valeat: at verò ét deterius immineat; nempe vt animi deliquium, & syncopem, vt ait Gal. *vbi maximam crudorum succorum copiam vnà, et cum oris ventriculi, quod sanè stomachum offensione*: Hinc ad hęc symptomata pessima curanda, inquit *dandum piper, aut diatria pipereon, aut diaspolisicum, vbi multa pituita frigida in ore ventriculi fuerit aceruata*, sicuti etiam zingiber dandum est, quæ roborant, coquunt, flatumque discutiunt, & ad intestina, & aluum, tum flatum, tum cruditatem ipsam liquatam ducunt. Nihil autem in genus venosum, nec in reliquum totum corpus ducunt. Quo circa eodem tempore quo adæquantibus internis vtimur in præcordijs tensis, ac inflatis, turgidisque factis, ob easdem cruditates, his flatuum carminatiuis, caloremque innatum roborantibus, cruditatumque maturatiuis, ac denique chylificationem moliendam, iuuantibus, allatis pharmacis vti deuincimur: alioquin ægri perirent. Ait enim Gal. *Quoniam autem præcordia istiusmodi omnibus turgida, inflataque sunt, ac facilè quicquid assumpserint in flatum vertitur*. Quoniam, vt etiam iam dictum est, vbi fusè de flatus generatione in vena subiugali li. 3. c. 29. Nam *tumor durus: obstructiones à crassis, & viscosis humoribus spirituosæ seu flatuosa distentiones, idque in extremis vasorum partibus, quæ ex venæ ipsius portis exoriuntur: Has quidem obstructiones sequitur grauitas sensus, quæ dextro hypochondrio incumbat: Quod si halituosus quoque spiritus, cui non pateat exitus, ibi concludatur: non solū grauitas, sed tensionis etiam sensus sequetur*. Subinde autem Gal. pergendo ad hypochondriorum tensionem, inflationemq; demendam pręsidia allata proponit, depromens *non inutile fuerit longi piperis aliquid cum cibo dare: quippe quod flatuosi spiritus crassitudinem soluit, & quæ in præcordijs pigra cessant ad ventrem inferiorem depellit & coquendis, quæ sumpseris subueniet pro communi piperum ratione. Quod si huius longi copia non est, vtique albo vtendum, quippe quod supra duo reliqua genera ventrem roborat: Sin hoc non adest optimum nigrum petendum est: id verò fuerit, quod pondere præcellit*. Illico autem postea ad diaspoliticum remedium perueniendo conscribendo, inquit. *Vtilius sanè sit, & diaspolitico medicamento vti, cuius compositio duplex est. Alias ex partibus omnibus, cumino, pipere, ruta, nitro, potestque ita magis ventrem soluere*: cum nitrum acre sit, ac aluum stimulet. *Aliàs cum reliquorum pari pondere miscetur nitri dimidium* solùm: & hoc minus aluum mouet. His autem duabus compositionibus, diaspolitici, conscriptis, postea hęc simplicia meliora eligenda pręscribit: subinde modum, eam compositionem conficiendi, nos docet: hoc modo: *Præstiterit autem cuminum esse, quod vocant Aethiopicum. Piper verò vel longum, vel album. Macerabitur cuminum in aceto maximè acri dein continuo id tunditur, aut etiam prius modicè frigitur in vase fictili, quod coctum in camino quàm optimè sit. Quæ enim exactè, penitusque cocta non sunt, hæc lutosa potiùs, quàm figulina sunt, & qualitatum suarum nonnihil medicamenti remittit. Sunto verò & rutæ folia modicè siccata: Vt enim si plusculum siccentur, acria, amaraque redduntur, & supra quàm par est calida: Si prorsus non sicces, excrementitium quendam humorem retinent, non dum ex toto concoctum, cuius vitio flatum discutere minus possunt. Quatuor his aliquando despu-*

Potentia calorem naturalem alicuius partis imbecillem intrinseca.

Piper, diatri op percum diaspoliticum & zingiber.

Præcordijs turgidis ac inflatis talia auxilia cōgrua sunt.

Piper, longum, Piper album, Nigrum.

Diaspolitici descriptio, & compositio duplex à Gal. fit. Primus modus cōponendi diaspolitici.

12. Meth. c. 3.

1. Ad Glauc. c. 14.

C

4. De sani tuen. c. 4. & c. 5.

4. De tuen. san. c. 1.

O 3. l. 5. de loc. af. c. 6.

4. De tuen. san. c. 5.

D

Ibidem.

A *deſpumatum mel additur, aliquando nihil, ſed ſola ſine melle reponuntur, ac ptiſanæ cremori, & alijs,*
quibus maximè conuenire videntur, cibis inijciuntur. Et hic eſt vnus modus aſſumendi diaſpoliticum — Modi præbendi diaſpoliticum.
in cibis loco ſpecierum. Tamen aduerte in diaſpolitico pulueres tuditer, non autem tenuiter eſ- — Obſeruatio in id medicamen componendum.
ſe debent, tum ne in venas ingrediantur, tum etiam in ventri inhæreſcant, mordicent, ac ven- — Secūdus modus dandi diaſpoliticum.
trem inferiorem ſubducant; vt Gal. ipſe ſtatuit. Cæterùm ſtatim ſecundus modus, quo diaſpoli- — Ac tertius.
4. De tuen ſan. c.3. ticum id remedium aſſumere poſſumus à Gal. proponitur, dicente *ſumitur & per ſe medicamen-*
tum hoc & ante, & poſt cibum. Immo tres iſti modi ſunt diaſpoliticum accipiendi. Primo enim
modo toti ventriculo æqualiter auxiliatur: Ante nanq; cibum aſſumptum magis ventriculi fun-
dum roboratur. Poſt cibum autem magis ſtomachus fouetur: Eamq; ſanè ob cauſam medicamē
tum id adhiberi poteſt, ſicuti res poſtular. Denique verò Gal. Diatrium pipereum laudat, ad has
Ibidem. intentiones propoſitas executioni mandandas, exarans. *Expeditur autem præparatum habere ad* — Diatrīpiperei comendatio.
manum dupliciter medicamentum triapipereo paratum *ſicuti ipſe ſoleo, alterum ſimplex, quod vti-* — Simplex diatria pipereum.
que bis dandum eſt, qui parum concoxerunt, & qui recens frigus in ventre habent pituitoſum ſuccum. — Et compoſitum in fluxionibus à capite.
Alterum quod medicamentoſū magis eſt, quo maximè vtimur in ijs fluxionibus, quæ à capite deſcendūt
ad pectus. Verùm hoc pacto ſit præparatum alibi dicetur. Nam hic priùs ſimplex diatrium pipe-
Ibidem. reum explanat, inquiens. *Simplex illud, quo ad cruditatis abundantiam, quæ in primis eſt venis vti-* — Simplicis vſus in cruditatibus primarum venarum.
B *mur huiuſmodi eſt. Ad cuiuſque triumpipereum drachmas quinquaginta abundè adduntur aniſi, ac thi-*
mi, & zingiberis ſingulorū drachmæ octo. Sin adhuc magis ſimplex volueris id ſanè erit, *à quo de-* — Eius compoſitio.
tractum zingiber eſt. Verum ſubinde aliud validius deſcribit. *Alterum verò eſt, quod ex ijſdem con-* — Cōpoſiti diatriapiperis compoſitio.
ficitur; Verùm ad cuiuſque triumpiperum drachmas quinquaginta reliquorum cuiuſque ſexdecim
4. De tuen ſan. c.5. *drachmarum inijcitur pondus, nempe aniſi, thimi, & zingiberis, quo etiam ad propoſita vtimur com-*
modiſſimè. Modus verò hoc medicamentum componendi ibidem quoque ſtatuit. Quo facto, ſta-
tim modum, ac tempus id medicamentum præbendi nobis aſſignauit. *Hoc igitur medicamentum* — Modus ac tempus id dandi.
dare conuenit non ſemel, biſue quotidie, ſed etiam ſæpè: ſi quidem manè, & ante cibum, & etiam poſt
cibum euntibus cubitum rectè datur. Poſtmodum verò eius quantitatem exhibendi perſcribit
aiens. *Cochlearij pleni menſura, atque huius quidem, vt paruis parui, & maximis maximi, ita medijs* — Doſis eius.
tenſionibus, ac inflationibus *ad portionem* nempe medij cochlearij menſura. Poſtmodum
autem aliud medicamentum ad eandem intentionem ponit; ſcilicet zingiberis aceto macerati — Zingiber aceto maceratum videlicet.
præſidium, vt calor eius vehemens, qui cruditates in totum corpus duceret aceto extinguatur.
Quocirca alia medicamenta ita calida, quæ eas cruditates in rotum habitum impellerent, dam-
nat vt euitanda: veluti ſunt ſeſeli, libiſticum, elenium, ſpica Nardi, caſſia lignea, & alia ijs ſimi- — Diuretica damnantur & quæ ſint à Gal. ponuntur.
C Ibidem. lia: Verùm præſertim diacalaminthen cauendam eſſe ſtatuit, cum dixerit. *Præterea etiam zingi-*
ber, quod ex barbaris affertur, aceto maceratum. Eſt id virentis herbæ radix, à collectu ſtatim in ace-
tum coniecta. Extinguitur enim eiuſmodi medicamentum calor, circa ipſas primas venas, nec in totum
perfertur corpus, veluti aliorum quorundam eiuſmodi id medicamentum eſt, quod diacalaminthes, pro-
pterea quòd calaminthen recipit, vocant. Alia verò narrata etiam paulò ſuperiùs in compoſicione — Diacalaminthes improbatur.
diaſpolitici explananda damnauit. Deniq; autem Gal. inuenio, alibi aliud pharmacum conſcri- — In his primæ regionis cruditatibus rectè curandis.
6. De tuen. ſan. c.vlt. pſiſſe *tum ad concoctionem ijs, qui parum fæliciter cibos concoquunt, tum ad appetentiam excitandam*
ijs, qui ea languent, & in ſumma quòd ventri robur conciliat, & compoſitionem ipſius, quæ ad hunc mo- — Pro cōcoctione iuuanda diacydoniorum Galeni aromatia....
dum ſe habet. Accipies ſucci malorū cytoneorum, quæ dulciora, maioraq; ſunt, ac minùs acerba. quæq;
noſtrates in Aſia græcè ſtruthia vocant, ſextarios romanos duos, quibus mellis optimi tantundem miſce
bis ſextarium vnum, & ſemiſſem, hæc cum ſuper prunas modicè coxeris, & ſpumā detraxeris, immittes
zingiberis vntias tres, piperis albi duas, dein rurſus in ſimili igni recoques, donec mellis craſſitudo exi-
ſtat. Hoc verum medicamentum ēt ijs, quibus inualidum iecur eſt ſalutare in primis eſt: id duabus, tri- — Doſis.
Lib. Gal attrib. de ponderibus & menſ. f. 275. F. claſ. 5. *buſue horis ante cibum obtuleris, maximè dandum eſſe mediocris myſtri modo.* Verùm ne vētrem ad- — Tempus præbendi.
ſtringat, vtor eo ego in meis ægrotantibus illico poſt cœnam, ſeu poſt prandium. At verò perpen- — Doſis declaratur.
de, *ſextarium vnum romanum mellis vncias* 17. continere. *Myſtrum magnum* autem habere *mellis*
D *vncias 4. & ſemiſſem. Myſtrum paruum verò habere drachmas 9.* Quocirca menſura iſtius medica-
menti Myſtri mediocris eſſe debet, non aūt magni, nec parui: ergo ad vnc. 2. circiter dandum.

CAPVT XIII.

Cruditatum pituitoſarum primæ regionis medicamenta lenitiua eliguntur; validè verò ſolutiua ignea, acrioraque damnantur.


3. De vict. rat. in m. a t.30. & t.44 & 5. de ſim. me. fac c.10. Æterum quanquā pituita cruda in primis redūdans venis, tēporis proceſſu à natura
ne dum coquatur, verū ēt in perfectum tranſmigrat ſanguinē, nec tamen hęc pituita
ſuperuacua tam arte adæquata, quam à natura concocta, in his relinqui debet venis
quippe q eam per vices euacuare debemus pituitā. Sicuti acres ſucci valida egent
purgatione, cum hi ad nutrimentalē conuerti nequeant benignitatē; nec his humoribus corpus
noſtrum ali valeat. Vnde confeſtim hi educendi ſunt, quemadmodū paulatim pituita euacuāda
eſt. Verum enimuero paulatim dico, cum vbi hæ cruditates gignuntur, ſemper ventriculus

Ad cruditates pituitosas primæ regionis rectè educendas lenientia, non autem solutiua conueniunt.

imbecillis necessariò fit. Sed quoties ventriculus, aut hepar afficitur, tunc nonnisi pauca humorum purgatio effici debet, vt lib. 2. de magn. cacoch. iam ostensum est; cũ hæ duæ partes, ceu illę chylificationi, & sanguificationi celebrandæ, consignatæ à valida euacuatione valde læderẽtur: hinc non amplius concoctionem exactam ingredi possent. Ea propter, cum pharmaca cathartica, aluum soluentia, in duplici genere sint: quia vel efficacissimam horum humorum expurgandi vim continent, vel mitem vim possident: cuius distinctionis Galenus meminit his verbis, *qui ventrem molliunt pharmacis, quæ modicè proritare possunt: quæ enim acriora sunt vitare oportet.* Hinc priora, antea allata, vt acriora, ac ignea efficaciter, seu electiuè solutiua à Medicis appellantur, quæ succos peccantes, iam iam adæquatos attrahunt à quacunque sanè corporis parte, tum secundæ, tertiæque regionis cruditatum etiam à pedum vnguibus, ad ventriculi regionem, ceu ad purgationis terminum; per quem hi humores educuntur. Quocirca isthæc duplici virtute decorata sunt, vt ait Galenus, quarum alia quidem vis succorum attractoria familiaris, & specifica habetur, alia verò valde acris, & mordax, qua facultas expultrix irritatur, ac excitatur ad eos succos, circa ventriculum, & intestina iam attractos per aluum deijciendos. Alia verò lenientia nuncupantur, quæ solùm à primis venis, humores iam tenuatos, fluxilesque redditos, trahunt, ac sine euidenti acrimonia expultricem naturæ facultatem ad eos humores expellendos proritant. Quæ tamen, vt ait Galenus plures succos educunt, quàm mordaciores, quando scilicet *propter vasorum infirmitatem, propterque osculorum* tunicarum venarum *laxitatem*, ratione cuius vasa, & oscula irritata *propter purgantis mordacitatem* contrahuntur, & clauduntur potius, quàm permittant humores tum attrahi posse ab eo purgante acriori, tum ab expultrice expelli posse. Eamque sanè ob causam plus lenientia in talibus expurgant, quàm solutiua: non tamen à longinquioribus partibus speciei carnosæ, solidarumque partium educunt: Ideoque tales ægri à cruditatibus tertiæ cruditatum regionis liberari non possunt, nisi diaphoreticis. Quocirca quò magis laxatæ partes fuerint, eò leuiora purgantia, danda sunt: Primæ itaq; regionis crudæ pituitæ, iam ad euacuationem dispositę, eductio quidem lenientibus non aũt solutiuis agẽda est: nisi solutiua minima in quantitate præbueris; tunc enim solutiua ne dum lenientia euadunt, verum etiam alterantia tantùm, vt experimento constat. Aduerte autem Gal. asserere crudos humores in lassitudinibus antequam in febrem, seu morbum incidant ægri, cautè educendos esse: Vbi verò morbus iam factus sit, non esse educendos, immo penitus, ac optimè præparandos, materia tamen non turgente. Qualia autem lenientia, pituitam purgantia sint, vnicuique arti medicæ, operam danti, notissima sunt. Vnde hic frustra imponenda non veniunt.

Solutiuorum facultates. — *5. De sim. med. fac. c. 20 & com. 1. aph. 22.*

Lenientium virtus.

Quando plus ducunt humores lenientia, quam solutiua valida, & cur ita sit redditur. — B — *3. De simp. me. fac. c. 28.*

Solutiua pauca in quantitate exhibita lenientium vim habent. — *De cur. rat. per sang. miss. c. 10.*

C

CAPVT XIV.

Pituitæ crudæ copiam creantis, ac ad primas venas mandantis ventriculi languidi tum fouentia, seu media roborantia ante partium ventriculo adiacentium tensione laborantium purgationem molienda, tum penitus roborantia, post corporis totius purgationem administranda, proponuntur.



HIs autem hactenus expeditis: Antequam primæ regionis cruditatum pituitosarum victus rationem adhibendam explanem: Roborantia quidem tum ventriculi, & capitis has cruditates transmittentis, tum mesenterei recipientis, præstanda veniunt. Ventriculus itaque hanc pituitæ crudæ copiam gignens, non modo in frigiditate, ac humiditate intemperatus esse valet. Verum etiam interdum in frigiditate, siccitati iuncta, discrasia peccare potest, vt in senibus ventriculum frigidum, & siccum habentibus hanc pituitæ crudæ copiam emanare videmus: Cum tamen id vltra senes tantùm in raris fiat de cuius ventriculi roboratione egit Gal. per balnea, & lac. Proinde ventriculi frigidi, simulq; humidi roborationis verba faciam; quoniam hæc ventriculi discrasia frequentius corrigenda contingit. Quod equidem in explanandis ijs à Gal. constitutis, executioni mandabo: Ait enim vt *cibis adstringentibus, & subamaris vterentur vino quoq. similiter austero, praeterea absinthio*; & licet Gal. ibi aliquos suos præceptores empiricos carpat, intelligantes non ratione, immo tantùm remediorum illorum experimento iuuante, aut lædente morbi ventriculi essentiam, locumq; affectum, & causam: non tamen damnat hæc remedia, quippe quòd isthæc laudat, vt ab eo adhibita: hinc in fine capitis postea inquit. *Vetuitamen absinthium, & quicquid adstringeret contingeret veluti alios rursus à refrigerantibus abstinui. Calfeci autem eius ratione vinum vetus ex eorum genere, quæ facultate valde calfaciunt exhibens, tum numtrientum, quod calfaciendi vim haberet, cum largo pipere in nonnullis omne consilium curationis ad siccandum direxi: dabamque ijs tum cibos, qui natura essent sicci, ac probè assati, tum prorsus exiguam potionem iniuxi, autem, & adstringentium omnium vsum, quem vnum, qui illis citra*

Ad ventriculi frigida, & humida intẽperie læsi gignentis & ad primas venas pituitã crudam mandãtis imbecillitatem corrigendam cibi adstringẽtes, & sub amari, ac vinum absinthite congruissima sunt.

Victus ratio moderate calida siccaq; tenuis, & adstringẽs optima est.

D — *7. Meth. c. 4.*

rationem

A *rationem medentur, norunt*: & aduertenda eſt, hæc victus ratio, in hoc caſu ſeruanda. Potiſſimum autem abſinthium vmbeliferum, romano valdè validius habetur, & pontico: pro ventriculo roborando, omnino eo ventriculo à quacunque cruditate immuni exiſtente, vt ait Galenus: quod & conſeruę modò, & in vino abſinthite pręberi poteſt: etſi non minùs etiam menta openi fertet. Verùm omnium pręſtantiſſima tum therica vetera, tum mitridatum vetus reperitur pro noſtro inſtituto moliendo. Pergit autem Galenus exarans, *& quod ex mali cotonei conficitur ſucco*, vt diacytoneum ante poſitum, & à Galeno 6. de tuend. ſan cap. vltimo deſcriptum, *aliyſque eiuſmodi*, vt confectiones ſtomachidæ, & alia pręſidia, quę ventriculo frigido, & humido conducere poſſunt, *quæ deuorantur medicamentis*: inter quę ſanè aqua thermalis eſt, veluti hic Venetijs aqua theruciana intus ſumenda, in vſu reperitur: ſicuti enim eædē aquę ſtillicidio, regioni ventriculi admotę, cęteris externis ventriculis roboratiuis, ex Galenis ſententia, præcellit, ita etiam intus aſſumpta, idem putandum eſſe reor. *At verò quòd ad ea pertinet, quæ extrinſecus applicantur. primum perfundi ventriculum ex abſinthio, & oleo crudo iuſſiſſem*, ex oleo enim immaturo abſinthino maior roboratio fit, quàm ex oleo maturo abſinthij *mox hapſum* nempe manipulum, vt lib. de pręcogn. ad Poſthumum cap. 11. expreſſit, *lanæ* ſcilicet purpureæ, vt ibidem & 7. meth. cap. 7. pro adſtringendo explanauit *tum ex iyſdem ipſis, tum verò ex vnguentis, melino, & ma*

B *ſtichino, & nardino imponi*. Ex oleis autem ſtillicidium admouere ſoleo ęgrotantium maximo emolumento, & hoc eſt. Recip. olei abſinthij, mentę, maſtichini ana lib. 3. olei diſtillati ex chariophylis vnc. 1. olei amigdal. dulcium, recenter extracti vnc. 6. ad oleorum aliorum ſiccitatem corrigendam Miſce *ab ijs ceratum ex iyſdem compoſitum*. Vt Recip. ſpicę nardi, maſtichę, caeamacę, macis, cinamomi, piperis, zingiberis, nucis moſcatę an. ℥ 1. chariophylorum ſcrup. 2. cerę, raſinę, ac therebenthinę raſinę q. ſ. M. & f. ceratum ſ. a. *Poſt alia pharmaca vtique ceratis valentiora, quæ à medicis vocantur epithemata: Ea tum ex dictis vnguentis, tum ex ijs, quæ ſimilem vim obtinet medicamentis componuntur, in quibus eſt aromatum quoque multitudo non parua ſpica nardi, & amomum, & calamus aromaticus, & iris, & ladanum, & malabathri folium, & ſtyrax, & bdelliū, & apobalſamum, & xylobalſamum, reliquusque aromatum catalogus*. Multas ideò antiquorum epithematum, ſeu malagmatum pulcherrimas, efficacioreſque compoſitiones ad ventriculum frigiditate, ac humiditate intemperatum roborandum poſuit 8. de com. med. 5. loc. cap. 5. Verum denique ait. *Quod ſi horum nihil profeciſſet, commune omnium remedium, quibus imbecillitas nocet, in fine adhibuiſſem, nempè rubrificationem, quæ per thapſiam, vel ſinapi, vel tale aliquid excitatur*, quod medicamentum ſinapiſmum vocant medici. *Deinde ad vſum aquarum calidarum ablegaſſem: Quippe vltra hæc Empiricus nihil nouit*. Ad Tabias enim tum hi Medici, tum Galenus ęgros

C mittebant, vbi aquę thermales ſunt calidę, & ſiccę ſua facultate, quarum ſtillicidio, & intus aſſumptione ſupra cętera ſanabantur ęgri. Nobis autem Medicis hic Venetijs, ęgros Patauium opus non eſt, vt mandemus, vbi aqua adeſt aponitana, quę, vt ait Fallopius, *per embrocam administrata exſiccando, calfaciendo, euacuando, roborandoque cerebrum*, & ventriculum *morbos frigidos*, & humidos *fugat*. Immo tantę efficatię eſt aqua ipſa his quatuor virtutibus, quòd *facit quoque ad hydropem vniuerſalem totius corporis, quam leucophlegmatiam vocant, nec non ad hydropem particularem, hoc eſt, ſolius ventris: ſi præcipuè æger vtatur huius aquæ vaporibus, id eſt ſtufis*. Pręterea etiam aquę ſancti Petri in agro Patauino habentur, quę eaſdem quatuor virtutes aponitanę continent, *quia moderatè calfaciunt, moderatè ſiccant, & leuiter roborant. Vnde quando timemus nimiam calfactionem, & ſiccitatem aponitanæ aquæ confugimus ad has ſancti Petri aquas*: Vnde hę Diui Petri aquę tantum Patauij adminiſtrandę. Nam ſi Venetias transferrentur, virtutem ſuam partim omitterent: Aponitana verò aqua vires, etiam Venetias aſportata, optimè retinet. Vnde nobis opus non eſt ęgros ad Patauium mittere. Si hic Venetijs aquę aponitanę, & ſtillicidio, ac ſtufa, & potu quoque ęgros noſtros curare voluerimus, vt pluries expertus ſum. At verò perilluſtrem Mercatorem amicum inueni, qui ſtillicidium noluit. Quocirca fomentationibus ipſius aquę aponi-

D tanę, & vini nigri generoſi abſinthio, ac menta ebuliti ventriculi regioni adhibitis, huic ventriculum roborani, priùs tamen intus aqua theruciana ſingulo mane vnius hebdomadis epota. Cęterùm ex hactenus allatis aliqua blandiora, vtique ventriculum fouentia mediocriter roborando exhaurire poſſumus, vt eas intentiones, quę propoſitę fuerunt lib. 4. c. 15. adimplere poſſimus.

✻

1. Ad Glauc. c. 12.

Loco antea cit. 7. meth. c. 4.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Lib. de therm. aquis & metallis c. 17.

Ibidem.

Fallopius eodē lib. c. 19.

Abſinthiū vmbeliferum optimum.

Menta.

Theriaca & mitridatum efficaciſſima cæterorum ſunt.

Diacytoniū ato malizarum.

Aqua theruciana vtile aſſumpta.

Extrinſecè admota ſunt, & aqua aponitana ſtillicidio adhibita.

Oleum ex abſinthio hapſo lanæ grana tinctæ.

Oleis ſtillicidium.

Ceratum.

Epithemata.

Styrax bdeliū apobalſamum, xylobalſamū.

Vide multa à Gal. deſcripta 8. de com. med. 5. l. c. 5.

Rubificantia cæterorum efficaciſſima.

Et aquę thermalis ſtillicidium aponitanę.

Aponitanæ aquæ virtutes à Fallopio explanatæ.

A

C A P V T XV.

Capitis pituitæ crudæ fluxionem, destillationemùe ad primas venas, tum gignentis, tum transmittentis fouentia, & roborantia promulgantur.



Ituitam verò etsi impropriè vocatam etiam in cerebro intemperie læso, vt à fluxionis destillationum fonte, ex Plat. & Gal. gigni posse, iam declaratum est. Præterea eam pituitam crudam, in cerebro exortam facillimè ad ventriculum descendere posse, & ad primas quoque fluere venas etiam ostendi lib. 1. c. 9. in fine. Vnde ait Gal. *fingatur igitur in ventriculum defluere ex cerebro superfluum quendā humorem frigidum, atque in eius occasione intemperiem quandam in ventriculo contractam iam esse, quin potiùs malum iam succum per totum corpus media omnia similarium particularium spacia occupasse:* & alibi ait. *Non pauens verò catharri, & coriza (idest distillationes per guttur, per nares) quæ assiduè vexabant, conuersa certo tempore in ventriculi loca sunt.* Ergo in talibus, priùs toto corpore prorsus purgato, subinde capite, nasi purgijs quoque purgato, cerebrum id læsum roborare conari deuincimur. Primo itaque de cerebri frigiditate, ac humiditate intemperati roborantibus præsidijs, deinde de cerebro nimis calido, & humido corrigendo remedia proponam. Si igitur primò cerebrum emendandum sit, supra omnia stillicidium quidem erit aquæ aponitanæ, capiti admotum, cum dixerit Fallopius. *Stillicidium huius aquæ conducit primò ad capitis intemperiem frigidam, & humidam. Similiter ad catharrum ex intemperie frigida, & humida vel frigida tantùm, vel humida tantùm.* Hinc omnes à talibus intemperamentis cerebri *consimiles morbos fugat aqua Aponitana exsiccando, calfaciendo, euacuando roborandoque cerebrum, eiusque membranas, & reliquas cerebri partes: Addat is quòd quando medulla spinalis est refrigerata,* & in motus priuatione, aut diminutione à cerebri occipite intemperato oborta, *solemus instillare aquam hanc ad principium medullæ,* vel occipite, *vel totum dorsum, & est remedium.* Cauteria verò, seu quoque vstiones, cerebrum, caputque tum nimis frigidum, tum humidum calfaciendo, siccando, constringendoque valdè roborant cuius præsidij primum Hippocratem inuenio meminisse, hoc modo. *Dolores autem ex pituita ingruunt, vbi in capite mota, & coaceruata fuerit, quod si subinde dolor, & tenebricosa vertigo in caput incidat, hæc quidem admota prosunt. Iuuat etiam sanguis ex naribus, aut ex vena frontis detractus. At si diuturnus, & vehemens capitis morbus euadat, neque capite purgato, tollatur in eo caput pertundere, aut venas circumadurere conuenit. Hæc enim vnica sanitatis spes relicta est:* nempe in his adustionibus; quas autem, & quot vstiones capiti inesse possint molliendæ Aetius ex Archigene in apoplexiæ curatione connumerauit, hoc modo. *Ego verò ne crustas quidem inducere dubitarem, vel cum igne, vel cum medicamento vnam in concauitate occipitis, vbi spinalis medulla incipit, duas in vtroque ipsius latere, tres aut quatuor in vertice, vnam in ipsius capitis meditullio, tres in circuitu: vlceribus enim copiam materiæ deriuantibus integram salutem non desperauerim.* Proinde Hipp. ait *venas capitis circumadurere conuenit*; quæ vstiones, vt vstiones (vt dixi) calfaciendo exsiccando, simulque constringendo valde roborant, ac fluxiones sistunt; vlcera verò his vstionibus facta copiam pituitæ deorsum descendens deriuant sursum traheodo; vbi cogimur nos interdum in capite copiosa materia redundante, vt in apoplexia, & in paralisi has vstiones inducere; Verùm igne satius est, quàm crustam efficientibus; id facere, etsi vtrunque calfaciant, exficcent, sanguinisque fluxionem sistent: hinc etiam adstringant, & roborent. Nam ignis vt sensibile etiam actuale excedens sensorium sensus corrumpit: Vnde ignis dum agit, nihil attrahit, cum ferè instanter opus suum efficiat: caustica verò crustam mouentia, dolorem inducant, quousque agunt: Vnde si ea adhiberentur caustica, procul omni dubio, pars vsta non roboraretur. Ergo ad minus duæ vstiones effici possunt, nempe in occipitis fouea, & in suturæ coronali meditullio. Preterea etiam rubificantia, synapismataue ad roborandū caput, sicuti etiam ventriculum optima sunt: quæ tum ad roborandum, tum ad deriuandum attrahendo quoque admodum valent: Quocirca ad deriuandum tantùm etiam capitis suturæ coronali valde calidi isthæc illius Matronæ Romanæ apposuit Galeous, cum ibi vrgentior longè materiæ in pulmones ruentis motus fuerit, quàm cerebri intemperies, vt Capiuaccus adoertit contra Alexandrum Tralianum, qui Galenum carpit. Vlterius cerata sunt capitalia calida, & sicca, simulque adstringenti facultate, vt ceratum Montagnanæ capitale, & pulueres calfacientes, & exsiccantes intra capillos aspersi, vt est puluis agarici, ireos, assari, calami aromatici, fœnu græci, betonicæ, sticadis, salbiæ, rorismarini, herbæ paralisis, liliorum conualiorum, laudani, gariofilorum, nucis moscatæ, mirrhæ, atque thuris. Porro cerebrum calfieri; & siccari potest odoribus; Vnde pomum manibus gestandum, ac odorandum, ex his pulueribus compoai valet, paro ceræ, & gumi arabici addito. Insuper cerebrum calfieri, & siccari potest oleo amigdalarum amararū, chamæmilæ, anethi, cum castoreo, & croco composito; in auras iniecto. Et hæc sunt quæ cerebro ita intemperato roborando valde conducunt. At vero si cerebrum caliditate, ac humiditate intem-

Side notes (left margin):

Ad cerebri frigidi. & humidi intemperiē tollendum.

Aquæ aponitanæ stillicidium

Vstiones & cauteria capiti infigenda optima sunt.

Hæ vstiones ab Hipp inuentæ.

Vstiones in capite quot in apoplexia agendæ sint ex Aetio nempe duas decem.

Quæ vstiones tutius est igne fieri.

Sinapismata, & ceratum capitale Montagnanę ad cerebrū roborandum.

Pulueres.

Side notes (right margin):

De dec. Hipp. & P. c. 5.

Lib. 1. c. 8.

2 De temp c 6. & com. 6. aph. 1 & com. 7. apho. 10.

7. Meth. c. 12.

7. Meth. c. 12.

B

Lib. de ther. aquis & metallis c. 17.

Lib. affectionibus pag. 527. ex Foesio.

C

Lib. 6. c. 28. in fine.

D

Cap. de sanguinis sputo.

A intemperatum sit, vt salsæ distilationi sæpe contingit; tunc sanè stillicidium id futuræ coronali irrigandum admoueto Recip. Aquæ B.V. vel Vilensis, aut chalderianæ libras 20. aquæ lactucæ, radicis nenuphari, hederæ ana libras quinque, aquæ semperuiui, plantaginis, rosarum, betonicæ ana libras duas. Misce. Ceratum vero eidem coronali infigendum futuræ pro meæ Vxoris phthisi imminente euitanda, à catarrho salso ventura, composui; quod ei magnum contulit emolumentum. Cuius compositio est; Recip. Pulueris rosarum zebedinarum, rubearum, sandalorum rubeorum, alborum, cornucerui præparati, mirtilorum, cranij humani, radicum hederæ, radicū nimpheæ, boli armeni, coralliorum rubeorum alborum ana 3.5. ad penetrationem vero adde Laudani, Agarici, mirrhæ, thuris, camphoræ betonicæ ana 3.5. ceræ, resinæ, ac terebinthinæ q.s. M. & f. ceratum s.a. Pomum autem per manus gestandum, & odorandum ad cerebrum refrigerandum, & siccandum optimum fiat ex laudani drac. 5. sandalorum citrinorū, rosarum zebedinarum, rubearum, lambruscæ, nigelæ, coriandrorum præparatum capitum papaueris, hederæ, radicum nimpheæ, an 3.1. opij tebaici scrup. 1. gariophilorū cinamomi an scrup. 2. ambræ g. v. gumi arabici 3.1. ceræ q.s. M. & f. pomum s.a. Ac ita cerebrum caliditate, & humiditate intemperatum, & laxatum refrigerare, siccare, & roborare poteris.

B C A P V T XVI.

Mesenterei, primæque cruditatum regionis roboratiua remedia proponuntur.

CVm autem satis non sit, partes vitiosos generantes succos, simulque transmittētes corroborare partes, dum hę à malis eis purgatæ sint humoribus; eo, quia cætera membra, quæ denuo eosdem infestantes, & fluxuros recipere, ac retinere possunt succos, etiam roborare deuincimur. Quocirca præsidijs, ventriculū, & cerebrum pituitam crudam gignens, atque deponens seu transmittens ad primas mesenterei venas, corroborantibus iam constitutis; Ideirco deest, vt modo remedia mesentereum laxum roborantia ponam, ne amplius imposterum eam fluxuram recipere valeat cruditatem. Verum vt cito ab hac re me expediam, inquam aquæ aponitanę simplicis primo fomentationibus, mox huius aquæ alteratæ cum corticibus radicum capparorum, ac deinde etiam addito absinthio fomentis, optimè imbecille, & laxum nos posse roborare mesentereum. C Si autem his rebus album addere volueris vinum, in fine tuto poteris, cum vinum roboret. Cappares vero, & absinthium valde mesentereum roborant, cum isthęc duo lienem, hepar, & ventriculum roborare possint; & quoniam mesentereon inter lienem, & hepar, & ventriculum resides, & quia mesentereon de liene participat, & ventriculi chylificationem recipit, & quodammodo perficit, vnà & hepatis sanguificationem incipit. Proinde de ventriculi & hepatis natura participat, ac ideo à capparibus, & ab absinthio mesentereon roboratur.

Sicuti cappares lienem roborāt 13. meth. c. 7. ita absynthium hepar, & ventriculū corroborat ibidem & 1. ad Glauconē c. 14. cum sūt mesentereon inter eas tres resideat partes, ac & de earum natura participet, ideo iisdem remedijs roboratur.

C A P V T XVII.

Primæ cruditatum regionis pituitæ crudę copiæ rectè curandæ, victus ratio adhibenda Hippocratis, & Galeni sententia disquiritur.

Li. 4. c. 3. & 18. In hoc lib. 6. c. 11. iam dixi. 4. De tuen. san. c. 4. & c. 5.

CÆterùm victus ratio, vt antea iam dixi, alimentis quidem attenuantibus, incidentibus, detergentibusq; siccantibus, atq. mitè calfacientibus, flatuūque discutientibus, simulq; chylificationem celebrandam iuuantibus, executioni semper mandanda est. Nos quoq; assiduè diuretica euitādo, & ea, quę *manifestum calorem liquantem* inducunt, & quæ *in omnem corporis partē* hæ cruditates liquatæ *feruntur*. Ea verò mitè acria, nitecq. ventrem inferiorem subducentia amplectendo, motumq; omnem cauendo *seruandi enim hi sunt in omni quiete* tum corporis, tum animi, somnoque moderatè longo relinquendi; in quibus concoctio fit, atque aerè moderate calido, & sicco degere debent ægri, pituitosis cruditatibus copiosis primæ regionis laborantes. Perpetuò tamen ciborum quantitatis, consuetudine perspecta, vt natura iam aduentitia facta. *Ergo nutries hoc maximè oximelite, aliquando etiam ptisana, & mulso exiguo quopiam*. Quoniam *Accidit postquam mulsam* oximeli, ptisanæq; cremorem, *vt quæ in primis venis, quæ scilicet circa iecur, & mesenterēū sunt colligi supernacua solent hoc commodè deijciantur*. Nam *Paratur fluxilitas ijs quidem, quæ per sedem excerni habent, mulsa, & cibis ijs, qui ventrem moliunt*, vt ptisanæ cremor, *& pharmacis, quæ modicè prontare possint*, vt oximeli, apomeli, & mulsa hyssopo, iride, nepita, origano, & serpillo composita. Quandoquidem *in alimentorum ratione sunt ptisana, & mulsa* simplex *in pharmacorum verò oximeli, & quæcunq; incoquere in*

D 12. Meth. c. 3. & 11. meth. c. 19. 4. De tuen. san. c. 5. 7. Meth. c. 6. & 4. de tuen. san. c. 4. 11. Meth. c. 3. & 8. meth. c. 9. & l. Hip. quæ in m. offi. c. 3. cō. 10. 4. De tuen. san. c. 5. 12. Meth. c. 3. 11. Meth. c. 19. 4. De tuen. san. c. 4. & c. 6. & 11. meth. c. 3. & alibi. 8 Meth. c. 4.

Ad cruditates pituitosas primæ cruditatum regionis rectè curandas victus ratio octo conditiones continere debet. Ex 12 meth. c. 3. In victus ratione consuetudo seruanda. Vbi summæ cruditates pituitosæ sunt oximelli te, & ptisana & mulso exiguo nutrire debem° quia pharmaca parum acria cōueniunt. Ratio redditur. In alimentorū rōne ptisana, & mulsa in pharmacorū vero oximeli & mulsa hyssopo facta

re in mulsa his composita. Tamen mulsa simplex, ne dum pro potione nutrimentali Hippocratis tempore præbebatur, verum etiam pro vehiculo soluentium medicamentorum, quæ ignea erant, & ad eam igneitatem corrigendam mulsa aquosa exhibebatur, cum dixerit; *Verùm, quæ ventri expurgando exhibiturus sis ea cum aqua mulsa aquosa, & multa propinabis.* Vnde Hipp. mulsam non modo, vt cibum hanc vim, tum cruditatem præparandi, tum per aluum ducendi obtinentem, dabat, sed ad eandem intentionem quoq; ptisanæ cremori mel immiscebat. Aqua autem mulsa simplex primo cocta, deinde verò cruda propinanda venit, vt plus aluum moueat: At verò *si supernacua largius descendant, nec sic quidem sistenda, sed exhibendus pro aqua mulsa ptisanę cremor est: si verò fluere pergant alica sorbitione nutries.* Subinde verò Gal. nos docet, quomodo ex pulsibus dignoscere possimus, quando ptisanę, seu alicę, ne fari dicam, vel mulsæ sorbitiones pro nutrimento non sufficiant ægrorum viribus substinendis, inquiens, *pulsuum interim ratione obseruata. Aliquando enim subito ad imbecillitatem, vel inæqualitatem, vel paruitatem mutantur, quo tempore panē ex vino diluto exhibere conueniet, vtique si nec ventriculus, nec iecur phlegmone laboret.* Vltra quod etiam caro auium montanarum, inter quas aues montanas perdices connumerat, piscesque saxatiles, tunc exhibendi sunt, ad vires manutenendas. Verum si summę cruditates sint, summéq; copiosę, tunc sanè Hippocrates statuit, *eosq; ita degere oportet, vt nihil præter oximeli aquosum tangant: sorbitionem autem non dabis, donec sese malum remiserit, & vrinæ maturentur,* & Gal. addit *si æger suffecerit*, nimirum si ægri vires talem inediam ferre possint, cum indicatio à viribus desumpta cęterarum indicationum regina sit, tali nanq; victus ratione cruditates maturabuntur. Cæterùm Gal. quoque ad summas eas cruditates rectè pręparandas, & coquendas vsq; ad septimū pro nutrimento alterantia solum prębet, sine vllo alio nutrimento eum deprompserit. *Si verò medicanti tibi tres primos dies, vt dictum est, nihil occurrat incommodi, iisdem ipsis vteris vsq; ad septimum aqua dumtaxat mulsa* nempe composita *in qua incoctum hyssopum sit, contentus.* Rationēq; reddens, subinde inquit. *Si quidem longissimam, qui ita sunt affecti cibi abstinentiam ferunt corpore scilicet ex crudis ipsis, quos continet succis coquendis alito*: quod etiam confirmat 4. de tuen. san. c. 5. vt antea lib. hoc c. 7. scriptum reliqui. Conditionem tamen constituit huius victus rationis renuantis, incidentis detergentis, simulq; ventrem inferiorem subducentis, inquiens. *Si nullus præsertim committatur error*, & quod salutis spes desperata non sit per ea signa lib. 4. c. 19. in fine nobis denunciata: *seruari possunt ii aqua mulsa solùm ad septimum vsque sunt nutriendi. Aut sicuti id res exigat, vel aluo fluente* nimis *vel ægro mulsam fastidiente ad ptisanæ cremorem est transeundum: Sin hunc etiam auersetur alica ad eundem modum, quo ptisana modum ei præparabitur.* Verum etiam septimo elapso loco mulsæ simplicis potione *vbi crudos affatim succos esse animaduerteris*, & vbi sorbitiones, & aues montanas, aut pisces etiam saxatiles præbere, ad vires seruandas, cogeris *oximeli pro mulsa exhibere assiduè.* Nihilominus *si huius* oximelis *assiduus vsus tædio esse cœperit, transire inuicem ad mulsam, & ptisanam conueniet. Deinde rursus ad oximeli reuerti. Maximè verò quibus tum paruus, tum tardus, ac rarus pulsus est, iis frigidos subesse succos putandum. Iisdem protinus, & color vitiatus in toto corpore manifestè cernitur* oximeli loco mulsæ cōuenit: loco vero oximelis, apomeli, & oxisachara, seu syrupus acetosus præberi potest. Quoniam *inter mulsam, & oximeli medium locum habet, quod apomeli Græcè dicitur: Non immerito arbitror, & sacharum inter hæc* connumerari posse, ex quo sacharo, oxisachara, & syr. acetosus componitur. Verùm aduerte quòd, vt Gal. ait. *Mulsa tamen, post ptisanæ sorbitionem epota, valde replet, inflat, & hypochondriorum visceribus inutilis est: sed ante sorbitiones bibatur, non vt super epota lædit, sed iuuat* ita pariter de oximelire, quod loco mulsæ potari debet, asserendum est. Quocirca si post sorbitiones aliquid bibendū sit, non mulsa quidem, nec oximeli, sed vinum album, aut flauum propinandum. Proinde potionem ante, & post sorbitiones assumendam Gal. respiciens, inquit. *Potio oximeli, mulsa, vinum tenue, & album, &c.* Quando autem oximeli, & mulsa actu calida, & quando frigida assumenda, iam dictum est, in hoc lib. c. 7. Insuper perpende quòd *ptisana, & lac, & far, & panis, vbi in imbecillum ventrem demissa ab eo non superatur: euomuntur enim non rarò frigida.* Neq; ptisanæ cremor, vbi in ventriculi fundo pituita cruda fuerit dandus. At verò postea Gal. ait. *Nutriendum præterea cibis est, qui citra calorem extenuent cuiusmodi capparis est, ex oximelite, vel oleo sumptum ad duos, vel tres dies, vt dictum est* Nam vltra quòd cappares extenuant, etiam aluum mouere valēt. Nec de pauca nutritione in his cruditatibus verendum est: cum hæ cruditates sicut coquuntur, corpus nostrum alere possunt, etsi nostro æuo, cibo longè pleniori vtimur, quàm istorum Græcorum tempestate. Nam *condonandum aliquid tempori, regioni, ætati, & consuetudini.* De vini exhibitionis autem tempore in has cruditates, rectè curandas, & quale vinum conueniat, exarat. *Quod si crudos iam succos satis attenuatos speres, vinum dabis, quod & substantia tenue sit, & colore fuluum, albumúe, hoc enim ad succi bonitatem, & concoctionem facit: illud vrinam mouet*, & antea dixit, vt lib. 4. c. 13. *Nec tamen à vino eum abstinemus; concoquit enim id semicrudos humores quauīs aliud quoduis tum sudorem, vrinamque promouet, ac somnum conciliat.* Si nanque ante cruditatum mediam concoctionem vinum præberemus, ceu diurecticum, cruditates certè in genus venosum introferret, facillimèq; febrem concitare posset. At facta mediocri concoctione, euacuarionēq; dimidiæ quantitatis cruditatum: supra residuum cruditatum vim concoquendi obtinet, præter alias

virts,

Nota.
Hip. prim⁹ fuit cōstituens mulsam aluum ducere 3. de vict. rat in m. a. t. 3 a & 34. & 39. & alibi.
Si mulsa nimis ventrem subducat, tunc ptisanæ cremor vel alicæ, ne fari.
Quō dignoscatur isthæc pro nutrimento nō sufficere.
Ex pulsus subita mutatione.
Ac tunc ophela panis vino madefacta cōgrua est & caro auiū mōtanarum, ac pisces saxatiles.
Q[u]ōnes vero cruditates extremæ fuerint, sine sorbitione vlla solo oximelite nutrias vsq. ad vrinæ maturationē docebat Hippoc.
Si ægri talē victum ferre valeant.
Hæc aūt victus ratio vel vsq. ad tertium diē vel septimum sine vlla sorbitione, vt Gal. ait & aqua mulsa composita.
Ratio redditur.
Alia ratio.
Si mulsæ tædiū superuenerit ad ptisanæ cremorem vel fari accedas.
Elapso septimo, sorbitiones & aues montanæ, & pisces saxatiles conueniunt sed loco potus mulsæ oximeli conuenit.
Maximè si pulsus tardus, & rarus ac paruus sit
Apomeli mediū habet locū inter mulsam, & oximel sic & sacharum & oxisachara.
Mulsa post ptisanæ sorbitionē non danda, sed ante exhibēda.
Sic pariter oximeli.
Post sorbitionē vinum album bibendum.
Quando oximeli & mulsa actu calida propinanda.
Quando ptisanę cremor nō conueniat.
Gal. & 13. met. c. 13 & 14. met. c. 16. cappares ponit ad hypochondriorū grauitatem, proq. lienis duritie.
Victus ratio illi mutanda est tempori, regioni, ætati, & cōsuetudini.

A
4. De vict. rat. in m. a. t. 79. idem t. 44 & 1 de morbis p. 4. 6.
4. De vict. rat. in m. a. t. 76.
12. Met. c. 3.
Ibidem.
4. De tuen. san. c. 4. & c. 7.
7. Meth. c. 6.
4. De vict. rat. in m. a. t. 47.
In com.
B
12. Meth. c. 3.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
C
Ibidem.
8. Meth. c. 4.
1 De vict. rat. in m. a. cont. 22.
4. De tuen. san. c. 4.
1. De temperamentis c. 4.
D
4. De tuen. san. c. 6.
1 Aph. 17.
4. De tuen. san. c. 6.
4 De tuen. san. c. 4.

A vires, quas vino Galenus tribuit: Quocirca vinum ante hoc tempus non dandum, ſi etenim animi deliquium imminens fuerit à mutatione pulſuum ſubita in paruos, imbecilles, & inæquales ſuperuenturum præcognitum, tunc non vinum, ſed ophelam vino madefactam dare expedit, ſi ventriculi, & iecoris phlegmone non fuerit, vt iam dudum dictum eſt. Hippoc. autem huius vini ab eo oligophori, nempe pauciferi appellati, cum meminerit, arti medicæ ita prodidit. *Cæterum vino albo tenui, paucifero, & inodoro quodammodo* mulſa *fortior eſt, quodammodo imbecillior eſt,* & Gal. in comm. ait *manifeſtauit tum ſubſtantiam memorans ex hoc verbo tenui, tum virtutis imbecillitatem, cum adiecit oligophoro, ideſt paucifero. Vocatur ſiquidem oligophorum ſiue pauciferum, quod vt bibatur minima eget aquæ miſtione: contrario autem modo polyphorum, vel multiferam appellatur, quod vt benè temperetur, multam exigit aquam, æquiualenter dixeris, quòd aquæ multùm ſuſtinere poſſit ad bene temperatam miſtionem. Quod verò pauciferum,* & oligophorum *appellatur id exolutum, imbecillumque, & ad potum inutile redditur, ſi multa dilueris aqua. At qui, quæ in vino hoc eſt carentia odoris, ea imbecillitatis, frigiditatiſque efficaciſſima nota.* Mulſa verò hoc vino fortior eſt, vt eas cruditates tenuare, detergere, atque per aluum ſubducere poſſit: Vinum verò hoc mulſa fortitior in eas cruditates coquendas, adiuuandamque naturam ad concoctionem moliendam.

B Quandoquidem vinum fuluum, aut album concoctioni ſuo ſpiritu, & calore conducit: præterea ſanguini depurando à feroſo recremento prodeſt *per vrinam enim ſerum ſanguinis expurgat.* Tertio verò nos vinum hoc iuuat, membra omnia calfaciendo, roborandoque. Hinc ſenibus competit. Non tamen ita vrinam ciere valet, vt ſanguinem calfaciat, nec liquefaciat; tale nanque vinum damnandum eſſet. At verò vina nigra *reliqua, quorum craſſa, quæquidem adſtringunt ex longo tempore, in ventre manent, & fluctuationes in eo excitant* ob terream fęcem, ijs vinis nigris comiſtam. Cæterum perpendo plùs in cęna, quàm in prandio nuſtros nutrire ægros nos debere: niſi cerebrum humiditate, & craſſitie intemperatum fuerit, cum Gal. dixerit. *At quoniam non ſolum quies, & ſomnus, ſed etiam longius tempus huius naturalem adminiſtrationem expedit, rationabile eſt, vt valentiores ciborum hoc maximè tempore offerantur. Si quidem in ſomno concoctio fit, in vigilijs verò digeſtio,* cum itaque poſt cęnam ſomnus longius ſit, in eo coctio fit: poſt prandium verò digeſtio.

3. De vict. rat. in m. a. t. 30.

5. De tuen. ſan. c. 5.

Ibidem.
5. De tuen. ſan. c. 5.

7. Meth. c. 6.

11. Meth. c. 3.

An te dimidiá cruditatum factam concoctionẽ ſi vel ſanè imbecillitatis ꝑ vino egeat, tũc vinũ minimeq; concedendũ, ſed ſola ophela vino madefacta conueniat.

Vinũ oligophorum.

Gal. 7. meth. c. 6 ait aquoſũ naturaappello vinũ, quod tenue eſt, & purũ de hoc vino oligophoro loquendo.

Mulſa fortior ẽ vino ad eas cruditates tenuandas, detergẽdas, & per aluũ blandiſſimè educendas.

Vini emolumẽta.

Obiectioni opponitur.

Vina nigra incongrua ad eas coquendas cruditates.

Ægri plus in cęna, quam in prandio alendi veniunt.

C A P V T XVIII.

C De cruditatum pituitoſarum ſecundę regionis curatione, rectè agenda, per ſanguinis miſſionemque molienda, Galeni doctrina, experimentis confirmata.



RImæ cruditatum regionis curatione, rectè adminiſtranda, iam peracta. Nunc ergo ſecundæ cruditatum regionis curationem conſtituendam ingrediar; & primò cruditatum pituitoſarum, mox acrium, ſeu mordaciũ curationem explanare nitar. Cum autem fonti pharmaceutico ſemper chirurgicus fons quidem præferendus ſit: Quandoquidem dato, quòd in ſecunda cruditatum regione æquè tum plethoria, tum cacochymia peccarint, vt ſimul ambæ ſubeſſe poſſunt Hippocratis Galeni Pauli, & Auicennæ ſententia: ſemper prius ſanguinis eductio molienda venit, vt lib. 2. de magn. ſanguin. c. 32. iam quoque dixi. Auxilium enim quod prius vena ſecta habetur, ita depromit Autor ille lib. Gal. aſcripto de renum affectuum dignotione, & medicatione c. 4. *Quoniam ſi per ſanguinis miſſionem corpus prius vacuatum fuerit purgans medicamentum exhibitum venas, & arterias, & inanes corporis partes, & regiones inuenit non oppletas: quo fit, vt abſque vllo impedimento in totum corpus dimanet ad attrahendum ſuccos, faciliùmeque fiat eorum*

D *euacuatio per vaſorum ſpatia, & fuſionem, tenuitatemque ſuccorum* craſſitudinem, ſimulque viſcoſitatem maiorem maſſæ ſanguineæ vacuando. Damnũ verò, quod fit, ſi ante ſanguinis eductionem aluina purgatio tentetur, promulgando, ſi æquè rum ſanguis, rum ſucci mali peccent, inquit. *Nam ſi vaſa ſanguine repleta ſint, & purgatiuum dederis non poteris propter plenitudinem in corpus differri, vnde fit, vt ſubſiſtat, & nihil efficiat, aut ſi quicquam faciat, malè faciat.* Hinc Gal. ait *in venoſo vaſorum genere apparere ſubeſſe illi copiam ſemicrudorum ſuccorum, &c. Nullus præterea illi quodammodo ſit ſanguis. Maximè ergo (vt dictum eſt) detrahere primò de ſanguine oportet: Deinde ſuccum illum educere, qui ſuperare videtur* per *copiam* nanque *ſemicrudorum ſuccorum,* ibi copiã pituitoſorum humorum intelligit, ante ſanguinis generationem genitorum. *Quoniam alij priuſquam ad exactum ſanguinem nutrimentum perueniat, veluti ſemicocti ſunt, alij prorſus incocti crudiq; alij paulo abſunt à ſanguinis forma,* quas tres differentias iam declarauimus lib. 1. cap. 5. Nam in prima differentia, *quæ paulo à ſanguinis forma recedit audacter mittendus ſanguis eſt:* in ſecunda verò ibi *ſemicocti ſuntque crudi ſunt,* tunc ſanè *conſideratius agendum,* in tertia verò, cum *prorſus incocti, crudique* ſint, tunc equidem *nullus omninò mittendus eſt ſanguis.* Poſtea verò has cruditates primæ ſecundæ, ac tertiæ differentiæ quantitate ſanguini probo ait nos ſemper comparare

4. De vict. rat. in m. a. t. 31 & 35. & 37 & 39.
Lib. de conſtit. Artis medicæ c. 19. & 6 epid. c. 4. com. 6. & 4. de tuen. ſan. c. 4.
Lib. 2. c. 39.
Lib. 1 ſ 4. doct. 5. c. 20.
Lib. Gal. attribu to.

De renum affectuũ dignotione & curatione c. 4.

4. De tuen. ſan. c. 4.

Ibidem.

Quotieſcũ in ſecunda regione pariter tum plethora tũ cacochymia fuerint æquabiliter morbi magnitudinẽ tam ſanguineã quã cacochymã imminentẽ vel incipientem, vel præſentẽ gignẽs, tũc prius vena ſecanda poſtea vero purgandũ.

Emolumẽta ex hoc remedio rite adminiſtrato.

Iacturæ quæ fierent, ſi tũc prius purgaretur.

debere, inquiens. *Inspicere verò, & quantitatem conueniet, vt verbi gratia, si bonus sanguis exiguus sit, reliquus verò succus plurimus, vtique in his abstinendum à sanguinis detractione est: sanguis verò copiosus, audacter incidenda vena est:* tamen in methodo præseruatiua, nullaque morbi magnitudine sanguinea supposita, vt etiam in hoc libro c.1. iam dixi. Eamq; sanè ob causam nouem modos inuenio, quibus sanguini perfecto eas tres pituitæ cruditatis differentias coaptando, sanguinis missionem agendam, aut non agendam esse, perpendere possumus. Quandoquidem ponamus, vt hoc ✠ signum sanguis exactè perfectus sit. E.F.G. prima secunda, ac tertia differentia pituitæ crudæ sit. Quoties ergo æquabiliter copia peccarit tum ✠ tum G, tunc audacter sanguinem mittere poterimus: sin æquè verò multitudine tum ✠ tum F peccarit, ibi audacius: sicuti dum æqualiter quantitate tum ✠, tum E peccarit, tunc sanè audacissimè sanguis mittendus est, & copiosiùs: Si verò ✠ plurimus, & G. exiguus audacter, si ✠ plurimus, & F exiguus audacius, sicuti dum ✠ plurimus, & E exiguus audacissimè, sanguis mittendus est. At verò quoties ✠ exiguus, & G. plurimus, tunc nihil omninò. Sin ✠ exiguus, & F plurimus consideratè sanguis educendus. Quemadmodum si ✠ exiguus, & E plurimus, audacter tūc sanguis detrahendus. Post autem sanguinis eductionem vires vtique reficiendæ sunt *habita indicationis*, simulq; concoctionis *ratione*, Nam, vt ille autor ait. *Vnde cum sanguine multum è vitali spiritu excernitur: quo excreto, refrigescit totum corpus, & opera naturalia obeunt. Ea propter virtutem priùs refocillare oportet, deinde medicamentum purgans exhibere. Non oportet enim simul venam secare, & purgare. Verum prius sanguinem detrahere, deinde virtutem pulcherrimè refocillare, quoniam ipsa nos gubernat, & medicamentis auxiliatur: Medicamenta enim per se ipsa nihil efficiunt: ideòque corroboranda virtus est, vt natura purgamentis exhibitis vti possit, ceu instrumentis, atque quod decens est perficere.* Proinde Gal. ait. *Sanguis verò copiosus audacter incidenda vena est: Dein deijcere (vt dictum est) aluum oportet, ratione habita de abundantis succi copia, & specie.* Sed lenientia illico post venæ sectionem dare valemus non autem purgantia, nisi instauratis viribus.

Nouē sunt modi, quibus sanguis, in cruditatibus pituitosis rectè curandis, secundæ regionis, mittendus, aut non mittendus.

Post venę sectionem vires instaurandæ sunt.

Hipp. 4. de vict. rat. in m. a. 129. Li. Gal. attributo de remum di gnotione & medicatione c. 4.

4. De tuen. san. c. 4.

CAPVT XIX.

Cruditatum mordacium secundæ regionis sanguinis missio tangitur.

OMnes autem regulæ cap. præce. expositæ, pro secundæ cruditatum regionis copia pituitæ crudę sanguinis detractione rectè curanda; communes quidem quoque eiusdem regionis copiæ acrium, & mordacium succorum sanguinis missione tollendæ sunt. Vnde hic eas res dudum enarratas repetere mihi non est. Quippe tantum discrimen perpendere, quòd in acrium, mordaciūque copia adimēda, audacius, & copiosius sanguinem perpetuò vtiq; educere conueniit, quàm in pituitosarum copia curanda. Quandoquidem venę sectio copiæ pituitosarum curationē opitulatur, quatuor modis: Primo namq; modo meatus, & venę angustę obstructę adaperiuntur, humoresq; tenuantur, pręterea funduntur, fluxilesq; euaduntur ac deniq; natura onerata à pōdere illius copiæ sanguinis, grauantis exoneratur: Vnde validior reddita, aptior etiam est ad cruditates cōcoquendas: Non tamen venę sectione ventriculum eas pituitosas cruditates procreantem corrigimus; immo ventriculo frigido, refrigerando, nocemus: hinc cautè in ea venæ sectione agere deuincimur. At verò copiæ acrium, & mordacium, per adustionis modum genitorum curationē venę sectione iuuamus pręter emolumenta allata; quòd membrum quale hepar est eos acres, & mordaces progignes succos refrigerando corrigemus. Pręter quàm quòd etiam sanguis sua natura actu calidissimus, vt alibi iam ostensum est cruditatibus frigidis per cruditatis modum creatis coquendis valde conducit: sicuti biliosis amaris, perustis, coquendis nocet. Denique acres, cum eorum suauitatem penitus omiserint non amplius ad sanguinis nutrimēt alis naturam redigi valent, hinc educendi sunt ve mali, & vitiosi. Pituitosi verò, etsi eam partem suauitatis dulcē adhuc non habuerint, vt omnis crudi, tamen dum coquuntur eam acquirere possunt suauitatem dulcē, Ideò in optimum sanguinē transmigrare possunt; proinde ita educendi non sunt, sicuti mordaces: De his mordacibus autem humoribus secundæ regionis, sanguinis missione rectè curandis, agendo, artem Medicam illustrauit Gal. ita, *æstimandum est, cum sanguinisne copia, an etiam crudis humoribus, an per se solus consistat vitiosus humor* acer, aut mordax, *qui lassitudinē vlcerosam creat, Nā si enim sanguinis copia, aut vena incidenda, aut aliquid quod tantundē valet agendum, tantundem sanè possunt hæc, quibus hæmorrhoides sunt retentæ, si has emiseris: Si mulieri mēstrua consuetudo cessauit, hanc prouoces; si quibus horū nihil est, si malleolos scalpello incidas*, vt l.3. de mag. morb. sang. c.... dictū est. *Post hæc aluus eo medicamento deijcienda est, quod maximè accommodatum malo succo educendo sit*: collige hinc vt post sanguinis missionē illico nos posse solutiuū, humores acres, & mordaces tenuiores, euacuans præbere: postea alios crassos præparare, ad differentiā pituitosorum, qui crassi omnino sunt, hinc priùs præparandi, exinde educendi solutiuo pharmaco sunt.

In acrium cruditatū copia secundæ regionis rectè curanda audatius, copiosiusque sanguis educendus.

Venæ cubiti sectio. Hæmorrhoidū apertio. Venæ malleoli sectio. Post sanguinis missionē solutiuum medicamentū in acribus cruditatib. dandum sine vlgium instauratione.

4. De tuen. san. c. 4.

Idem li. de cur. rat. per san. mis. c. 7.

CAPVT

A

C A P V T X X.

Cruditatum ſecundæ regionis tum pituitoſarum, tumque acrium mordaciumue interna tum præparantia, tum flatus diſcutientia, chylificationemque infirmam à languido ventriculo factam, iuuantia præſidia ſtatuuntur.

Cap. 7. & c. 8. 4. De vic. rat. in m. a. t. 47. & 76. & alibi. 11. Meth. c. 3. & 8. met. c. 4. & lib. de curandi ratione per ſang. miſſ. c. 12. & alibi.



Ro iſtius verò ſecundæ cruditatum regionis pituita cruda præparanda, iiſdem præparantibus primæ regionis pituitæ crudæ adæquatiuis remedijs, antea allatis interius tum Hipp. tum Galenus vtebantur: Quandoquidem ijs in locis horum autorum patet, eos Autores pituitam crudam tum in prima, tum in ſecunda cruditatum regione conſtituiſſe, pro cuius adæquatione, & oximeli, & aquã mulſam hyſſopo, origano, iride compoſitam, & alia narrata quoque remedia præbuiſſe, ijs modis, regulis, conditionibuſque explanatis. Vnde hic ea repetere non conuenit. (Interna præparantia cruditates pituitoſas ſecundæ regionis.) (Quæ nam ſint hæc præparantia.)

B Vide c. 13. ante. Vlteriùs idem de pipere, zingibere, diaſpolitico, & diatriapipereo, quæ hypochondriorum, turgentium, ac inflatorum flatus diſcutientia ſunt, ſimulque caloris naturalis, tum pituitam crudã, tum chylificationem languidè coquentis auxiliatiua habentur, putandum eſſe reor. Vnde Gal. ait. *Suaſimus ijs, quibus in primis venis maximè crudi ſucci congeſta copia eſt ſimplici diatrion pipereõ medicamento vti: Ergo ſi non modò in his, ſed etiam in omnibus venis ſit, ſuperque in ipſa carne in principio curationis ipſo diatriopipereo vtendum.* Actium verò, ſeu mordacium ſuccorum ſecundæ cruditatum regionis præparatiua, ne dum generica, at verò quoque ſpecifica eſſe tenentur, pro ve bili amaræ præparandæ calidæ, vſtæ, & craſſæ magis, & minus præparantia frigida, tenuantiaq; & detergentia proportionata conducere poſſunt: Atque prout atræ bili acidæ, & melancholiæ adæquandæ præſidia magis, & minus calida, tenuantia, detergentiaque congrua ſunt. Præterea etiam ſemper perſpecto, vt alterantia ipſa ſua propria vi illam partem cruditatibus refertam reſpiciant, vt ex his Galeni verbis eſt elicere. *Nam quale medicamentum* roborans, ſimulque præparans iecinori eſt *abſinthium, tale eſt lieni capparis cortex: Quale rurſus iecinori quod vocant eupatorium* nos autem agrimonium appellamus hic Venetijs *tale eſt lieni ſcolopendrium* nempe Aſplenium, ſeu cettach: vt præparans: *ſi quidem ſimilia genere medicamenta ambo viſcera poſtulant.* Sic (Digerentia interna & caloris innatum debilem fouentia.) (4. De tuen. ſan. c. 9.) (13. Meth. c. 17.)

C vtique cæteræ partes ſimilia medicamenta exoptant, vt caput betonicam, oculus Eufragiam, & ita cæteræ partes flagitant. *Cæterum tanto valentiora lienis, quanto craſſiore vtitur alimento.* Particulariter autem hic omnia iſthæc præſidia connumerare mihi non licet, cum ijſdem remedijs ſcriptorum Autorum libri pleni ſint: & quoniam meum in hoc opere tantùm eſt, hercle mirabilem Hippocratis, & Galeni de cruditatibus rectè curandis, reſpectu regionũ potiſſimum, doctrinam, certam penituſque infallibilem tradere, ideo ſuperuacanea relinquam.

C A P V T X X I.

Secundæ regionis cruditatum tam pituitoſarum quàm mordacium extrinſeca, tum detergentia, tum vias relaxantia, ſimulque calidi innati languidè coquentis iuuatiua præſidia commemorantur.

D Cap. 9. & 10. & 11.



Mnia verò, quæ antea de viarum, & humorum crudorum externis tum detergentibus, tum relaxantibus, tum denique calidi innati imbecillis; languidè coquentis, iuuatiuis præſidijs iam demonſtrata fuerunt in prima cruditatum regione, optima quoque ad ſecundam cruditatum regionem eſſe introſpiciuntur: Ne in hoc opere toto vitæ meæ decurſu moram faciam: Vnde ad ea tria capita confugiendum eſt circa has intentiones, executioni mandandas, nempe ad c. 9. & 10. & 11.

A

CAPVT XXII.

Cruditatum tam pituitosarum, quàm mordacium iam præparatarum secundæ regionis purgatio, molienda statuitur.

HVmoribus autem iam ab arte præparatis, à naturaque concoctis pharmaco vtique specifica qualitate succis educendis proportione respondente aluina purgatione excernendi sunt vel confestim, vel paulatim, aut paucis vicibus, seu pluribus euacuentur, perpetuò non humorum superuacantium educendorum quantitate vacuanda. Verùm tantùm virium robore copiam succorum detrahendam permittente perpenso Hippocratis decreto. Sinus etenim venarum aluina purgatione potissimum à cruditatibus liberatur: quanuis etiam eadem ventris inferioris subductione cruditates tertiæ cruditatum regionis quadantenus vacuentur, vt iam dixi lib.4.c.14.& vt clarius videbis in hoc lib.6.c.25.cum Hippoc. dixerit. *Pars verò cruditatum ex carne per medicamenta, & potiones diffunditur*. Verùm, vt iam lib.3.ostensum est, excrementa venosi generis tum per vrinam, tum per sudores euacuari posse liquet. Eamque sanè ob causam expurgato venarum sinu aluina expurgatione, quoad nostrum posse; si aliquod excrementorum residuum supersit, quod natura, aut per vrinam, aut per sudorem reijcere vergat, tunc optimum erit seu diureticis, aut diaphoreticis id expellere, ac naturæ inclinantem excretionem iuuare.

2.Aph.3.& 23.

B

2.De morbis p.148.

Excrementa secundæ regionis vltra quod per aluum primo educenda, etiã per vrinam & sudorẽ vacuantur.

CAPVT XXIII.

Iecinoris nimis calidi, ac ignei succos acres, mordaces, vitiatosque gignentis refrigeratiua roboratiuaque præsidia tam interna, quàm externa tanguntur.

EXpurgato autem toto venarum sinu; tunc vtique ne amplius illi vitiosi humores mordaces iterum ab hepate calidiori procreentur, remedijs æquè tum interiùs assumptis, tum hepatis regioni exteriùs admotis, iecur ipsum refrigerare, simulque roborare cogimur. Intro itaque præbendo primo à leuiori presidio exordiri soleo, quod præter quam hepar tum refrigerare, tum adstringendo roborare valet, iecur quoque ab obstructionibus liberum facere potest: quarum trium facultatum cichorei succus vtique depuratus, & endiuiæ, seris græcè appellatæ, est. Quorum Galenum meminisse inuenio, his verbis. *Cichorei itaque, & seris. Facultas horum olerum subfrigida est, & subamara, ac moderatè adstringens, & propter has qualitates optima pharmaca calidis intemperaturis ipsius hepatis existunt. Vltra hoc enim quod moderatè refrigerant, amplius, & robur visceri addunt per adstrictoriam facultatem. Insuperque commissuras osculorum venarum in sima parte visceris ad eas, quæ in gibba sunt extergent, &c. Vtilis autem non solùm succus ipsorum est, tum recens, tum exsiccatus, sed & olera exsiccata, tusaque, ac trita, potui inspersa, & eorum decoctum in potu acceptum auxiliatur*; vt enim subamara detergunt: vt verò subacerba secundò adstringunt, ac adstringendo roborant, sua verò facultate subfrigida sunt. Ideò *neque frigidas intemperies magnopere lædunt, quemadmodum, quæ frigidam humiditatem absque adstrictione, aut amaritudine possident, facere solent*. Aliqui verò succi cichorei aquam stillaticiam propinant. Vlteriùs serum caprinum optimum est, non autem ad lib.1.epotum, immo ad lib.3.acceptum, præsertim macris corporibus datum, si ventriculi robur talem ipsius seri quantitatem ferre potuerit. Sin serum lactis Asinini haberi possit, satius adhuc etiam erit. At verò his remedijs non sufficientibus tempore æstiuo præsente, ægrique conditionibus requirentibus existentibus ad aquæ frigidæ thermalis potionem deueniendum, seu aquæ B. Virginis patauinæ potio sit, siue aquæ villensis in Lucẽsi agro inuentæ, aut aquæ calderianæ, in agro Veronensi residentis, potio sit. Nam & facultate refrigeratiua, alijsque virtutibus seorsum hæ aquæ differunt, vt ait Fallopius: Vnde istarum aquam, quę herclè ægrotanti magis coarctetur, præbere poteris omnibus conditionibus, ad harum quoque aquarum assumptionem requisitis, à Fallopioque rememoratis, perspectis. Cæterùm si ne dum hepar, at verò totum corpus caliditate intemperatum sit, tunc etiam aquæ dulcis balnea cõgruissima erunt, maximè si emaciatum corpus fuerit, & lactis exhibitione, vt Gal. ait. Exterius verò pro hepate iusto calidiori refrigerando, simulque roborando hoc vnguento vtor Recip. succi cichorei, & hepaticę densati, succi iunci densati, lactucæ densati vnguenti sandalini an. vnc.5. succi semper viui densati, succi absinthij densati an. drac.2. cãphorę, drac.1. aceti vnc.15. M.f. vnguẽtum.

C

Refrigerantia vnà & roborantia iecur plus iusto calidum.

8.De com.med. 5.loc.c.8.

Cichorei tres facultates ad hoc efficiendum.

D

Aquæ B. Virginis. aut villẽsis. seu calderianæ potio.

Fallopius. Cap.18. Cap.27. Cap.24.

Balnea aquæ dulcis

Et lactis asinini exhibitio.

Vnguentũ pro hepate refrigerando.

7 Meth.c.6.

A tum. Ex ijs autem ſuccis recentibus vnguento ſandalino, camphora, & aceto eadem proportione, epithema componi poteſt, huic noſtro inſtituto deſeruiens. Sin validius extrinſecum remedium ad manum haberi optaueris, maiorem ſucci hepaticæ, lactucæ, & ſemperuiui portionem addere poteris; perpetuò tamen hoc pondetato, ne vtpote nimia refrigeratione hepar ſuo calore, natura inſito, priuetur.

Epithemata ad idem.

CAPVT XXIV.

Secundæ regionis cruditatum tam pituitoſarum, quàm mordacium, rectè curandarum victus ratio molienda explanatur.



I autem pro ſecundæ cruditatum regionis pituita cruda, & copioſa curanda victus rationem exoptaueris, eandem quidem capere deninceris, quæ pro primæ quoque cruditatum regionis pituitoſis ſuccis crudis, & copioſis rectè curandis B antea Galeni ſententia iam conſtituta fuit. At verò ſi pituitoſorum non ſummè crudorum, immo ſemicrudorum tantùm, ſimulque acrium eodem tempore compoſitorum victus rationem quæſiueris eandem ſanè accipere debebis, quam Galenus quoque ad compoſitionem *ſemicrudorum ſuccorum in venoſo vaſorum genere* redundantium, & *mordacium in reliquo corpore toto copioſorum* redundantium rectè curandam conſtituit. Quæ vtique talis eſt. *Sicuti autem in primo die, ita etiam in ſecundo ſorbitionem, & minimam & ſimplicem illis exhibebimus: quippe large his apponere quibus auferri potius aliquid debeat, planè eſt contrarium. Sicuti rurſus omnino non nutrire, & faſtidia ſtomachi ereat, & eundem lædit, & vires labefactat, & malum ſuccum ad auget*: cum ab inedia ſanguis bilieſcat. *Ergo exiguum his dandum, ac potiſſimum, ſi fieri poteſt, ptiſanæ cremor ſimpliciter conditus: ſin aliter farrix eodem, quo ptiſana, modo præparatus, cum paulo aceti adiecto: præſertim ſi cruditatis abundantiam vel in venis, vel in toto corporis habitu ſubeſſe ſuſpicamur. Quippe ſi nihil prorſus aceti ſit alicæ admixti glutinoſior erit, quam vt propoſitis conducat: itaque obſtruet magis, quàm detergebit habitus, me atusque. Quod maximè petitur in craſſis, & glutinoſis ſuccis, cuiuſmodi pituitoſi ſunt. Ac boni ſucci far quidem ipſum eſt, & propterea eiuſmodi, qui à vitiorum ſi lentor eius corrigatur adiectis aceto, & porri modico non ſolum obſtruet, ſed etiam nutriet plenius quàm propoſitis ſit ex vſu.* Hac itaque de cauſa ptiſanæ cremor in hoc caſu tutior C *eſt, vt qui tum modicè nutriat, tum nuſquam per anguſtos meatus hæreat; Sed & permeet ipſe, & meatus per totum detergat, & quicquid in ſemicoctis, crudisue ſuccus continetur craſſi id diſſecet, ac reſoluat.* His autem ſorbitionibus explanatis, quas in principio vniuerſali exhibere debemus. Subinde alia cum alterantia, quæ ſæpe etiam vt alimenta incidentia, tenuantia, alnumq; mirè ſubducentia ſunt adminiſtranda peculiariter vbi pulſus paruus tardus, ac rarus fuerit, vt ex Galeni ipſius ſententia etiam antea diximus cap. 7. tum alia flatum diſcutientia; tumq; calidi innati languidè, coquentis inuatiua connumerat, inquiens. *Horum ipſorum gratia, & mulſa his idonea eſt, & oximeli, & apomeli, & piper & zingiber: poſtremò omnia, quæ citra vitioſi ſucci generationem humorem craſſum diſſecant, ſoluentque.* Poſtea verò in caralogum omnia alimenta, noſtro inſtituto præſenti inſeruientia, redigit, artem medicam his verbis illuſtrando. *Frugum nanq; maximè apta eſt ptiſana, oleum ſola lactuca, piſcium, qui ſaxatiles dicuntur, panis, qui & furno coctus, & fermentatus, & modicè purus eſt: Aues monticulæ*, inter quas Gal. 7 meth. c 6. perdices connumerat, *potio oximeli, mulſa, vinum tenue, & album*, tamen oximeli, & mulſa, poſt ptiſanæ cremoris acceptionem nunquam potanda ſunt, vt antea iam extendi ex Hp. 3. de vict. rat. in mor. ac. r. 22. immo ante, *& ſemel, quæ boni ſunt ſucci, eademq; detergent, nec glutinoſa ſunt, nec craſſum ſuccum efficiunt, nec valēter nutriāt.* Poſtmodum verò diuretica, & quæcunque alia, quæ in ſecunda regione reſident, in tertiam, & D quartam cruditatum regionem ferre poſſunt, damnat, inquiens. *Quæ verò vrinam cient, hoc caſu non probo.* Quæ nam talia ſint, quæ euitanda iam ex hactenus antea demonſtratis patent Cappares autem in noſtro caſu ex oximelite, oleo, & paſſulis conditi, optimi ſunt: potiſſimumq; lieni indurato ita plurimum conducunt. Quemadmodum ad hepar roborandum, & ſuccos in ipſius vijs infarctos purgandos piſtacia vtiliſſima inueniuntur: licèt autem *obſtructiones maximè iecoris liberet* tamen *etiam thoracis, pulmoniſq;* obſtructiones piſtacium adimit. Verùm in Hip. inuenio in hydrope, hæc haberi. *Ptiſana ſuccum melle affuſo coctum ſorbeat, & pro obſonio galli carnes aſſas habeat, catulinis etiam coctis vtatur. Piſce verò galæo ac torpedine aſſatis*: quos piſces etiam febricitantibus præbebat. Vlterius in lienoſis ait. *Ex piſcibus verò ſcorpium, draconem, cuculum gobium craſſionimumq; eoſq; coctos, & frigidos exhibe.* Verùm aduerte Hipp. decem primis diebus in vniuerſis cruditatibus ſolis, ſorbitionibus vti ptiſanę ſucci melle mixti & vino albo aquoſo in hydrope. *Vbi verò dies decem præterierint, cibos puros aſſumat, & pro obſonio Galli carnes aſſas, &c.* tamen hoc noſtro æuo ita ægri curādi non ſunt cum natura debilioti ſint, quam Hippocratis tempore erant.

Marginalia (left): 4. De tuen. ſan. c. 4. — Ibidem. — Ibidem. — Ibidem. — Ibidem. — 4. De tuen. ſan. c. 6. — 21. Meth. c. 17. — 2. De alim. fac. c. 30. — 8. De ſim. med. fac. f. 18 F. — Lib de internis affectio. 568. — De internis aff. 567 566. 1 Foeſ. Ibidem 574.

Marginalia (right): Ad ſuccos ſemicrudos pituitoſos coquendos ſecundę cruditatum regionis victus ratio, & ad mordaces ſimul coquendos. — Acribus ſuccis nimis diæta ſa ſtorae gigolt. Sorbitiones. — Medicamenta alterantia quæ vt alimenta à Galeno præbebantur. — Alimentorū catalogus à Gal. aſſignatur. — Diuretica euitanda niſi tota prima & ſecunda regio optimè expurgata fuerit per aluū &c. — Ad pituitā crudam ſecundę regionis alimenta ab Hip. ſtatuta. — In vniuerſis cruditatibus Hipp. decē primis diebus ſola ſorbitione cremoris ptiſanæ melle mixta, & vino albo aquoſo vtebatur.

A

CAPVT XXV.

Tertiæ cruditatum regionis mordacium, seu non mordacium excrementorum copiæ binam vacuationem esse aluinam scilicet, & cutaneam. Primoque eos succos ad aluinam purgationem agendam præparari debere, demonstratur.

Tertiæ & quartæ regionis crudidatū curatio. Tertia regio curatus euacuatione aluina ac diaphotetica. Succi in carne lateris, pulmonis expectorantibus educūtur.



Ertiæ autem vnà, & quartæ humani corporis cruditatum regionis curationem ingredi enitar: Verùm quoniam tertiæ regionis excrementa cruda, & copiosa æquè tum aluina, tum diaphotetica euacuatione educi possunt, vt antea quoque id exploratum habui: cum Hipp. asseuerarit de latere tumefacto, ac indurato in pleuritide, *Pars verò ex carne per medicamenta, & potiones diffunditur, & per calfactoria extrinsecus admota, adeò vt morbus per totum spargatur.* Subinde verò de pulmonis inflammatione, in quo *bilis, aut pituita copia inest. Huic confert potiones bibere, ex quibus pulmo humectatur, & expuit. Nisi enim expuat, & durior pulmo euadit, simulque arescit, & hominem perimit.* Hic enim Autor statuit eas cruditates in carne tum lateris, tum pulmonis medicamentis expectorantibus per sputamenta quadantenus vacuari posse: partiumq; diaphorectica, & cutanea insensibilique euacuatione distari posse. Cæterùm sicuti de thorace, & pulmone, quibus purgatio per sputamenta, commoda, familiarisque per viam proximam peragenda est: sic de toto corpore, ac de reliquis cunctis corporis partibus intelligendum esse liquet, tametsi de aluina expurgatione tantùm expressi, cum per eam partem quæcunque nostri corporis pars æqualiter euacuari possit à medicamentis solutiuis æqualiter attrahentibus: hinc aluina purgatio æqualis est omnibus partibus, cæteræ autem vacuationes inæquales sunt: sicuti etiam sanguinis missio inæqualis vacuatio reperitur, vt lib. 3. de magn. morb. sang. iam Galeni sententia ostendi. Cæterùm hanc tertiam regionem deiectorijs expurgari posse pharmacis Galenum inuenio, clarè id asseuerantem, ita. *Vbi phlegmone premitur deiectorijs id medicamentis tum detergemus, tum lacessimus, quo dimittat, relaxetque superflua.* Quod autem & rationi, & experimento simul cruditates, in carne alicuius particulæ residentes, à solutiuo pharmaco extrahi posse consentaneum sit, experimento quotidiano tumores cuti infixos, à tali medicamento diminui patet. Quandoquidem ratio est, quòd solutiuum pharmacum sua virtute attrahente in toto venarum sinu, etiam angustissimo iam difusa, non modo à venis angustissimis, simulq; à porositatibus harum venarum angustissimarum cruditates ad alui regionem attrahere possit. Verùm etiam eas cruditates spatijs, meatibusùe, ijs extremis venulis angustissinis, propinquis inhęrescentes, primo ad eas extremas, & angustas venulas attrahendo; deinde ad alui regionem quoque attrahere valeat, ac denique facultatem expultricem sua acrimonia, & mordacitate irritando, vt causa instrumentalis dispositiua, vt hæ cruditates, quæ in carne reseratæ erant; per aluum expellantur. De secunda verò, ac diaphoretica insensibiliter facta vacuatione eo in loco alloquendo, vt vidisti, ait, *& per calfactoria extrinsecus admota*. Gal. quoque in hoc nostro casu inquit. *Vbi verò in extremis venis, & corporis habitu resedit, crudi sui ei copia, & concoquendum pariter, & per halitum resoluendum.* Primò itaque extrinsecis præparantibus, ea cruda tertiæ cruditatum regionis ad aluinam, seu ad aliam ijs crudis succis educendis accommodatam euacuationem moliendam disponere deuinemur, priùs tamen expurgata omninò tum prima, tum secunda cruditatum regione, tam à plethoria, quàm à cacochymia: postea ea excrementa iam disposita internis pharmacis educere; cum dixerit Galen. vbi totum corpus expurgare oporteat ad curationem affectuum alicuius partis particularis agēdam, ait, *vena sectione vtimur, & purgatione, & clysteribus, & inedia, vbi totum corpus apparuerit, aut multitudine humorum refertum, aut eorundem malitia vitiatum:* in oppositum autem *si neutrum horum adsit, statim ad curationem per localia remedia peruenimus*. Sed rarissimè contigit in corpore non peccare, nec plethoriam, nec cacochymiam, immo frequentius vtrumque redundat. Postmodum verò tum præparare, tum educere cutanea, per halitum, seu per diflationem insensibilem, euacuatione, cætera cruda tertiæ, & quartæ regionis tollenda sunt. Denique partem, quæ cruditatibus copiosis allatis laborauerat, ne denuo cruda recipiat, adstringendo, corroborare tenemur.

Lib. 2. c. 14. & in hoc li. 6. c. 11

B

Lib. 2. de morb. 448.

Tertia regio in parte interiori aluina purgatione curatur: sicuti in parte exteriori per cutim diaphoretica curatur.

In phlegmone id verificatur per aluum euacuari.

Experimēto id comprobatur.

11. Met. med. c. 15.

C

Ratione etiam idem confirmatur.

De alia etiā diaphoretica cutanea euacuatione idipsum cōfirmatur.

Hip. 2. de morb. 448.

4. De tuen. san. c. 9.

Succi per aluū educendi è carne, prius externis remedijs præparari debēt a tertia cruditatum regione tū cutanee, prius omnino tū prima regione tū secunda purgata.

D

6. De com. med. l. c. 5.

CAPVT

A

CAPVT XXVI.

Tertiæ cruditatum regionis crudorum ſuccorum tum mordacium, tum pituitoſarum externa præparantia ad aluinam purgationem moliendam eadem eſſe, quæ antea cap. 9. & 10. & 11. iam ſtatuta fuerunt.



Vm autem antea ijs tribus capitibus cuncta exteriùs admouenda, æquè tum detergentia, ante totius corporis expurgationem apponenda, tum viæ denſæ, obſtructę, ſimulque reſeratæ emollitiua, vnà, & relaxatiua, tumque denique calidi membris inſiti languidi, infirmiq; coquentis, calfactiua, auxiliatiua, cruditateſque maturantia iam vbertimè Galeni autoritatibus, rationibus, experimentis, ac exemplis explorata habuerim: hic vtique ſuperfluum eſſet eadem repetere, aut alia ijs ſimilia, ita perfecta addere. Vnde ad ea, quæ lib. 4. c. 11. 12. & 13. necnon c. 9. 10. & 11. libri ipſius confugiendum eſt.

B

CAPVT XXVII.

Tertiæ cruditatum regionis cruda copioſa per aluum euacuari poſſunt, ne dum ſolutiuis pharmacis ore, aut aluo interiùs aſſumptis: Verùm etiam cataplaſmatibus, & vnguentis exteriùs admouendis, quæ hic etiam ſtatuuntur.



Vmoribus iam diſpoſitis, vt quadantenus, tum ſolutiuo aliquo validiori pharmaco epoto, aut deuorato, aut enęmate acriori, valentiorique per ventrem inferiorem impoſito hi ſucci vitioſi educi poſſint, illico euacuandi ſunt. Quandoquidem, vt ait Gal. *Proinde vbi phlegmone*, duroùe, ſeu tenſo tumore *premitur deiectorijs id mēbrum medicamentis tum detergemus, tum laceſſimus, quo dimittat, relaxetque ſuperuacua: duplex ſanè eſt ratio eiuſmodi medicamentorum vſus. Cum partes ſuperiùs poſitæ, laborent per ea, quæ eduntur, ac bibuntur* expurgentur, *cum inferiores per id, quod ſit per clyſterem infuſum. Quandoquidem, quæ eduntur, ac bibuntur, eorum vis, antequam ad inferiores partes perueniat, reſoluitur, ea omninò ad ieiunum vſque aſcendere non poſſunt, immo etiam ſi admodum nitaris, fortaſſe tenue tantùm inteſtinum contingant.* Per vim enim tum vim attractoriam, tum irritantem ſolutiuorum Galenus intelligit: Vnde medicamenta purgantia, ore aſſumpta, quia circa ventriculum morantur, vbi etiam eorum facultas conſeruatur; licèt æqualiter à quacunq; parte attrahant ſuccos vitioſos, non tamen ſucci æqualiter cedunt vi attractorię, cùm magis cedant illi, qui prope medicamenta purgantia ſunt: Ideoque partes ſuperiores renibus plùs ſolutiuis ore acceptis expurgantur, quàm enęmatibus:, quoniam *à ſocietate cum vicinis partibus, quod idem cum ſitu eſt, illa capiuntur* euacuatio fit, vt etiam Hipp. primò inuenit, vbi ait. *Morbi autem per eam partem, cui maximè vicini eſſe ſolent, educendi.* Sicuti membra, renibus inferiora clyſteribus validioribus plùs expurgantur, quàm alio modo allato: Ideò Gal. pergendo ait. *Ergo illud quoque ex partium poſitura didicimus nempe inferioribus inteſtinorum aliquid eſſe per clyſterem infundendum ſuperioribus verò, atque etiam ipſi ventriculo lieni, & ſtomacho ſupernè aliquid exhibendū.* Ideoque iecinoris *caua per inferiorem ventrem*, & lien præſertim euacuatur, *in liene enim alteram* viam non eſſe liquet, qua expurgari poſſit. Præterea meſentereon, & ventriculus &c. caputque medicamento ſupernè aſſumpto purgatur. Ad renes itaq; expurgandos non minùs valent clyſteres valente virtute, quàm ſolutiua pharmaca ore capta valeant. At verò Aetius externa pharmaca ponit purgantia, quæ ſua mordacitate non ſolùm in partem, cui admouentur intro permeare valent, ſed etiam expultricem vim proritando, eam purgare poſſunt: Vnde & pro ventriculo, & meſenteteo, ventreq; inferiori hepate, liene, vtero, ac denique hemorhoidibus expurgandis iſthęc pręſidia Aetius compoſuit, quæ hic non ſunt fruſtra rememoranda, cum in Autore ipſo eorum compoſitiones haberi poſſint.

C — 23. Meth. c. 17.

Partes ſuperiores per pharmacia ſolutiua ore aſſumptis facilè purgantur ſicuti inferiores & enemata actiones.

Ratio.

Obiectioni opponitur.

Gal. ibidem.

Lib. de locis in homine p. 420.

Loco ſupra cit. 23. meth. c. 17.

D

Lib. 3. à c. 139. vſque ad caput 145.

Solutiua extrinſecè admouēda ab Aetio conſtituuntur.

*

CAPVT XXVIII. A

Tertiæ cruditatum regionis excrementa antequam per cutaneam diaphorecticam euacuationem educantur, post aluinam allatam purgationem primò topicis interniseuacuanda esse demonstratur, & quibus topicis, ab Aetio collectis, ostenditur.

Prius quàm cutanea diaphoreticis pars exterior tertię cruditatum regionis curetur. Pars interior huius regionis venularum extremarũ optimè purgari debet.

Ad hanc intentionem diatrio pipereon, petroseleno pauco admixtum conuenit vt abonquês, & præparans.

Cuiuscunq. partis euacuationis pars familiaris per quam faciliùs ea pars expurgatur.

Quę vacuatio topicalis, seu localis est per medicamenta topica internè adhibita.

ALuinam autem tertiæ cruditatum regionis vnioersalem quidem purgatiouem totius corporis esse, vnicuique perito Medico manifestum est. Quocirca oe, topicis exteriùs admotis attrahentibus, insensibiliterq; per halitum euacuãtibus excrementa, quæ in membrorum cauitatibus, ac venulis resident, & quę faciliùs valde iotemis iam assumptis remedijs, extrahi possunt extrahantur; ne dico excrementa ipsa ad alrum, & ad carnis, seu partium solidarum, porositates, vel cauernulas, seu spatia attrahantur: quia ita his attractis, infarctisque, non nisi longissimo temporis spatio succi hi adimerentur, hinc ait Gal. *Etenim nisi priùs, quod ex ipsis redundat, aut sanguinis missione, aut purgatione detraxerit, quispiam voluerit autem duntaxat fouere vsus calidioribus medicamentis illos discutere, plus sanè attrahet, quam per cutim euacuare*, ne ergo id sequatur, vtique priùs remedijs internis excrementa hæc vacuari conuenit. Ideo ad hanc rem agendam Gal. conscribit *ergo si non modò in his, sed etiam in omnibus venis sit, superq; in ipsa carne in principio curationis ipso diatriopipereo vtendum, sed cui admixtum petroseleni tantùm sit, quantum anisi, & thimi, & zingiberis*, vt ad aluum potiùs moueat. Interna autem topica tot sunt, quot etiam loca sunt, quæ vacuationibus topicis, seu particularibus alicuius membri particularis internè administratis familiaria, & commoda introspiciuntur, vt lib. 4. c. 14. dixi. Vt cerebri expurgatio quidem per palatum masticatorijs, & per nares, irhinis, nasipurgijsue præsidijs molita consequitur. Thoracis, pulmonisq; expectorantibus lambitiuis, & suffumigijs ore assumptis per sputa fit, licet interdum per venam sine pari azigos appellaram, & per venas mulgeotes, ac per vrinam hæ partes expurgentur: vt in pleuritide pluries vidi: ventriculi verò inanitio per vomitum. Mesenterei verò, caui hepatis, partisq; interioris lienis, quibus venę portæ propagines iosuot, per venas hęmorrhoidales inreriores à cacochymia vacuatio administratur. Renes verò, vasa vretera, spermaticaq; vesica, & hepatis gibba, diurecticis remedijs per vrinam expurgantur: Vterus verò per menses depuratur: *loca* verò vniuersa vniuersi corporis euacuationum *sunt intestina, venter, vesica, vterus, & cutis vniuersa*, & si hęc loca etiam alicuius visceris particularis purgationem respiciant. Remedia autem illhęc topica interna *quibus in qualitate, & quantitate, & modo vsus adhibitis euacuatio fit*, vt ait Gal. & qualitate, & quantitate, & modo vsus prębēda inuenire deuincimur. Cęterum cum iam iam Aetius topica omnia hęc interna, vbi *de localibus euacuationibus* verba sctiptis fecit, cõnumerauerit, eorum compositiones inscribendo: hic ponenda nõ sunt: sed si eas compositiones inspicere volueris, facilè eas in Aetij lib. 3. inuenies à c. 146. vsque ad c. 164.

B

6. Epid. com. 2. contex. 30.

4. De men. san. c. 9.

Gal. de arte par ua c. 89. & com. 3. aph. 32. & 4. aph. 2.

C

2. Aph. 21.

De arte parua c. 89.

Lib. 3. à c. 146. vsque ad c. 164.

CAPVT XXIX.

Tertiæ, & quartæ cruditatum regionis vniuersi corporis excrementorum euacuatio diaphorectica molienda explanatur: cum autem tres concoctionis modi sint, quorum duo illius vacuationis præparatiui habentur, alius verò euacuationis est. Hinc istius modi præparatiua præsidia promulgantur. D

Maturationis modi tres sunt. Primus et enim modus ad molle & humidum temperamentũ. Secundus est raritatis modus.

Tertio exhalationis modus est.

TRes autem concoctionis seo maturationis modos quidem esse Hippocratis sententia liquet. Vnus nanque modus ad molle, & humidum temperamentum deductio est: Vnde etiam fructibus maturescentibus is communis est, dum fructus acerbi, sicci, duriquę tanguntur, at verò maturi redditi molles, & humidi iam facti sunt, cum maturatio in calido, & humido constet. Alius verò modus corporis quidem raritas est. Tertius autem diflatio vrique, seu vaporum digestio', exhalatioùe, per halitum facta, cum exararit. *Morbi connutriti in senectute relinquunt, & per concoctionem*: alter verò codex ait *maturationem, & solutionem, & rarefactionem*. Primum enim modum Galenus dilucidat in commen. *iste quidem ex senecta proueniens temperatura* sicca,

4. Meteor. c. 4. et c. 2. vt antea c. 12 istius lib. etiam dixi.

6. Epid. c. 5. t. 6.

A ra ſicca, & dura *ſolutionis modus inter maturationes reponitur, maturatione ſcilicet omne ad mediocre temperamentum* humidum, & molle *adductionem ſignificante, vt in matureſcentibus fructibus conſpicitur*. De alio verò habet, Alterum *ſolutionis modum narrauit corporis raritatem à medicis conſulto effectam, à ſenili verò ætate rarò, cum labefactatis viribus, extenuato corporis habitu, & malè nutrita* ſicca, duraque *cute, laxiores meatus euaſerint*. Hinc cutis moderatè rara iam facta, moderatè quoque humida, molliſque cutis euaſit. Alium verò modum (Victore Trincauelio interprete) Galenus explanando, inquit. *Et alium ambiguè dictum, ſiue per ſolutionem eum intelligere oporteat: fit autem hic modus ex ipſius corporeæ ſubſtantiæ difflatione, quæ omnibus non modò animatis communis eſt: Verùm & rebus inanimatis*. His verò tribus modis ſtatuit, omnem cruditatum collectionem in aliquo membro conflatam, ſeu tenſionem, ſeu tumorem durum concoqui, ac per halitum diſſolui ſtatuit, inquiens. *Ita ſanè, & quidam à natura alieni tumores paulatim longiori tempore dilabente materia, diſſoluuntur*. At verò primus modus non quidem euacuationis modus eſt; immo tantùm excrementorum ad eorum euacuationem moliendam præparandi modus eſt, per modum concoctionis tenuationem, fluxilitatemque excrementorum efficientis: Nec etiam ſecundus euacuationis modus repetitur, quippè ſolùm meatuum, viarumque, per quas ea excrementa, quæ craſſa, & ſubſtantiæ aqueæ, ſimulque terreæ repe-

Ibidem.

Ibidem.

B tiebantur eſſe, mox autem illius concoctionis ope, in ſubſtantiam aeream vaporabilem iam conuerſa ea excrementa facillimè euacuari per halitum poſſunt. Quocirca duntaxat tertius modus euacuationis habetur: alij autem duo procul omni dubio præparationum: Cum in quacunque recta euacuatione illi duo modi præparationis requirantur: nec ſine illis duabus præparationibus ſimul iunctis vlla excretio rectè adminiſtrari valet: Vnde & materiæ educendæ, & viarum ſemper pro euacuatione, probè agenda, optima præparatio petitur. Oleum itaque pro digerendo humore, tum pro rarefaciendis meatibus, laxando, & molliendo, & ſeminibus abietis tuditer contuſis, & oleo maceratis ſpacio dierum ad minimum duorum menſium ad ſolem expoſitum Galenus ſtatuit, dum ait. *Nos verò ſæpe, & tres, & quatuor etiam multo plures menſes macerari permiſimus (ſic deinde ſemen abijciemus) humidum verò linteo percolamus*: oleum verò maturiſſimum eſſe debet, *cuiuſmodi in italia Sabinum eſt*: oleum autem amigdalarum dulcium optimum eſſet, niſi rancidiſſet: ergo oleum tenuius, ac maturius commune accipiendum eſt: cuius olei accipe lib. 3. reſinæ, abiectinæ verò vnc. 3. raſinæ pineæ vnc. 4. terebenthinæ vnc. 4. *coques verò* inquit Galenus *commodius hæc in vaſe duplici* à balneo Mariæ, *aut certè igni lento*. Id enim quoque *Medicamentum aptiſſimum eſt ad omnem laſſitudinem, ſeu ſponte ortam, ſeu alia quauis ratione contractam*, cui ceræ parum ad-

Oleum maturãs continens vires coquẽdi his tribus cunctis modis.

4. De tuen. ſan. c. 8.

C dere poteris, vt in vnguenti formam redigatur. Cæterum vt ait Galenus, ex floribus populi nigræ loco ſeminum abietis oleum conficiunt: *Nonnulli autem diu macerari tum flores populi nigræ tum ſemina* abietis *non ferentes, partim ea percoquere in oleo coguntur partim aquam inijcere vtique, qui cautiores ſunt, quo videlicet nec torreantur, quæ ſunt iniecta, nec oleum vſtionem odore referat: Porrò ſufficit tantillum aquæ admiſceri, quantum coquendo totum euaneſceret: is modus erit, ſi quadruplum, aut quintuplum ſit*. Verùm oleum re vera non ex bulitione, ſed maceratione confici debet. Aliud verò oleum quoque conſtituit. *Beta alba radix, cucurbita agreſtis, & althea, & vitis alba efficaciter euaporant, vbi ſuam ipſæ qualitatem, quæ in oleo aliquo* maturo, cui raſinam, tum abietinam, tum pineam, ac terebinthinam adijcere conuenit, cui parum ceræ ſi addideris vnguentum confieres, quo totius corporis omnes partes artuum laſſitudine etiam laborantes: & hypochondria tenſione affecta inungi poſſunt. Verùm hypochondrijs requiruntur adhuc validiora tum relaxantia, ſeu mollientia iam lib. 4. cap. 19. & maturantia quoque lib. 4. c. 13. ſtatuta, quæ & veſica ſemiplena, ſeu vtre, & fomentationibus, & vnctionibus, aut omẽto ſuillo, aut hircino, aut lana pecurina ſordida, nigra præſertim admoueri poſſunt, & ſtillicidij modo apponi valent: laxat autem opopanax & ſagapenum ſtyrax, Ammoniacũ, bdelium, chalbanũq́;

Ibidem.

Oleum aliud maturans.

Vnguentum.

Mod.⁹ quo pars cruditatibus affecta, vnctionibus fouenda ſit.

D vt lib 4. c. 11. & 13. iam oſtenſum eſt; Verùm inter ea ſanè, quæ materiam tenuare, viaſq́; denſas tumorum rarefacere queunt: nullum vtiq. efficacius præſidium eſt ipſis magnis, & ſiccis cucurbitulis, maxima ignis flamma applicatis. Vltra quòd vehementiſſimè foras materiã extrahunt citra manifeſtum calorem, vt ait Gal. Ait enim. *Quæ enim humectant calfaciuntq; pharmaca, præterea hæc, quæ omnes iam græcè vocare chalaſtica id eſt relaxantia ſolent, &c. In talibus ſanè nec cucurbitulæ vſus eſt inutilis: id etiam inſtrumentum ad violentum attractum à medicis excogitatum*, de quo præſidio iam fuſè lib. 4. c. 13. dixi. Cæterùm ſcias primum concoctionis modum, qui reuera eſt materię crudę concoctionis, vt ait Hip. *per calfactoria extrinſecus admota* fieri: Cui ſententiæ aſcribit Gal. his verbis. *Veruntamen humorum, cuti impactorum curatio prorſus fotu calidorum medicamentorum perficitur*, calida autem, ſimulque humida, ac mollientia eſſe debent medicamenta, huic modo primo concoctionis deſeruientia, neceſſario eſſe tenentur. Attamen his etiam calida, & ſicca commiſcenda, quæ ſanè cauſa ſint euacuationis per euaporationem halituoſam cum enim tumor, aut fructus durus mollis fit, à calore, & humiditate concoquitur tunc exhalatio aliqua ſiccitatis calidæ auxilio molita requiritur, alioquin mollis non fieret: Ideò in maturantibus non ſolum calida, & humida, ſed etiam aliqua calida, & ſicca lib. 4. capite 13.

Cucurbitula ſicca præſtantiſſima ad idem extrahẽdo, & euacuando.

13. Meth. c. 6.

4. Meth. c. 7.

Relaxantia græcè chalaſtica dicuntur quæ calida, & humida ſunt.

3. De morbis p. 448.

6. Epid. c. 2. tex. 30.

Maturãtib. per ſe calidis & humidis ſemper maturantia per accidens comiſcenda ſunt, quę extrahunt ac euacuant.

Maturantib. per se in primo modo concoctionis vtuntur maturātia vero per accidens in tertio modo coctionis conueniunt: omnia vero in secūdo modo.

Pauca tamen sicca admiscenda sunt ne duri tumores lapidescant.

Discrimē inter primum, & secundum modū maturationis.

posita sunt, vt huic instituto deseruiant, quæ calida, & sicca vtique tertio concoctionis modo agendo competunt. Præterea perpende secundum concoctionis modum, qui à corporum rarefactione per relaxantia peragendus, est quia *vbi phlegmone premitur deiectorijs id medicamentis tum detergemus, tum lacessimus, quo dimittat, relaxetque superflua*, quæ relaxantia, ceu chalastica humectant, & calfaciunt: nihilominus si calida, & sicca etiam his relaxantibus commixta fuerint, ad euaeuandum, bonum erit, pauca tamen in quantitate, vt longè magis relaxatio, & humectatio fit, quam exiccatio. Quandoquidem *laxare carnem, & mollem tactu reddere, quid aliud est, quam soluere, quæ colligata, & coacta fuere.* Ergo tum in primo modo, qui est molliendi duritiem, tum in secundo modo, qui relaxandi est tensionem: tertius quoque modus, subdominans tamen, simul esse debet: Differentia verò inter primum, & secundum modum est, vt primo modo primum intentum est concoquere moderatè calfaciendo principaliter, secundario verò humectare, ac duritiem mollire: in secundo verò modo prima intentio est rarefacere humectando, relaxandoq; tēsionē mollire secunda verò est calfaciendo maturare: in vtroq; autem modo tertia intentio simul quoq; iuncta est digerendo, vt per euaporationem halituosam insensibiliter euacuetur, quæ euacuatio halituosa necessaria est secūdaria tum primo, tū secundo concoctionis modo rectè, & optimè administrando. Vnde in primo modo remedia magis calida, quàm humida esse debent: in secundo verò è contra magis humida, quàm calida. Vnde in secundo modo minor euacuatio fit, quàm in primo modo: sicuti per oppositum in hoc secundo modo maior cutis ad altum subleuatio, aut prominentia fit, quàm in primo modo. In his autem duobus modis, pauca est euacuatio: sicuti in tertio modo magna est exhalatio, & extractio: Quocirca cucurbitulæ, ac cætera talia calida, & sicca extrahentia vacuant, & vacuando etiam tum molliunt, tum laxant per accidens.

A

13. Meth. c. 13.

2. De san. tuen. c. 3.

B

C A P V T XXX.

Tertiæ, & quartæ cruditatum regionis vniuersi corporis excrementorum, & viarum ad cutaneam euacuationem agendam præparatiua remedia alia tum externa, tum interna promulgantur; simulque alimenta: Vnde diachalaminthes à Galeno descripta ad hanc intentionem, exploratur.

C

Euacuationis cutaneæ insensibilis cruditatum tertiæ & quartę regionis diaphoreticæ præparatiua tū interna tum externa.

CÆterùm hactenus tertiæ, & quartę regionis cruditatum per cutaneam, simulq; insensibilem, & halituosam diflationem euacuandarum externa, & vltima præparatiua præsidia, cum posita fuerint; iure meritò nunc eiusdem euacuationis administrandæ dispositiua quidem alia extrinseca alia internaque remedia, à Galeno inuenta, rememorare decet. Galenus itaque præparantibus primæ cruditates regionis adæquatiua interna pharmaca tertiæ, & quartæ regionis excrementa comparando suamque doctrinam vnà magis patefaciendo, inquit *Esto igitur crudi succi copia in solidis animalis partibus, non in venis, cui accedat vlcerosæ lassitudinis in his ipsis affectus. Sicuti igitur in quorum venis, & præcipuè in primis crudorum copia erat, his esse à calidis,* nec non à diureticis, diaphoreticisq; internis, & à frictionibus, & balneo in tertiam, & quartā cruditatum regionem cruditates ferentes *cauendum, ne eiusmodi succi in habitum corporis pertraherentur: Ita nunc* in tertia, & quarta cruditatum regione cruditatibus redundante; prima verò, & secunda regione à cruditatibus penitus immune *id temere non oportet. Ergo danda his sunt, quæ vel ad cutim vsque calorem suum transmittant*: Subinde verò à frictionibus concoquentibus, hinc etiam tum succos prauos fluxiles reddentibus, tumque vias rarefacientibus ordiendo, ait, *fricandumque largiter oleo iam capite præcedenti constituto, quod relaxandi vim habet, ac potissimum mane, quam surgunt à somno. Nam ea frictio simul concoquit crudum succum, simul corpoream molem animantis nutrit* pro vt porositates aperiendo excrementa resoluendo nouum, & prob in alimentum attrahere, & retinere possunt partes alendę. *Quiescendum verò post hæc diu est, si quidem probè sint cessura sanè multo euidentius efficiant, cuius gratia fiunt.* Ne autem cruditates in prima regione redundantes, quæ ad tertiam regionem à frictionibus attrahi possent: ait. *Si homo exiguum cibum pridie sumpserit, nec aliud à cœna bibat, quàm vinum, quod fuluum sit, ac tenue. Nec verò illico exercitandum assiduè, & vehementer est, necubi imprudentes crudo adhuc succo nutriri corpus cogamus. Vtilius itaque fuerit manè largiùs fricare, & post id diu quiescere, ac modicè inambulare, tum denuo multa vti frictione, & balneo modicè calido.* Balneum nanque calidum actu post multas frictiones, duobus temporibus vnico mane administratas, validissimum remedium, æquè his omnibus allatis concoctionis modis conducens apparet, quoties in toto corporis habitu; tertiæ, & quartæ cruditatum regionis sint cruditates copiosæ vt in lassitudinibus

4. De tuen. san. c. 7.

Ibidem.

Ibidem.

D

Ibidem.

Ibidem.

Diuretica, & diaphoretica interna tunc præbenda.

Frictiones ex oleo capite præcedenti statuto agendæ sunt.

Modus, ordo, ac tempus frictionum agendarum.

Balneum.

A bus vlcetoſis, aut extenſiuis contingit; Cuius autem aquæ balneum id confici debeat, mox nos docet, vt infra videbis. At quoniam poſt frictiones eas, & poſt balneum patientes noſtri nutriri debent: Idcirco illico, quos cibos aſſumere habeant, ponit, aiens. *Præterea alimentis, quæ & boni ſucci ſint, & minimè glutinoſa eorum materia ſupra iam dicta eſt*. nempe cap. 4. lib. 4. de tuend. ſanit. *vbi ptiſanam ad talia laudaui, & piſces ſaxatiles, & aues monticulæ apti cibi ſunt, & qui attenuant, de quibus ſcripſimus vno libro*. De attenuante vict. rat. conſcripto. Cæterum quia Gal. cap. 7. libro 4. de tuend. ſan. *De vlceroſo affectu, cui cruditas in extremo corporis habitu ſit coniuncta: Ac de parando medicamento*. *Diacalaminthes* agere intendit, vt in illius capitis inſcripto eſt videre. Quod vtique ceu medicamentum intro aſſumptum, diaphoreticum omnes hos tres concoctionis modos narratos producendi vim continens ibi conſcribere incipiendo, inquit. *Nec eſt, quod verearis, ne calorem vehementer accendas. Quinimmo medicamen quod diacalaminthem vocant, audacter dabis*. Quandoquidem *nunc* cum in prima, & ſecunda cruditatum regione crudorum copia non ſit: ideo medicamentum *id* dandum *timere non oportet*. Si nanque Galenus ad elephanciaſim curandam ex atra bile in carne, & cute reſidente obortam, primo *miſſo ſanguine, vtraque bile detracta, viperis in olla anguillarum in modum præparatis*, vt diaphoretico remedio datis *euaporato per entem affectu* plures homines ſanatos penitus inſpexerit, quod medicamentum veneficum videtur: ergo longè tutius, audaciùsque diacalaminthem præbere valemus, tanquam præſidium cæterorum cunctorum medicaminum, optimum, efficaciſſimumque intro aſſumptum diaphoreticum: Cui vtique ne dum vim continet craſſas cruditates, glutinoſas, ac lentas, tum in carnoſa ſpecie, tum in partibus ſolidis, coacervatas, vehementerque infixas, tenuandi, incidendi, fluxileſque reddendi, ſimulque poroſitates, & meatus rarefaciendi: Verùm etiam eaſdem cruditates, iam tenuatas, inciſas, fluxileſque factas, diſſoluere, ac per euaporationem halituoſam vacuare valet; cum Galenus aſſeuerarit. *Verùm ad ea, quæ nunc agimus omnium, quæ mihi cognita ſunt optimum medicamentum eſt diacalaminthes: Nam craſſa, lentaque attenuat, & per halitum educit, & vrinam mouet, & mulieribus menſes*. Cuius compoſitionem ita conſcribit. *Eſt verò compoſitio eius huiuſmodi: Accipe calaminthes, & pulegij, & petroſeleni, & ſeſeleos, cuiuſque vntias duas: ſeminis apij cacuminum thymi vtriuſque vntias quatuor. Ad hæc libyſtici vntias 16. piperis verò octo, & quadraginta*. Cæterum vt medicamentum id à ventriculo vſque ad cutim elabi valeat, ait. *Hæc omnia ſimul tundenda, cribrandaque ſunt tenui cribro*, vt in tenuiſſimum, omninoque imperceptibilem redigatur puluerem, nempe ſine vlla aſperitate. *Quippe eiuſmodi medicamenta*, ita in tenuiſſimum reddita nimirum diuretica menſes cientia, ſimulque diaphoretica penitiùs permeando *in totum corporis habitum maximè digeruntur: Veluti è diuerſo craſſiora in ventre hærent*. Hinc iuſſit diaſpoleticum, diatrionpipereon, piper, ac zingiber rudiſſimè contundenda eſſe, cum ita craſſiora, *quæ in ventre hærent* ipſum ventrem inferiorem irritando ſoluunt, & vt *quæ anguſta venarum oſcula*, vt venarum meſeraicarum oſcula ſunt *ſubire nequeant. Quamobrem etiam medicamentum, quod diaſpoliticon vocant, craſſius facere ſoleo, quoties deijcere aluum per id ſtudeo*. Quod exemplo declarat ab experimento deſumpto. *Quidam verò id non intelligens, quum tenuiſſimum, minutiſſimumque inſtar pollinis feciſſet, vt aluo deijciendæ nihil contulit, ſed vrinam multam planè mouit. Ac huius quidem præcepti in omnium medicamentorum compoſitione meminiſſe expedit. Propoſitum verò in præſenti medicamentum omnia prorſus ſubtilia poſtulat, quo facilè in omnem corporis partem digerantur, ferantùrque*. Per *digeruntur* autem modum, quo diacalaminthes tenuet, ſudoremque moueat explanando, nos docet: Quandoquidem ſicuti diaſpoliticum rebus rudè contuſis conſtructũ ventri inhæreſcens, inibiq; cum digeratur à calore naturali actuatur ad ſecundum actum, qui operandi habetur. Vnde ex quo naturæ faculeas eo medicamento expultrix irritatur, ad excretionem aluinam mitè moliendam. Ita quidem diacalaminthæ ingredientia tenuiſſimè pertrita, venarum quidem oſcula facilè ingrediuntur, penitiùsque penetrando in omnem corporis partem, tum ſpeciei carnoſæ, tumque partium ſolidarum, & cutis etiam, cuticulaníque perforando, ibique digeruntur; quæ digeſtione à calido naturali actuantur: his verò actuatis ſuis officijs funguntur: hinc attenuant, incidunt, rarefaciunt, ac abſtergunt: hinc vrinam, & ſudorem ciendo ſenſibiliter ſuccos, iam tenuatos, euacuant, hinc inſenſibiliter quoque per halituoſam cutis perſpirationem eos iam in euaporabilem materiam conuerſos educunt humores.

B C D

Ibidem.

Hora, & cibi, quibus alendi patientes ſint.

Claſs. 5.43. F.

Diacalaminthes diaphoreticum pharmacum ad hanc intentionem exhibendum audacter à Gal. ponitur

11. De ſim. me. fac. c. 1. Idem 2. ad Glauc. c. 2.

Comparatio inter diacalaminthem: & viperas in carne diaphoreticam.

Diacalaminthæ facultates examinantur.

Ibidem.

Ibidem nempe 9. de med. ſan. c. 9.

Diacalaminthæ compoſitio à Galeno deſcripta.

❧

CAPVT

A

CAPVT XXXI.

Tertiæ, & quartæ cruditatum regionis vniuersi corporis materiæ vitiosæ euacuatio cutanea, tum diaphorectica, tum epispastica dilucidatur. In cuius rei gratia de modo, ac tempore diacalaminthæ præbendi, de alijsq; diaphorecticis, tum internis, tum externis euacuantibus: Vnde quoq; de defrictionibus, ac balneis administrandis agitur.

B

Ea quæ per cutim insensibiliter euacuãt vel extrahunt vel digerũt seu euaporant quæ ita vacuant extrahendo epispastica, quæ vero digerendo diaphorectica appellantur.

11. Meth.c.16.

6. De comp. me. per gen.c.13. Ibidem.

TErtium autem concoctionis modum, ex ijs tribus propositis, digestionem appellatum quidem, simulque euacuationem, seu exhalationem habemus cutaneam; quæ vt ait Gal. *per meatus insensibiles educit: hanc verò graecè Diaphoresin vocant latinè digestionem, euaporationemue*. Verùm enim verò duobus modis crudorum in tertia, & quarta cruditatum regione redundantium euacuatio consurgit, vel enim extrahendo, aut digerendo, seu euaporando. Euacuatio autem primo modo epispastica: secundo autem modo diaphoretica à Græcis appellatur, vt ex Gal. colligo exarante. *Qui compositorum medicaminum virtutes descripserunt: emplastra quædam ab extrahendo epispastica, sicuti alia à discutiendo diaphorectica nominarunt:* tametsi semper ambæ euacuationes simul coeant. Nam *alij vtranque extrahendi, & digerendi facultatem adesse testati sunt, etenim vicinæ sibi virtutes sunt eorum, quæ in alto latent attractrix, & attractorum digestrix. Nam quæ trahunt et nonnihil omnino discutiunt, & quæ discutiunt, pariter trahunt: Verùm in digerentibus medicamentis discussoria virtus* primario est, *in trahentibus attractrix præpollet: Discussoriæ* enim virtutes *ex ijs constantur, quæ attractum possunt suapte natura digerere:* nempe exhalare: attractoriæ autem facultates sua natura ea, quæ digeruntur extrahere. Proinde Gal. *Emplastra ad digerendum, & extrahendum* idonea constituit. Diaphorectica autem medicamenta (vt antea quoque dixi) calida, & sicca virtute constant: cum Gal. dixerit. *Quæ verò excalfaciunt, dum contentum incalescentibus corporibus humorem in vaporem dissoluunt. Quæ autem desiccant veluti, quæ vocantur diaphoretica, hoc est, per halitum digerentia,* discutientia, aut euaporantia, *& ipsa duplici ratione, aut humores ebibentia, cum poris quibusdam insunt,* fortassisque satius erat: si dixisset extrahentia serosas humiditates, quæ in porositatibus reperiuntur; extrahentia enim succos sensibiliter eosdem humores bibentia conspiciuntur, *aut totam alterantia partem* humores in vapores exhalabiles conuertendo. Præterea, ait Gal. 14 meth. cap. 7. *multa frictio, & balneum ex aquis digerentibus: sed acria medicamenta illita per halitum digerunt, omniaque vno verbo, quæ calfaciunt, & exsiccant* extrahunt, ac digerunt. Præterea diaphorectica tenuium partium sunt. At pharmaca epispastica, seu extrahentia, quæ intro data diaphoretica sunt, præter quam quod calida, & sicca facultate, tenuiumque partium sunt, etiam vtique vel amara, crassarumq; partium vel acria, & mordacia inueniuntur esse. Quorum medicaminum tum acrium, tum amarorum meminit Gal. Vbi mordacium aliqua vstlina esse ait, & crassæ substantiæ, calidæ, & siccæ omninò alia verò *acria non amara multam interim humiditatem admistam habent, tenuis essentiæ vrinam mouendi, sudorisque ciendi, incidendique, & digerendi per halitum* intro assumpta. At verò *non calidus modo, sed & siccus est omnis sapor amarus;* amara nanque crassæ substantiæ sunt, vt cinis, cum dicat *amari omnes non modò calidam, sed etiã siccam facultatem habent cineri adsimiles*, vt ait Aristo. lib. de sens. & sens. cap. 4. vt dixi lib. 1. c.... Hinc scilla, thapsia, vrtica, calamintha, & alia ijs similia, vt nitrum, costus, sinapis semen, euphorbium, alium, fermentum, centaureæ succus, sal armoniacum, & etiam ranunculus omnia isthæc, cum acria sint, extrahunt, vt cucurbitula, quæ vt ignita, & acris extrahit, & *si ea, quæ amara sunt, & deterguni, & meatus expurgant* extrinsecus admota, & frictionibus apposita; intrò verò accepta diaphorerica sunt, *& vrticæ semen non secus atque eruum, amigdalaque amara meatus expurgat. Ex eodem genere sunt scilla, & iris, & quæcunque alia vincentem in se qualitatem amaram possident: Siquidem nitrum ipsum per se, & aphronitrum, & spuma nitri, & seriphon, & abrotanũ, & id genus reliqua cum cibo, potuque assumpta, eandem vim obtinent*, nempe diaphorecticam, quæ tamen si exteriùs applicentur, nõ dum diaphorecticam vim, sed etiam epispasticam habebunt. Oleum autem vulpinum calidum, & humidum *potentiam habet, quæ in alto continentur corporis in extimam extrahendi*, non tamen principaliter, sed quatenus concoquendi, & molliendi, & *sedandi dolorem* continet exhalantur humores, in arthriticorum dolore, ideo hoc oleum, nec epispasticum, nec diaphoreticum est. Quocirca omnia tam diaphoretica, quam epispastica calida, &

Loco citato c.11. & c.14.

5. De sim. med. fac. cap. 5.

C

Diaphorectica remedia nempe per halitum digerentia euaporantiaue calida, & sicca tenuiũque partiũ esse.

Epispastica nempe extrahentia calida, sicca, tenuiũq; partium esse, ac mordacia.

Aliqua tamen epispastica sunt crassarum partium & amara hæc sunt.

Acria epispastica declarantur ac etiam amara epispastica.

Quæ nam sint.

Cucurbitula epispasticum remediũ vt acre est.

Ea quæ extrinsecũ epispastica sunt, intrinsecè vero assumpta diaphorectica habentur.

Obiectio tollitur.

Cõcluditur epispastica, & diaphoretica remedia, calida, & sicca esse.

4 De simp. me. facul.c.19.

Ibidem.

8. De sim. med. fac.c.13. & 6. de sim. med. fac.f. 48.F.

D

7. De sim. m. fac. c.11.

- De sim m. fa. fol.51.F.

7 Meth c.7.

8. De sim. m. fa. f.63 D.

6. De sim. m. fa. f.48 A.

Lib. Gal. Attrib. de virt. centau. fo.93.A.

8. De com. m. p gen.c.7.f.121.B

11. Meth.c.17. & de cucurb. 3.

5. De sim. m. f.c. 11.

11. De sim. me. fac.f.82.H.

A da, & ſicca vi ſunt. At verò, quæſo mihi libeat hic calaminthæ vires tam diaphoreticas, tum epiſpaſticas à Galeno in medium allatas rememorare. Nam *calamintha eſſentia eſt tenui, & calida, ſiccaque temperie ex tertio quodam modo ordine vtraque qualitate. Horum manifeſta ſunt indicia partim guſtu apparentia, partimque experientia cognita. Guſtu ſi quidem acris, & palam calida eſt, ac palam omninò amaritudinis obtinet. Periclitantibus autem, & corporis admouentibus extrinſecus impoſita primum quidem valde excalfacit, & mordicat, cutemq; exugit: poſtremò etiam vlcus efficit. In corpus autem intro aſſumpta, tum ipſa per ſeſe ſicca, tum etiam cum melicrato perſpicuè calfacit, & ſudores ciet: omneque corpus tum digerit, tum exſiccat. Ea ratione ducti quidam ipſam contra corporis concuſſionesque, rigoreſque per circuitum repetentes adhibuerunt, foris quidem oleo incocta toti corpori inungentes, cum frictione non ſegui: intro aſſumentes, ſicuti eſt dictum.* Quemadmodum capite præcedenti vidiſti. Cæterum modus, quo diacalamintha vti valemus duplex eſt: vel enim electuarij forma, vt alterante medicamento, ſimulque ſuccos, narratos, peccantes educente. Aut certè, vt condimento, ſalis loco cibum alterante, vt Galenus faſſus eſt, ita depromens *Miſcendum verò his ita præparatis,* in tenuiſſimum puluerem, nempe redactis, *eſt mel optimum, curioſè deſpumatum, licèt, & ſine admixto melle ſiccum medicamentum reponere, eoque ſalis vice ad obſonia præparari vti licet, & in ptiſana veluti acetum inijcere, vel in eiuſmodi aliquid propipe-*

7. De ſimp. me. f. c. 4.

Calamintha ſi extra admoueatur vim epiſpaſticam ſi intro ſumatur vero diaphoreticam habet.

Modus diacalaminthę dandę duplex.

4. De tuen. ſan. c. 7.

B *re.* Verùm, quo ad ordinem exhibendi, hoc medicamentum, vt ait Galenus, vbi ſucci crudi copioſi in *ipſa carne ſint in principio curationis ipſo diatrion pipereon* ſeu diaſpolitico *vtendum, ſed cui admixtum petroſeleni tantum ſit, quantum aniſi, & thymi, & zingiberis habebat:* vt priùs ſi quid horum ſuccorum fuerit, quod per aluum expurgari poſſit, educatur. *Poſt primum verò diem, magiſque etiam poſt ſecundum miſcendum eidem eſt aliquid diacalaminthes: mox verò partes æquè* tum diaſpolitici, tum diacalaminthes *miſcendæ: Procedente deinde tempore ipſius diacalaminthes plus addendum: ad extremum verò etiam ſolùm* diacalaminthes *exhibebitur* maximè, vbi in primis non modò *ſed etiam in omnibus venis* quoque aliquid crudorum ſubeſſe ſuſpicaueris. At verò pro diaphoretico ſolo diacalamintha, vbi dare volueris, ei aliquid liquidum propinandũ miſcere oportet, vel melicratum, vt ait Galenus, aut vinum aquæ mixtum, quo Hippocrates, ad rigores, horroreſuè adimendos vtebatur. Verùm in calidioribus corporibus, in aqua, vel ex herbis cichoraceis, vel ex ſero caprino ſtillatitio diacalaminthan præbere poteris. Quo verò ad quantitatem Galenus nihil dixit: Verùm ſuppoſuit diacalaminthæ quantitatem dandam, æqualem eſſe debere quantitati diaſpolitici, ab ipſo ſtatutæ, aſſumendæ. Tempus autem, quo, id præbere tenemur, vt medicamentum diaphoreticum à Galeno præſcribitur. *Porrò eius vſus*

4. De tuen. ſan. c. 9.

Ordo diacalaminthæ adhibendæ.

7 De ſimp. med. f. c. de calamintha.

7. Aph. 56.

Modus diacalaminthæ dandæ eſt vt cũ liquido vehiculo præbeatur.

4. De tuen. ſan. c. 7.

Quantitas diacalaminthæ exhibendæ

C *erit poſt matutinam frictionem, anteque exercitationem, & balneum.* Hic autem rememorandum eſt id, quod capite præcedenti, de frictionibus duplicibus, & balneo modicè calido adminiſtrandis ex Galeno diximus. Ratio enim cur priùs frictionibus vti cogamur mane, cum à ſomno patiens expergeſcat: deinde oleo laxante totum corpus vngendum; poſtea diacalaminthes dandum: ſubinde vero diu quieſcere modicèque deinde inambulare: mox plures frictiones iterare; denique cur balneo modice calido lauare deuincamur, eſt ſanè; quoniam pro tertiæ, & quartæ cruditatum excrementis ſuperuacuis craſſis, ac tenacibus tollendis, nulla quidem primæ, ſeu ſecundæ regioni cruditas ſubeſſe debet: immo viæ omnes à ventriculo ad tertiam, quartamque vſque cruditatum regionem adeò apertæ eſſe tenentur, vt diaphoreticum ore aſſumptum, à ventriculo ad cutim vſque liberè pertranſire valeat, inibique morando digeratur, digeſto autem, ac actuata ſua potentia, eius opus integrè efficiat. Hinc cęna præcedente diei elapſi exigua, potioque ea in cęna vinum fuluum tenue eſſe debet. Hinc frictiones concoquentes tertiæ, & quartæ regionis cruditates, præparanteſque eas ad eductionem agendam, ſimulque viarum præparatiuas rareſaciendo ſummo mane adminiſtrandæ veniunt. Dein diacalaminthem ſumere, diuque quieſcere conuenit, vt natura duntaxat ad medicamentum actuandum, ad medicamentique operationem iuuandam intenta ſit. Quod ſanè poſtea auxilio modicæ

Tempus diacalaminthæ præbendæ.

Nam dãda poſt matutinam frictionem.

Et poſt totius corporis laxantem vnctionem & ante exercitationem anteque alias frictiones, & ante balneũ.

D deambulationis, ſimulque vnctionis relaxantis, ac aperientis poſt frictiones ſtatim, anteque diacalaminthæ acceptionem admotæ beneficio faciliùs executioni mandari poteſt. Cæterùm eò, quia cruditates illæ craſſæ, glutinoſæ, ac lentæ, copia peccantes, carnis meatibus, cauernulis, ſpatijsùe anguſtiſſimis inhæreſcentes, nonniſi difficillime per cutim educi valent: hinc eodem tempore, quo diacalaminthes duabus horis aſſumpto pharmaco illo elapſis per halitum eas cruditates educere incipit, eodemque tempore denuo eas vias anguſtas, denſaſque aperire, & rarefacere par eſt: necnon eaſdem cruditates iterum tenuare, in vaporeſque halituoſos reddere æquum eſt; vt poſtea frictionibus multis ne dum laxantibus, & coquentibus, verùm etiam euacuantibus, eas cruditates iam in vapores exhalabiles conuerſas educere poſſimus: At verò eò quòd in optima maturatione ſuccis bus etiam matureſcentibus communi, humidum mollitiem gignens calido annexum eſſe debet, ne corpus etiam ſqualidum nimium carne tenuatum, conſumptumque euadat, ne fortaſſis quoque igneo temperamento vitæ humanæ deſtructiuo, calor tum membris inſitus, tum ſanguinis arteriarum, venarumque influens vnà cum corpore toto labefactetur: omnibus ergo his de cauſis, ſtatim poſt frictiones, balneo modicè calido, ne dum omnes eas frictionum vires ſtatutas obtinente: Verùm etiam cruditates molles reddente, ſimulque

Balneo modicè calido.

totum

totum corpus humectante, vnà & nimium calorē commoderante vti quidem debemus. Quandoquidem etsi plus ducant balnea calfacientia, & exficcantia aquæ marinæ salsæ, seu nitrosæ thermalis, aut sulfureæ; attamen cùm non humectent, nec etiam calorem imminuant in hoc nostro proposito, sicuti in biliosis humoribus educendis, nec etiam conueniunt, sicuti balnea aquæ dulcis actu modicè calidæ: ideo balnea calfacientia, & exficcantia damnanda. Hippocrates autem expurgato toto corpore in morbo regio inquit, *balneis purgato, & cucumeris agrestis radicem contusam, & in aquam concoctam balneo parato.* Si ergo maiorem crudorum euacuationem efficere volueris, hoc balneum conficere poteris. Præterea Hippocrates 5. epid. ægro. 9. ait leprosum. *Hic nullis remedijs iuuari potuit. In melum autem ad balnea calida profectus prurigine, & cutis crassitudine liberatus est, hydrope tamen perijt.* Sed tempus quo in prandio, ac cœna diacalaminthan exhibere liceat statuit Galenus, exarans. *Non modò autem ficcum ipsum medicamentum salis ritu in vario est vsu, sed etiam cum est admixtum, si quidem id quoque potest, cum aliquo cibo mixtum sumi.* Verùm hic aduerte, *Post cibum tamen nunquam nec hoc medicamentum, nec aliud vllum, quod ad distributionem vehementiorem facit, sumendum est*, tale nanque medicamentum, chylum priusquam in ventriculo probè concoctum sit, in hepar quidem, venasque secundas introferret: *Non enim distribui tunc, sed concoqui quæ sumpta cibo sunt est vtilius.* Quippe quòd, vt diu chylus in ventriculo coquendus moratur *exhiberi diatrionpipereon simplex; qum etiam ipsum piper; quod si qua fortasse maior necessitas inciderit* auxilio coquentis, simulque chylum in ventriculo retinentis in principio cibi dandum est, vt ait Galenus *etiam quod ex succo mali cytonei conficitur*, à Galeno descriptum sexto de tuenda sanitate capite 15. & in hoc libro capite 12. recensitum, post cibum etiam sumendum pro stomacho roborando. Sed vltra diacalaminthem omnia fere interna diaphoretica ex pluribus autoribus eruditissimus, & nunquam satis vllo encomio pro dignitate, & honore laudatus Hercules Saxonia, qui vnus ex meis Præceptoribus fuit, hunc in modum colligit. *Ad diaphoretica veniamus, sunt hæc medicamenta duplicia. Quædam enim valent siccatione, quædam autem existimantur alexipharmaca: quæ ficcatione valent sunt sulphur, oleum sulphuris ex ebalantho, trochisco viperini, decoctum, vel infusio viperarum, decoctum cardui benedicti scordei, quercus, & similium: Alexipharmaca verò quædam sunt communia venenis omnibus, quædam verò huius luis propria. Communia quidem sunt Theriaca, Mitridatum, aqua theriacales, quæ à Rondoletio, & Farnelio oppiata dicuntur. Decoctum iuniperi, Buxi, Ebeni. Propria verò sunt china salsa, lignum sanctum guaiacum.* At verò Iuniperi decoctum non ex radicibus quidem fieri debet, cùm radices veneficæ ex Dioscoride sint, sed ex folijs, seminibusùe: etsi Scaliger contra Cardanum asseueret, radicum iuniperis cortices veneficas vtique haudquaquam esse, sed veneficam eam partem radicis medullarem esse. Verum enim verò reliquorum omnium sanè præstantissima, simulque tutissima diaphoretica, ad regionum propositarum cruditates extirpandas, citra vllum calorem manifestum, citraque vllam acredinem, ac mordacitatem caloificam, spiritum prorsus acidum tantùm, tum chalcanthynum, tum sulphuris esse inuenio; quoniam spagirici chymica sua præparatione, ab eo spiritu oleum igneum, acre, & mordax omninò extrahunt, tam Quercerani, Libauij, & Crolij autoritate, & exemplis, quàm ratione; Cum acidi sint, nec non experimentis plurimis, à me exploratis, vt etiam libro hoc capite 8. iam dictum est. Cætera verò diaphoretica, ore sumenda, ignea hercle sunt, calida, & mordacia, acriaque, & non vndique tuta. At verò illi spiritus acidi, aceti hinc minerales vocati, si vt diaphoretica exhibeantur, vsque ad g. 20. sunt præbenda, vt efficaciter agant. Enacuantia autem emplastra, epispastica, & diaphoretica ad tumores duros adimendos tum gutturis, tum faciei, aurium, mammarum, cæterarumque corporis nostri partium ex Andromacho, ex Asclepiade, & Democrate, & à Galeno libro sexto de composi. medic. per gener. capite 13. 14. 15. 16. & 17. inuenies.

✠

Balnea aquarū calidarum & ficcantium vi confutantur.

Balneum tum diaphoreticū, tum epispasticū vim ab Hip positū, in morbo regio.

Tempus diacalaminthæ in prādio, & cœna prębendæ

Post cibum nunquam dāda diaphoretica nec diacalamintha.

Diaphoretica Interna à Saxonia recensita.

Inter Cardanū & Scaligerum controuersia de diaphoretica vi radicum iuniperis.

Inter diaphoretica interna, efficacissimus ac tutissimus è spiritus tū chalcātinus tum sulphuris est.

A 3. Ad Glauc. c. 4.

De loc. in hom. 414.

4. De tuen. san. c. 7.

B

Lib. de lue venerea c. 13.

Exercitation. 180. c. 19.

C

D

CAPVT

A

CAPVT XXXII.

Tumoris duri, ac ſcirrhoſi, ventriculi, Meſenterei, Hepatis, lienis, & vteri curatio inſtituitur.



Æterùm quoniam ſatis non eſt vniuerſi corporis tertiæ, & quartæ cruditatum regionis curationem, rectè adminiſtrandam ſcire etiam cuiuſcunque membri potiſſimum viſcerum, quæ abdomini inſunt, eandem curationem rectiſſimè mollendam vndique cognoſcere deuincimur. Quandoquidem ibi plures, variæque partes ſubſunt, quæ ſanè quatenus ſpongiformes introſpiciuntur, carne ſua propria molli, & vacuæ, ſpatioſæque ſimul, & meatibus, cauernuliſùe raræ, facillimè in ſe cruditates craſſas viſcidas, ac lentas, ſimulque frigidas, præſertim pitui-

B

5. De ſimp. me. fac. c. 9.

toſas, & melãcholicas recipere poſſunt ex quibus reſoluta parte ſeroſa, tumores duri, ac ſcirrhoſi confici ſolent. Eanque ſanè ob cauſam ſæpè noſtris ægris ventriculum, ſeu meſentereon, vel iecur, aut lien, vel mulieri vterum hoc tumore duro, ac ſcirrhoſo læſum eſſe intuemur. Quibus vtique tumoribus niſi egregia talis tumoris curatio conſtituatur, facilè certè patientes iſti perire ſolent. Hac itaque ratione impulſus ipſius tumoris harum partium exactam curationem cunctis remedijs munitam conſignare tentabo. Quocirca ſuppoſita, tam totius corporis, quàm membri particularis integra euacuatione penitus, penituſque interius iam adminiſtrata, eos tres quidem concoctionis modos ita ordine ſeorſum ſemper aſſequi tenemur ſicuti huc vſque declaraui. Primo nanque humidis, & modicè calidis relaxantibus, tenſionem adimere cogimur: poroſitates, & ſpacia carnis partis labefactatæ rare faciendo, ſimulque eodem tempore calidis primariò, & humidis ſecundariò mollientibus duritiem vnà, & ſuccos crudos concoquentibus eos humores in vapores halituoſos conuertendo. Et poſtea tertio ſicuti tum viæ, tum humores illi, ad diaphoreticam, ſimulque epiſpaſticam euacuationem præparata ſunt; ita quoque vapores illi, per halitum æquè tum digerendi, ſeu diſcutiendi, tumque vnà cum reliquis humoribus concoquendis, ſurſum attrahendis, extrahendi ſunt; hinc etiam educendi ve-

Ad tumores du ros expiendos tres modi sta tionis requiruntur.

C

2. Ad Glau. c. 4. & cap. 5. & 14. meth. c. 5.

2. De morb. mulier. p. 712.

niunt: Semper autem perpenſo, vt nos his tam viarum, quàm cruditatum præparatiuis longè magis, quàm diaphoreticis, & epiſpaſticis euacuatiuis ſtudere debeamus, tam vt curatio facilior reddatur, tumque ne durities ea lapideſcat, eò, quia tunc ille tumor incurabilis fieret. Ergo iure merito Hippocrates vult primò *ſi vteri tumore duro obdureſcerint* mulieres *copioſa calida lauato, & tepefactoria apponito*, nempe *in aqua calida deſideat*, vt ad ſecundinam detrahendam 1. de morb. Mulier. pagina 693. dixit: cum aqua calida relaxet, vt antea dictum eſt: Per *tepefactoria* autem, inferius quęnam intelligat, ait *à balneo verò, cerui adeps liquatus cum molli lana ſubactus apponatur*, & paulo inferiùs, ad idem, inquit *apponito cerui medullam, aut anſerinum adipem, aut ſuillum, & vnguentum irinum cum melle, aut oui luteum cum cera alba emollitum, & cataplaſmata imponito*, & hæc præparatiua multis diebus admouere tenemur: Deinde ex *decocto cucumaris agreſtis fomentum adhibeto*: euacuare cæterum, *deinde emollientia allata in ſubdititio apponito*: Quot autem diebus iterum præparare debeamus priuſquam euacuamus diſcutiendo, ac extrahendo, nos docet ita: *Idquè tribus diebus facito*: Subinde verò iterum euacuare cogimur, ait enim illico. *Tribus autem interpoſitis diebus cyclaminum cum narciſſino ſubdito*. Ecce Hippocratem conſtituiſſe præparationem ſuccorum per halitum euacuandorum, quæ horarum ſeptuaginta duo tempore fit; eductioni eorundem vaporum horarum duntaxat viginti qua-

Ibidem p. 712.

Pag. 731.

Ne tumores illi in curatione ab exiccantibus lapideſcant cauendum eſt.

Ad vteri durũ tumorẽ adimendum.

Recta curatio modo, ordine, ac tempore diſpoſita.

Quæ curatio cæteris cunctis ſatisfacit duris tumoribus aliarũ partium.

Tripla magis mollientib. præparare debemus quam ſiccis eua cuare.

D

tuor molitie deſeruire. Quocirca triplo magis præparare, quàm euacuare deuincimur. Ac ita viciſſim & præparare, & vacuare licet, donec omninò humor tollatur. Nam ait Hippocrates pergendo *pudendum aqua calida perluito, & in oleo* tenui matutiſſimo nequaquam veteri *inſidere facito*. *Poſtridie verò à balneo, cerui adeps liquatus cum molli lana ſubactus apponatur, & ſi tibi adhuc purgatione* diaphoretica, ſimulque epiſpaſtica *indigere videatur, tribus intermiſſis diebus ſupponito, quod cum narciſſino paratur* ideſt ciclaminis radix. *Deinde rurſus tribus intermiſſis diebus vteros odoratis, & pinguibus colluito*. *Poſtridie verò pulegium vno die ſubdito, & ſequenti die* iam tumore adempto pro vtero roborando *ex aromatis fomentum adhibeto*. Hanc autem curationem ex oleo, ex radice cucumeri ſylueſtris ab Hippocratis conſtituram laudauit Galenus, inquiens *oleo tamen principio curationis non aqua quotidie omninò laborantem particulam perfundo: eſto autem id oleum haudquaquam adſtringens, ſed planè tenuium partium cuiuſmodi ſabinum eſt*. *Incoquimus autem oleo interdum altheæ radicem* pro emolliendo, ac digerendo *ac ſylueſtris cucumeris* ad diſcutiendum. Vnde pro ſcirrho curando perfuſio, ſeu ſtillicidium aquæ laxantis ſordidæ lanæ pecurinæ Bizantij ab aqua ipſa latæ, commixtæ non conueniunt: immo tantùm olei laxantis. Cæterùm relaxantia tenſionem, ſimulque vias rarefacientia, & aperientia iam capite 10. nec non concoquentia capite 11. huius libri poſita fuerunt.

Ad vterum roborãdum tumo re cuſato.

14. Meth. c. 5.

Pro ſcirrho exſpiendo perfuſio & ſtillicidium olei, non autem aquæ lanatum.

Ac

A

11. De 5. sim. m. fac. c. 1. 2. Ad Glauc. c. 4. Et 14. meth. c. 4. 5. De simp. med. fac. c. 9.

Ad scirrhi cruditates vacuandas extrinseca diaphorectica, & epispastica pharmaca.

At verò scirrhosis tumoribus tum laxandis, tum quidem coquendis, adeps tum leoninus, tum taurinus aptissimus est, cum calidiores sint; leoninus tamen taurino quoque calidior, ac isti adipes magis concoquunt, quàm relaxent, sicuti Suillus, & ceruinus, anatinus, bubulinus, anserinus, galinaceus, hircinus, & caprinus, è contra magis relaxant, quàm maturent. Sed scirrhosis tumoribus humores medicamenta euacuantia discutiendo, simulque extrahendo sunt radix cucumeri agrestis, ciclaminis, bryoniæ maris, eleborus niger, struthium nempe herba lanaria, seu radicula appellata, & herba regina rhabacum etiam vocata, & semen ricinæ, seu Keruæ. Insuper stercus bubulum, de quo ait Gal. *Estque & ipsum facultatis exsiccatoriæ, verum attractoriam etiam obtinet*, vbi ait *Medicus quidam medicamentorum peritus in Mysa, quæ in Hellesponto est ad tumores omnes scirrhosos ex aceto in cataplasmatibus formam compositum illinens*. Verùm ego hoc pharmacum non ab illo Medico Myse, vt existimauit Galenus inuentum fuisse inuenio, immo ab Hippocrate quingenta circiter annorum spatio, antequam Medicus ille Mysæ natus fuerit, tale nanque pharmacum in vteri tumore, simulque, *cum stranguria prabeuderit, &c. Purgans medicamentum, quod infæcundam mulierem purgare valet, si vteri osculum rectè habuerit, fotum ex stercore bubulo sicco, tuso, & excußo ad quatuor choenicas exhibeto: Aceti autem heminas decem addito, & vrina bubulæ tantundem*, & postea alij simili compositioni addidit *erui farina choenicæ*.

20. De simp. med. fac. l. 76. G.

Stercus bubulũ diaphorecticũ externũ medicamentũ ab Hip. inuentum licet Gal. falso alio Medico Mysæ Hellesponti huius medicamẽti inuẽtionem tribuerit.

2. De morb. mulierum 693. in Foes.

B

Pag. 694.

Præsertim autem stercori bubulo acetum adiecit, cum acetum ne dum intro penetret, sed etiam calidum actu tenuet, incidet, discutiat, exhalareque faciat, vnaque extrahat. Hinc etiam Galenus. *Earum verò partium, quæ iam scirrhum contraxerunt, vacuatio per iam dicta medicamenta perficitur, vocarique ea malactica, idest, mollientia, medici solent. Quoniam autem membrorum alia rariora naturaliter sunt, alia densiora*: nam rariora faciliùs recipiunt, difficiliùs verò recepta retinent: densiora verò in oppositum, difficiliùs recipiunt, faciliùs autem recepta retinent *etiam vacuationem eorum diuersa specie remedia postulare est necessum*: cum pro rarioribus, rectè curandis, laxantia, emollientiaque interdum satis sint. At verò ad densiora (quæ cruditates receptas nonnisi difficillimè expellunt) curanda, laxantia quidem seu mollientia nõ sufficiunt. *Hac igitur de causa tum in tendonibus, tum in ligamentis, cum scirrhosa fuerint, visum mihi satius erit ei curationi, quàm per mollientia medicamenta molimur aliquid incidentium admiscere. Ex quorum numero vel in primis acetum est, interim verò & in alijs partibus* etiam raris, mollibus, & vacuis spongiosis, *quas scirrhus affecit eo, vtimur. Verùm in tendonibus, & ligamentis in hunc modum. In aceto acerrimo candentem igni lapidem extinguo, ac si quidem haberi potest, qui certè in magnis vrbibus rarus non est pyrititem*, vulgo Marchisita vocatur: *Sin eius copia non datur, molarem, græci Mylitem vocant, scilicet ex quo molas, quibus molimur faciunt. Deinde ascendente post infusum lapidi acetum vapore calido in hoc dimoueri scirrhosum ligamentum, vel tendonem cogo, atque medicamen exinde rursus, quod molliat impono*: de raris etiam partibus mox inquit. *Ac ammoniaco quidem thymiamate, cum aceto etiam alij non pauci lieni imponentes, vtuntur, ad luti crassitudinem, quod ex vtrisque mistum est, redacto*: cui addo ego & bdelium, & serapinum, & opopomacum, puluerisque rhabaci, vel ciclaminis, aut bryoniæ quantitatem decentem, & super coreum resinæ atque terebinthinæ pauco addito ceratoque extenso, admoueri loco scirrhoso potest. Tamen etiam in suffumigeo, aut fomento spongijs admouendo, omnibus etiam membris spongiformis conuenit, acetum, radice altheæ, cucumerisque syluestris bulitum, deindeque lapide, narrato, ignito, actu percalfacto: His tamen conditionibus seruatis, cum Galenus ibidem dixerit. *Atque vtor, vt dixi, quotidie: Cæterùm curatio, quæ per acetum administratur, vtilis est vitio iam adulto, & cum præparata iam sub mollientibus pars fuerit: Excogitani autem, & composita quædam ex aceto medicamenta, quæ inter mollientium vsum ad vnum diem impone. Si quidem aceti vis modo ea, quis modicè, & debito tempore vtatur, salutaris eiusmodi affectibus est, ceu crassos, viscidosque humores dißecans* nempe incidens. Quocirca non in curationis principio quotidie adhibere possumus, cum tunc magis laxare, & mollire, & coquere, quàm discutere, & quàm incidere, simulque adstringere; acetum enim adstringit: ideò ait. *Sin vel immoderatiùs, vel in tempore non idoneo tenniores partes violenter absumens id, quod reliquum est lapidescere scinit*: Ergo tantum vbi tumoris maiori parte iam auxilio reliquorum euacuantium cutaneorum ablata aceti fomentationibus, suffumigeisùe vti rectè decet. Aduette autem acetum de genere quidem euacuantium humoris tumorum reuerà non esse: quia *sola ea, quæ calfaciunt, sed non admodum, vnaque exsiccant* euacuantia sunt, vt capite præceden. iam ostensum: *Quæ verò fortiter desiccant, etiamsi non excalfaciant*, vt acetum quod vi frigidum est, *tamen ipsa non per medium euacuando scilicet, quod subtile est*: tamen acetum quoque incidendo, & simul exiccando tenuat: Vnde consequenter discutit, non tamen extrahit: Vnde aceto semper relaxans vt radicem altheæ, & euacuans vt radicem cucumeris agrestis, vel ciclaminis commiscere debemus: Verum cum talia antea allata euacuantia nimium calida, nimiumque sicca sint: ideo sempee laxantibus, mollientibusque corrigenda veniunt: vt exempli causa. Recip. radicum bryoniæ maris, cielaminis, cucumeris siluestris herbæ lanariæ, & reginæ an. M. 1. altheæ liliorum alborum, Keiri an. M. 5. feminum lini, fœnugræci an. vnc. 1. flor. melliloti, camomillæ an. M. 1. semper autem aliqua addenda sunt, quæ propriam partem læsam respiciant: vt pro ventriculo mentam,

24. Meth. c. 8.

Mollientia græcè malactica vocantur.

Partes tumefactæ vel raræ vel densæ sunt.

Vnde quoque euacuationem cruditatum in eis existentium diuersa specie remedia exoptat.

Densis partibus, vt tendonib. ac ligamẽtis à cruditatibus liberandis, quænam diaphorectica & epispastica remedia competant.

Ibidem.

Et etiam raris scirrho affectis.

Acetum acerrimum pro densis potissimũ, & si eo magis raris cõueniat partibus.

Idem confirmat 2. ad Glauc. c. 4.

C

Cerata pro raris.

Suffumigeũ seu fomentum.

Acetum acerrimũ ad scirrhos euellendos quomodo cõponatur, & administretur.

Tempus quo aceto vtendum sit reuelatur.

D

5. De sim. med. fac. c. 7. Ibidem.

Acetum per se extrinsecè adhibitum nec diaphorecticũ, nec epispacticum est, cum vi non sit calidum sed pro vt tenue incidẽdo & siccando tenuat.

Decoctum pro suffumigeo, vel fomento ad partes tumefactas curãdas vel pro stillicidio.

A tam,& abſinthium;pro hepate agrimonium,& cichoreum,& abſinthium;pro liene eleborum, cettach,tamariſcum,& cortex rad.c.pro meſentereo ea, quæ tum hepati, tum lieni competunt, inter vtrunque enim reſidet:pro vtero autem flores pulegij,arthemiſiam, matricariam, & aromata odorata,quibus vterus obdelectatur, addere ſoleo, in vino albo dulci q.ſ.f.decoct. ex quo, & ſtillieldium, & fomentationes loco ſcirrhoſo adhibendæ ſunt; Aut loco decocti illius,parari poteſt oleum vetuſtiſſimum ijſdem rebus addendo gummas,& lacrimas arborum cum vini albi portione,& cum aqua ardente,in fine poſita,componi valet,ad hunc vſum: attamen perſpecto, vt præparantia longiori tempore adminiſtrata eſſe debeant: quæ etiam oleo præſidijs laxantibus, concoquentibus, ſimulque mollientibus compoſitum aliquibus tamen tenorem partis conſeruantibus additis, eſſe poteſt,& ſtillicidio, & fomento ſpongijs mane tempore vnius horæ admoto,reliquoque tempore,loco ſcirrhoſo medicamentum id lana ſordida,aut omento ſuillo, aut captillo,aut hiteino,vel vtre,aut veſica ſemiplena apponere valemus. Emplaſtrum autem ad idem tale erit Recip. radicum altheæ lixatæ vnc. 2.farinæ lini, & fenugræci an. vnc.1 5. ammoniaci,bdelij,ſerapini,opoponacis an.drac.3.Medullæ vitulinę adipis ſuillæ an.vnc.5.oximellis ſcillini vnct. 1. pulner. cortic.radic. capparo abſinthij an.ſcrup.2. croci ſcrup. 1. ſpicæ nardi ſcrup.4. Adipis anſerini, gallinacei, olei abſinthij, maſticis, liliorum alborum,& Keirini an.q.ſ.

Quod decoctum eſt diaphorecticum, & epiſpaſticum.

Oleum eodem modo paratum diaphoreticum, & epiſpaſticũ.

Modi quibus oleo eo vti valemus.

Emplaſtrũ diaphorecticum,& epiſpaſticum.

2. Ad Glauc.c.4 & cap.1.

B M.ſ.emplaſtrum. Verum optimum eſt oleum deſtilatum ex ammoniaco,bdelio, ſerapino, opoponaco,ſeu ſtyrace;efficaciora verò hæc olea erunt:ſi ex ricino parentur, vt Gal.6.de com.med. per gen.c.8. vel oleum bryoniæ,& cucumeris agreſtis,& cielaminis, vide ibi Galenum. Ac verò cucurbitulæ ſiccæ,loco ſcirrhoſo admotæ,plurimùm valent:tum pro tumoris duri vijs denſis rarefaciendis,& aperiendis:tum ad humores frigidos modicè calfaciendos, & coquendos: tumq; ad ſuccos craſſos,ac tenaces tenuandos,diſcutiendos,ſimulq; extrahendos. Ac denique ad naturam languidè concoquentem excitandam æquè tam ad benè coquẽdos, quàm ad promptè expellendos humores illius tumoris duri,vt abundè iam iam oſtenſum eſt,ex Gal.ſententia. Sed optimè erit vnà cum externis his præſidijs,internis quoq; emollientibus vti potiſſimùm ammoniaco, quod intro aſſumitur,& rectè datur in ſucco chamæmillæ,aut anethi, & aceto ad drac.2. immo habetur de hoc pharmaco hæc verba, *dabat* Medicus Athenæus *ammoniaci drac.3. ſpleniti co,& curabat eum omninò in paucis diebus,quod quidem inter emollientia principatum occupat,in digerentibus verò conuertat,*& ſi dixerit *inter tam mollia,& validiſſima, quod genus ſunt bdelium,& ſtyrax,gutta ammoniaci idem poteſt quod propolis*: Vnde ex his,boli confici poſſunt aliquo aperienti proprio medicamine, & parti ſcirrhoſæ accommodato, ſimulque aliquo eam partem corroboranti commixtis:atq; deniq; vnà cum decocto aliquo diaphorectico:etiam partem affectam reſpiciente, ac tunc, & ſalſæ, & ligni guaiaci, & chinæ decoctum cum aliqua ſaxofrax portione

Vide 4.de com. med.per gener. c.5.
Et 14 meth.c.4

Lib.4.c.13.& in hoc lib.c.29. & c.31.
4. Meth.c.4. & 4.met.c.7 & 11. meth.c 18.& 12 meth.c.8.& 13. meth.c.17.
6. De com.me. per gen.c.8.
7. De com.med. per gen.c.5.
Idē 2.ad Glauc. c.4.& c.5.

Oleũ ex ammoniaco, bdelio, ſerapino,opoponaco ceu ſtyrace deſtilatum optimum inuenitur.

In epiſpaſtica remedia cucurbitæ ſiccæ primum tenent locum.

Cucurbita etiã diaphorectica præcedens eſt.

Gal. 9.de com. med.ſ. loc.c. 2. & 10. de comp. med.ſ.l c. 1. & lib.Gal attributo de med. exper.c.2.

Eodem lib.Gal. attributo c 7.

Ammoniacum intro aſſumptũ ad drac.3.pro vice: pro ſcirrho tollendo optimum eſt.

C congruum eſſe poteſt;Si autem lien ſcirrho affectus fuerit,tunc vinum chalibeatum conueniet: ſin æger bolos aſſumere noluerit:tunc oleum ex ammoniaco,vel bdelio, ſeu ſtyrace deſtillatum ad g.10.vel 15.præbendum erit in decocto aliquo parti ſcirrhoſæ curandæ adæquato. Singula autem hebdomada tum, vt ſi quid cruditatum ſcirrhi interius expurgari valeat educatur, tum ne cruditates, quæ quotidie alias in prima,alias in ſecunda cruditatum regione naſci ſolent, ad partem ſcirrhoſam fluere poſſint,ſolutiuum pharmacum exhibendum veniet,vt ſcilicet eas geminas cruditates euacuemus. Hinc de vict.rat.rectè adminiſtranda Gal.inquit. *Ita ſanè & quidã à natura alieni tumores paulatim longiori tempore dilabente materia diſſoluuntur, idque recta victus ratione* tenuante ſuperius ſtatuta *vtentibus euenit, nam qui largiori cibo veſcuntur humorem affectis partibus influentem digeſto æqualem facientes affectus ſeruant.*

Decoctum diaphorecticũ ligni ſancti. chinæ. ſalſæ &c.

In ſcirrho lienis interna pharmaca.

Singula hebdomada ſolutiuũ dandum medicamentum in ſcirrho rectè curando.

Stricta victus ratio conuenit,in ſcirrho rectè curando.

6. Epid.c.3.t.6. Idem confirmat 2.ad Glauc.c.4. & cap.5. & 14. meth.c.4. & alibi.

C A P V T XXXIII.

D Ventriculi, meſenterei, hepatis, lienis, ac vteri à ſcirrhoſo tumore curati, corroborantia præſidia proponuntur; ne denuo hæ partes relaxatæ, ac imbecilles nouas recipiant fluxiones.

PArte autem à tumore duro iam ſanitati reſtituta, ſtatim roboranda ipſa pars eſt: nam ſi ita laxata, ac debilis maneret, procul omni dubio nouum excrementum ad eam flueret partem,quod ipſa quoq; reciperet: Quocirca iterum tumor eius partis emergeret. Pariter quoq; partem mandantem, ſeu caput,ſeu ventriculus, aut iecur fuerit roborandum eſt:quorum viſcerum corroborantia antea iam ſtatuta fuerunt. Cæterum cum impoſſibile ſit prius omnino tumoris ſcirrhoſi duritiem auferre,poſtea eam partẽ roborare. Quippe tantum eodem tempore,quo materia vacuatur,eodem quoque medicamento partem roborare tenemur. Vnde ex quo,quando ferè omnino tumor ablatus eſt relaxantibus, mollientibuſque concurrentibus,tunc loco relaxantium,emollientiumque adſtringentia his euacuantibus poſſumus adijcere, neque vnica vice relaxantia, neque mollientia ab euacuantibus diaphorecticis auferri debent,neque adſtringentia addere

Modus & ordo roborandi partis ſcirrhoſæ.

omnia vna vice; immo paulatim relaxantia, & emollientia, simulque ab euacuantibus auferre deuincimur: similiter adstringentia gradatim loco laxantium, & emollientium adijcere debemus. Vt exempli causa decoctum in vino albo dulci, pauco aceto penetrationis gratia seminibus ricinæ, radicibus cucumeris agrestis, cyclaminis, bryoniæ, & herbæ tam lanariæ, quàm reginæ factum, erit quidem decoctum euacuans, calfactoria, exiccatoria, ac extractoria vi decoratum, cui decoctio relaxantia, & emollientia hęc adijcientur, nempe altheæ, maluarum, liliorum alborum, Keiri, flores meliloti, semen lini, & fęnu græci. Item adeps cerui, suilli, &c. & ammoniacum, bdelium, &c. hoc præsidium tandiu admouendum erit, donec tumoris, & duritiei, & magnitudo remittatur, quibus non modò remissis, at verò quoque penè finitis, tunc loco vini dulcis albi, vinum album austerum, & generosum pone, & paulatim, gradatimque isthæc laxantia, & mollientia auferantur, quorum loco absinthium, rosæ, balaustia, sumach; & mirtilli paulatim, gradatimque laxantibus, & mollientibus succedant; ac denique vice vini albi austeri, acetum acerrimum assumatur, in quo decoctum fiat ferè solis euacuantibus, simulque adstringentibus, quo decocto stillicidium parti læsæ adhibeas, ventriculo ieiuno vna hora, reliquoque tempore, si tibi videatur aliqua mollientia admouere apponas. Verùm semper satius erit in fine stillicidium aquæ apponitanæ porrigere, cuius aquæ beneficio perpetuò æquè, tam euacuabis, quàm roborabis, vt cap. 16. huius lib. vidisti, & reliquo tempore ceratum hoc infigere. Recip. ammoniaci, bdelij, serapini, opoponacis, styracis an. vnc. 3. his in aceto dissolutis: croci scrup. 1. spicæ nardi drac. 5. laudani mest. an. drac. 1. absinthij drac. 5. pulueris radicũ bryoniæ, cyclaminis an. drach. ij. & 5. balaustiorum, mirtillorum an. drac. 5. ceræ, rasinæ, terebinthinæ q. s. M. f. ceratum.

A

B

Decoctum pro stillicidio, suffumigio vel fomento ad scirrhos excipiendos & modus & ordo, ac tempus quo eo vti possumus, vt pars scirrhosa eodem tempore & curata, & roborata maneat, ne denuo afficiatur.

Ceratũ ad idẽ.

Finis Libri Sexti.





DE CRVDITATIBVS RECTE DIGNOSCENDIS, RECTEQVE CVRANDIS.

LIBER SEPTIMVS.

Vbi

Compositionum, regionum, cruditatum, rectè curandarum,

Curatio Galeni sententia statuitur.



CAPVT PRIMVM.

Conexus huius libri cum alijs præcedentibus libris.

A

4. De tuen. san. c. 5. & 7. Et primo de diff. respir. c. 2. & 3. aph. 15.



Voniam omne compositum posterius est simplicibus, ex quibus compositum conflatur: hinc iurè meritò hactenus simplicium regionum cruditatum nostri corpotis curationibus, rectè executioni mandandis, vndique explanatis; superest ergo, vt quatuor cruditatum regionum compositionum, (vt tantùm laconicè me expediam) quæ sepiùs contingere solent, rectè curandarum, curationem ingrediar. Nam, quò ad reliquarum compositionum curationem ita fusè libro 5. indicationes quidem promulgauimus, vt ipsi quoque curationi satisfecerimus. Eãque sanè ob causam nooa defatigatione hic opus non est: Satis enim mihi est, cum Gal. de compositione primæ cruditatum regionis cum secuoda regione non egetit, nostræ dilucidationis gratia istius compositioois indicationes colligere voloerimus.

CAPVT II.

B Compositionis cruditatum primæ regionis cum tertia, vnà & quarta regione curatio desumitur ex Galeno.

4. De tuen. san. c. 5.



DE compositione verò primæ regionis cum tertia, & quarta, agit Galenus. Quo loci de diaspolitico, & diatripipereo agit, tum ad præparandas primæ regionis cruditates, tum ad concoctionem cibi fouendam, tum etiam ad aluum mitè leniendam eorum pulueribus, ruditer factis, datisque cum mulsa oximeli, apomelique, ne in habitum corporis tertiæ, & quartæ regionis cruditates illæ introferantur: hinc quiete, ac somno, tunc patientes curare tenemur secundum indicationes huius compositionis collectas: Curata enim prima regione; facilè postea tertia, & quarta curabuntur. Supposito etiam quòd secunda regio impura non sit.

Primæ cruditatum & tertiæ, & quartæ simul regionis compositionis recta curatio agéda.

CAPVT III.

Compositionis cruditatis secundę cum tertia,& quarta curatio traditur.

Crudi succi secundæ regionis coquendi, & ij acicatentiæ, & quartæ regioni inerhæsientes euacuandi.

DE compositione autem secundæ cum tertia,& quarta regione agit Gal. inquiens. *In venoso vasorum genere apparere subesse illi copiam semicrudorum succorum,in reliquo verò corpore toto multitudinem horum mordacium, &c. Quoniam ergo duo prima sunt, quibus primum intentus sit oportet, qui eiusmodi affectibus medebitur crudorũ siue etiam semicoctorum, qui ante sanguinis perfectionem fuerunt, pereoctio, & acriũ, ac mordacium, qui secundi sunt, & sanguine posteriores eductio:* Nam in acrium tertiæ,& quartæ regionis eductione tum intrinsecis,tum extrinsecis molita,etiam horum succorũ alteratio necessariò sequitur. Verum cauendum ne cruditates secundæ regionis in tertiam, & quartam introferantur regionem eò, quia tunc læsis partibus solidis ab ijs cruditatibus actibus actiones nostri corporis consequenter afficerentur: ac etiam curatio multò difficilior euaderet, & copiæ adauctæ ratione, tunc factis viribus imbecillioribus. Ideoque ait pergens. *Abstinere eos conuenit ab omni valido motu:* & à quacunque re, quæ ad altum eas cruditates ferre valet. Cæterum cum superius dixerit. *Auctus præterea illi quodammodo, & sanguis esto: Maximè ergo detrahere primo de sanguine oportet: deinde succum illum* semicrudum in genere venoso existentem tum mordacem tertiæ,& quartæ regionis *educere, qui superare videtur.* Ideò quoniam aliquando aliqui nolunt, quod sanguinem illis detrahamus, vt lib. 3. de magn. sang. dixi, ait. *Non sustinente autem homine sanguinem sibi detrahi:* Quid tunc agendum sit nos docuit, inquiens *augere deiectionẽ: si verò ventrum* nempe nec sanguinis missionem, nec expurgationem *admittat, aliam quampiam rationem iniri, qua maximè si non breui, at longiore tempore pristinam corporis habitudinem homo recipiat.* Ideoque ait *Abstinere eos conuenit ab omni valido motu* respectu cruditatum implicatarum idest oppositarum, cum prohibendum sit vtrunque reuulsum: Nihilominus ad plenitudinẽ tollendam, inquit illico. *Blandè verò vnctos, atque oleo perfrictos per quam suaui lauare balneo: inde in otio, abstinentiaque habere, atque etiam somno:* quam rem cum iam explanatim, non amplius tangam. Verum tantum de balneandi modo Galeni verba, antea, non posita, narrabo; ibi enim ait. *Quum igitur primo die experti an facile finita lassitudo sit, similiter grauatum hominem cernimus, tũ mittendus in balneum, secundo etiam die est; tum in quiete, abstinentiaque* cibi *habendus: æquo verò & si iterum, & tertio die (oportere videris itidem) ieiunum lauabis, quietem, ac somnum ipsis lauationibus interponens conducit ad somnum non in postremis ipsum balneum quoque, &c.* Verum enim verò si patiens permiserit, illis nos tum sanguinem detrahere, tum purgantia medicamenta præbere posse, vt res æquè postulat; prius sanè genus venosum, ne secundam cruditatum regionem dixerim, æquè tam à plethoria, quàm à cacochymia penitus liberam facere expedit: subinde verò tertię, & quartæ regionis mordaces educere cruditates operæ pretium est. Alio enim modo probã curationem nos ingredi impossibile mihi visum est. Si nanque balneo suaui, & vnctione blanda, leuique frictione eam plenitudinem secundæ regionis eripere tentaremus, ac eodem tempore leuiter cruditates mordaces per halitum educere (vt indicationibus huius compositionis cruditatum dictum est) etiam niteremur, semper quidem cruditates secundæ regionis, ad tertiam, & quartam quoq; regionem semper attraheremus, quod maxima iactura esset. Vnde non nisi prius toto corpore omnino expurgato, sanguinis detractione, aluinaque simul purgatione, nec non postea etiam per perrirheam diurecticis medicamentis molitam; nunquam sanè eas acres, & mordaces cruditates tertiæ, quartæque regionis diaphorecticis præsidijs tum intro assumptis, tum extra admotis adimere possemus: semper obseruatis ijs omnibus, quæ de curationibus cruditatum simplicium omninò statuta sunt, tam de præparantibus, & euacuantibus, quàm de victus ratione. At verò talem harum cruditatum compositionem ventriculus plùs frigidus æquo, forsamque humidus; & hepar plùs iusto calidum, fortassisque siccum, ne denuò regignerit. Isthæc viscera vtique suis oppositis, tam intrinsecè adhibitis, quàm extrinsecè applicatis, ad earum temperamenta naturalia redigenda sunt hinc eodem modo corroboranda veniunt, sicuti libro præced. capite 14. & capite 13. iam dictum est.

Curatio obseruanda in horum humorum crudorum earum regionum curatione rectè molienda.

Venæ sectio basilicæ conuenit. Succi verò semicocti expurgandi.

Qui nõ permittunt vt eis venã secamus maiori deiectione purgandi sunt.

Qui nec venæ sectionem, nec aliam purgationem permittere volunt quid agendum sit.

Balneandi modus & ordo in hac compositione cruditatum.

4. De meth. san. c. 4.

Lib. 6. c. 13.

A B C D

CAPVT

A

CAPVT IV.

Compositionis cruditatum primæ secundæ, tertiæ, & quartæ regionis curatio ex Gal. elicitur.

4. De tuen. san. c. 9.

Compositæ cruditatis cuiusli-bet quatuor regionum simul iunctarum cura tio recta a Gal. constituta.

Loci Galeni explanatio.

HVius compositionis omnium cruditatum locorum, curationem nobis tradere voluisse Galenum his verbis, consentaneum est, caput id enim ita inscribitur. *De vlceroso affectu, cui crudorum succorum copia in corpore vniuerso coniungatur*, & habet Gal. *Cum verò reliquus lassitudinis affectus sit, in quo supra vlcerosum sensum copia crudorum in toto corpore congesta est, de hoc quoque dicendum est, &c.* Quantis enim de compositione primæ regionis cum tertia, & quarta (relicta secunda regione) videatur tantùm Galenus dixisse, hoc modo. *Si enim vbi in primis venis crudi succi copia est, dissecandum nobis cum esse, concoquendumque diximus, cauentibus semper, ne in babitum corporis traducatur; vbi verò in extremis venis, & corporis babitu resedit* copia ipsa cruditatum, *& concoquendum pariter, & per halitum resoluendum.*

B

Nimirum quibus ambo inciderunt, in ijs ambæ rationes sunt miscendæ, atque id, si quidem pari noxa vrgere videbuntur, æquali vtriusque respectu: sin alterum prægrauat, totius vtique curationis studio in id propenso, nec tamen altero, quod minus est, neglecto. Miscebis autem vtriusque curationem ad hunc modum. Nihilominus pro vt sunt extremæ loco, nec nõ hinc etiam contrariam curationem postulent, has solas pro declaratione expressit. Vnde vtrunque vetant reuulsum nempe prima regio ad tertiam, & quartam regionem suas cruditates nunquam transmittere debemus. Sicuti vicissim neque à quarta, seu à tertia regione ad primam regionem cruditates copiosæ ducendæ veniunt: per hunc enim curationis terminum quoque comprehenditur curatio secundæ regionis, quam etiam his verbis, postea illico comprehendit. *Non enim ab re fuerit exemplo aliquid de hoc egisse suasimus ijs, quibus in primis maximè venis crudi succi congesta copia est, simplici diatrion pipereon medicamento vti. Ergo si non modò in his, sed etiam in omnibus venis sit, superque in ipsa carne; in principio curationis ipso diatrion pipereo vtendum, sed cui admixtum petroseleni tantum sit, quantum anisi, & thimi, & zingiberis habeat.* Verùm priùs consecutam fuisse aliquam cruditatis primæ, & secundæ regionis cruditatis copiæ aluinam eductionem, nec non plenitudinis euacuationem oportet. Eodemque tempore, quo diatrion pipereon præbemus, etiam necesse est, vt oximeli aqua mulsa, seu sacharata, aut apomeli, ad aluum mitissimè subducendam patienti exhibeamus: fortassisque aquam mulsam, hyssopo semicoctam

Ibidem nempe 4. de tuen. san. c. 9.

C

3. De morbis ad finem 500. ex Foesio.

Vina refrigerãtia ante facta ex Hip. deiectoria.

Eodem tẽpore & diatrion pipereum deiectorium & diacalaminthan diureticam date conuenit.

Obiectio.

Obiectionis Hippoc. solutio.

Cur eodẽ tẽpore duas excretiones seorsum cõtrarias per aluũ ac per vrinam fieri possint.

dare oportebit, pro potione verò, vt Hippoc. etiam in febre ardente. *Vina etiam alba ex vuis passis aquosa exhibere possunt. Vuarum passularum fæces vinaceæ expressæ dilutæ ad idem valent.* Verũ ad Gal. curationem iam partim declaratam accedamus; ait enim; statim pergens, *Post primum verò diem* quo diatrion pipereon petroseleni portiunculæ commixtum præbere cæperimus *magisque etiam post secundum miscendum eidem est aliquid diacalaminthes: Mox verò partes æquè miscẽda:* tunc enim æquè omnes cruditates respiciendæ sunt, neque obijcias, si asserueris tunc ea medicamenta duos motus seorsum contrarios efficere nequeunt, diatrion enim pipereõ alijs aluũ mitissimè subducentibus simul patienti datum vnà cum diacalaminrha diuretica, diaphoreticaque. Quandoquidem hoc dubium Hipp. soluit, dum in febre ardente potionem ad vrinã ciendam, simulq; ad ventrem soluendum describit ita. *Apij manipulos tres pulegij pugillos duos in aceti heminis decem, ad tertias decoquito, hoc melle, & aqua admixta aquosum bibat, adianti pugillo iniecto, quod vrinam monet, & aluum soluit,* ad quas duas intentiones etiam aliam aquam præbuit, quę ipsa est: *Aquam mulsam ad dimidias decoquito deinde apiũ iniecto.* In morbo verò regio hanc dedit. *At si morbus regius insuper inuaserit, vuæ passæ albæ detractis vinaceis, cicerum alborum, vtrorumque heminam dimidiam, hordei achilini tantundem, cnici tantundem, aquæ hemina decem, apium, menthã, coriandrum cuiusque parum simul terito, quoad aqua leuiter dealbescat, postremo adianti pugillo iniecto*

3. De morb. cit. p. 500. 501.

Ratio.

Solutionis dubij ex Gal. desumpta.

D

Quomodo deiectoria & quomodo diuretica interna suũ opus efficiant.

Pariter quomodo diaphoretica interna agit.

Quando cũ diacalamintha nõ amplius diatriõ pipereon admiscendum sit, sed diacalamintha sola danda.

Victus ratio in his cruditatib. scitè curandis totius corporis.

f. aqua. Neque difficile rationibus id intelligi est. Nam, vt ex Galeno antea iam exploratum habui, illa ventri inhærescunt, quę sua acredine leuissima aluum excitant: ista verò vasis vreteris se inhærent ibidem digeruntur; digesta verò cùm sint, vrinam excitant: sicuti diaphoretica, dum in carnem peruenerint, inibi digeruntur, & actuantur ad actum operandi, halitum cutis excitando. Cæterum Gal. pergens curationem allatam declarando, inquit. *Procedente deinde tempore ipsius diacalaminthes plus addendum: ad extremum verò etiam solum exhibebitur,* nimirum cum totum corpus primæ, & secundæ regionis deiectionibus, & perchirea expurgatum fuerit; semper tamen cruditatum speciebus, regionibus, & copia perpensis, tum in curatione simplicium, tumque compositarum cruditatum. Verum aduerte licèt de ijs cruditatibus simul compositis, etiam ante c. 31. obiter verba fecerim, id tamen pro dilucidanda totius corporis euacuatione agenda, priusquam tertiæ, & quartæ regionis curationem ingrediamur, non autem exactè, vt hic agendũ est; Verum Galenus ait, vt simili modo victus rationem compositam assumere debeamus, & reliqua in simplicibus cruditatibus statuta, his verbis. *Ad eundem modum, & in reliqua omni victus ratione, quoties pares affectus sunt miscendæ eorum medendi rationes sunt, sed ita tamen, vt inter initia*

Ibidem lib. 4. de tuen. san. c. 9.

Ibidem.

potio-

Nota.

potiores medendi partes ijs præstentur, quæ in primis continentur venis, in fine verò ijs, quæ in carne: in medio inter hæc tempore, ambæ rationes æquabiliter miscebuntur, vt in morbo regio, tum flauo, tum nigro, nec non in composito ex vtrisque, qui viridis conspicitur omnibus cruditatum regionibus, cruditatibus copiosis repletis: ibi priùs prima regio deiectionibus curanda: postea media curatione secunda regio ab ijs liberanda deiectionibus, veneq; sectione, ac diureticis præsidijs, cum istis tribus euacuationibus icterici, etiam sexto die facti, vigesimo die sanentur Hipp. experimento, vt Heraclidi euenit: In fine autem balneis diaphoreticis, fomentis, frictionibusque tertia, quartaque regio curari debet, vt ex Hipp. colligo. Cæterum sicuti in cruditatum simplicium curatione *gradatim contraria adhibere, et inter quiescere* opus est: ita etiam in cruditatum compositarum curatione obseruandum est: Gradatim enim à diatrion pipereo, seu diaspolitico, & ab alijs blandè deiectorijs ad diacalaminthem diureticam, diaphoreticamque progredi cogimur, ac interquiescere, priusquam diacalaminthes ijs misceatur, petroselini parum miscendo. Cur autem à prima regione curationis exordium desumere debeamus, alias dixi, cum Galeno, Naturæ prouidentiam fuisse, vt cruditates in prima regione, ceu in partibus ignobilioribus, atque ad eas euacuandas viæ quidem faciliori subijcerent, quousque ipsę euacuarentur, aut à natura ipsa, aut ab arte: si nanque introferrentur, quinq; mala consurgerent. Primo enim sanguinis sinus venarum adeò coinquinaretur, vt, sanguine ipso improbo reddito, nostri corporis partes non amplius probè outriri possent. Vlterius calor influens sanguinis tam venarum, quàm arteriarum læderetur. Insuper, eo calore influente læso, qui ne dum calor cordi implantatus alitur. Verum etiam ex quo viuidus efficitur, valde labefactaretur; quo affecto, ceu primo agente corporeo nostrarum actionum vniuersale salubre, & insalubre omnibus cæteris partibus accommodato, omnes hinc nostræ actiones ruerentur. Quarto cruditates illæ primæ regionis, ad partes solidas accedentes particulariter harum partium, quibus omnia nostra corporea opera tribuit Hipp. (vt libro de certitudine medicinæ iam ostensum est) actiones maximè obnoxiæ euaderent. Tandem in carne iacentibus ijs cruditatibus, quæ antea in prima regione aderant, difficillimè ob meatus angustissimos euacuari tunc possent, maximo ægrorum damno, tum cerebri, & hepatis, tum renum, ac reliquarum omnium cunctarum partium.

Modus, & ordo curationis toti' corporis, Primo enim prima regio rectè curanda subinde secunda; postea tertia denique quarta rectè sananda.

Modus & ordo exhibendi deiectoria & simul diuretica & diaphoretica interna comienta.

Donec ad diaphoretica sola deuenire conueniat.

Quinque mala, quæ fierent, si cruditatū copia primæ regionis ad secundam, & ad tertiam regionem accederet.

1. Epid. com. 2. t. 64. & 4 de tuen. san. c. 4. De intern. aff. pag 577. 578. ex Foes. Hipp 6. de morb. vulg. com. 2. t. 26

12. Meth. c. 5.

Finis Libri Septimi, & tertij voluminis.

Laus, Honor, & Gloria semper Deo, eiusque Matri semper Virgini Mariæ.

